1002675054

FRXVIII 45

ANALYTICVS TRACTATVS DE LEGE REGIA, QVA, IN PRINCIPES SVPREMA & absoluta potestas translata fuit: cum quadam corporis politici ad instar physici, capitis, & membrorum connexione.

AVCTORE DOCTORE PETRO CALLISTO
Ramirez Iuris ciuilis in Academia Cæsarauguſtana olim Primario interprete, & in aula Curiæ D. Iuſtitiæ Aragonum: nunc vero cauſarum criminalium Regio Conſiliario.

Ad Philippum Secundum Aragonum Regem.

Anno 1616.

CVM LICENCIA ET PRIVILEGIO.

CÆSARAVGVSTÆ: Apud Ioannem à Lanaja & Quartanet, Regni Aragonum, & Vniuersitatis Typographum.

EX *comissione præclarissimi Domini Ioannis Sentis Decretorum Doctoris, Collegiatæ Ecclesiæ Beatæ Annæ Barchinonensis Prioris meritissimi, & huius Archiepiscopatus Cæsaraugustani Vicarij generalis circunspectissimi, librum hunc sedula qua potui diligentia euolui, Analyticum tractatum de lege Regia, qua in Principes suprema, & absoluta potestas translata fuit, continentem, summa ingenij dexteritate in lucem editum à sapientissimo Iurisconsulto Doctore Petro Callisto Ramirez Iuris ciuilis in Academia Cæsaraug ustana olim primario interprete, & Curiæ D. Iustitiæ Aragonum Locumtenente, nunc vero Domini nostri Regis causarum criminalium Aragonum Consiliario. Nihilque in eo reperi nostræ Fidei orthodoxæ, bonis moribus, aut Iuris Pontificij decretis aliqua ex parte contrarium, quin potius talis in eo sententiarum vbertas, insignis resolutio, mira eruditio, tum etiam inusitata rerum varietas elucet; vt tanto viro, tanta industria, tanto denique ingenio opus dignum iudicauerim: ita vt bonarum literarum studiosis præsertim nostri Regni Forensibus eo conducibilius nihil fore existimauerim, qua propter opus huiusmodi tanto ingenij acumine elaboratum, omnibusque numeris absolutum fore Reipublicæ vtilissimum censeo. Cæsaraugustæ pridie nonas Februarij, anno 1615.*

Doctor Ioannes Nauarro.

§§§

EL Doctor Iuan Sentis Prior de la Collegial Iglesia de Santa Anna de la ciudad de Barcelona, y en lo espiritual y temporal Vicario general de la ciudad y Arçobispado de Çaragoça, por el Illustrissimo y Excellentissimo señor don Pedro Manrique por la gracia de Dios, y de la santa Sede Apostolica Arçobispo de Çaragoça del Consejo de su Magestad, &c. Por las presentes, damos licencia al Doctor Pedro Calixto Ramirez Iurisconsulto, y en lo criminal de la Audiencia Real deste Reyno de Aragon, para que pueda imprimir, y hazer imprimir vn libro que tiene compuesto, intitulado: *Analiticus tractatus de lege Regia, qua in Principes suprema, & absoluta potestas translata fuit.* Por quanto nos consta es obra de mucha erudicion, resolucion y sentencia, y no ay en ella cosa que contrauenga a nuestra santa Fe Catholica, derecho Canonico, ni buenas costumbres. Dat. en Çaragoça a quatro dias del mes de Hebrero de M.DC.XV.

El Doctor Iuan Sentis Vicario gñal.

Por mandado de dicho señor Vicario general.

Antonio Çaporta Notario.

ANALITICVM hunc tractatum de lege Regia, qua in Principes suprema, & absoluta potestas translata fuit, editum à Domino Doctore Petro Callisto Ramirez Regio Consiliario, legi, & perlegi iussu & precepto Excellentissimi D.D. Didaci de Portugal & Pimentel Marchionis de Gelues, Locumtenentis & Capitanei generalis pro sua Maiestate in hoc præsenti Aragonum Regno, quem testor eruditione, ingenio, summaquè Doctorum allegatione esse ornatum, & nihil in eo inueniri contra regalias Maiestatis Domini nostri Regis; imo quam plurima argumenta in earum corroborationem sicquè non solum vtile, sed necessarium esse tanti viri opus non latere, sed illud in lucem proferre. Cæsaraugustæ, die 25. Februarij anni 1615.

D. Franciscus Michael à Pueyo Regius Consiliarius.

NOSOTROS los Aduogados del Reyno de Aragon abaxo firmados, dezimos que de orden, y mandamiento de los Illustrissimos señores Diputados del, auemos visto, leydo, y considerado con mucho acuerdo vn libro que ha compuesto el señor Doctor Pedro Calisto Ramirez, del Consejo criminal de su Magestad, cuyo titulo, è inscripcion es, *Tractatus de lege Regia*, sin auer dexado vna letra en el fin verla, y considerarla, y no ay en el cosa alguna repugnante a las leyes, fueros, obseruancias, o practicas del Reyno: Antes le juzgamos por muy curioso, docto, y prouechoso, para la buena intelligencia de los negocios del Reyno, y de sus fueros, y muy correspondiente con la grauedad y letras de su Auctor, y como tal muy digno de que se imprima, para que todos le gozemos, y puedan los estrãgeros bien affectos a nuestras leyes confirmarse en la justificacion dellas, y los que no lo son desengañarse de la razon natural, y justicia en que estan fundadas: y muy digno de qualquiere fauor de sus Señorias, y porque assi lo sentimos, hizimos y firmamos de acuerdo esta relacion y certificacion. En Çaragoça a 27. de Octubre de 1615.

El Doctor Miguel Pastor Aduogado extracto del Reyno.

El Doctor Geronymo Ardit Aduogado extracto del Reyno.

Licen-

Licencia y Priuilegio.

NOS Don Phelipe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, &c.

NOS Don Diego de Portugal y Pimentel, Marques de Gelues, del Consejo de guerra de su Magestad, y su Lugarteniente y Capitan general en el presente Reyno de Aragon. Por quanto por parte de vos el Magnifico y amado Consejero de su Magestad, el Doctor Pedro Calixto Ramirez, en las causas criminales deste Reyno de Aragon, Ciudadano de la ciudad de Çaragoça, y domiciliado en ella: nos ha sido hecha relacion, que con mucho trabajo, vigilias, cuydado y estudio, aueys hecho y compuesto vn libro intitulado: *Analiticus, tractatus de lege Regia, qua in Principes suprema & absoluta potestas translata fuit*: Suplicando nos lo mandassemos ver y reconocer, para si auia cosa en el que corregir, o enmendar, y estando en su deuida perficion, para poder ser imprimido y sacado a luz, diessemos licencia para ello: Y para hazello con mas justificacion, auemos hecho ver, leer y examinar con mucho acuerdo a personas muy doctas de erudicion y ciencia el dicho libro, a quien lo auemos cometido: y auemos tenido muy cierta y verdadera relacion, que el dicho libro era, y es muy vtil y prouechoso, vniuersalmente para todos: y particularmente para personas de estudio y letras, no solo en este Reyno, pero en los demas de España: y que el imprimillo y sacallo a luz, es muy conuiniente y necessario. Por tanto por tenor de las presentes, damos y concedemos a vos el dicho Doctor Pedro Calixto Ramirez licencia, permisso y facultad, para que vos, o quien vuestro poder tuuiere, y no otro alguno, podays imprimir y vender, y hazer imprimir y vender el dicho libro arriba intitulado, vna y mas vezes, y todos los cuerpos que del quisieredeys: con esto que en el principio de cada vno dellos se ponga è insiera esta nuestra licencia, dando y concediendo os assi mismo, como por tenor de la presente, os damos y concedemos Priuilegio y facultad, para que vos, o la persona que vuestro poder, o consentimiento tuuiere, podays, y pueda imprimir el dicho libro por tiempo de diez años contaderos del dia de la data de la presente licencia y priuilegio. Y mandamos que durante el dicho tiempo, persona otra alguna no lo pueda

Licencia y Priuilegio.

imprimir ni vender en este Reyno, sin licencia vuestra, so pena, que el que lo imprimiere, o vendiere, o traxere de otros Reynos impresso, aya perdido, y pierda todos y qualesquiere moldes, y aparejos que del tuuiere, y los libros que vendiere. E a mas desto incurra en pena de mil florines de oro de Aragon, a los cofres Reales de su Magestad aplicaderos: y mandamos a todos los Iusticias, Iurados, Bayles, Alguaziles, Sobrejunteros, y a todos los officiales Reales del Rey nuestro señor, en el presente Reyno constituydos, y constituyderos, que guarden y obseruen, guardar y obseruar hagan, todas y cada vnas cosas de la parte de arriba proueydas y mandadas, si en la sobredicha pena, y en la indignacion de su Magestad dessean no incurrir. Dat. en Çaragoça a veynte y ocho dias del mes de Hebrero del año mil seyscientos y quinze.

El Marques de Gelues Lugarteniente y Capitan general.

V. Sesse Regens.

Dominus Locumtenens generalis, mandauit mihi Petro Roda, visa per Sese Regentem.

In diuersorum Locumtenens generalis Aragonum secundo, fol. clvij.

INVICTIS-

INVICTISSIMO, AC CATHOLICO PHILIPPO A RAGONVM, ET LVsitaniæ Regi Secundo; aliarum verò Prouinciarum Tertio.

INTER alia, quibus Persæ eximia semper charitate, Reges suos dilexisse, nec vlli nationi Sanctius, Augustiusque nomen Regum fuisse ostendebant: illud præcipuũ moribus comparatũ fuit, vt Regem, absq; munere adiret nullus; ac vel tenuiorum munuscula, & quæcumque pro viribus offerebantur, à Rege summa facilitate, & humanitate excipi consueuerint: eumque morem, postquam Persæ in Parthorum potestatem venerũt, retentũ, Seneca ita scribit: Reges Parthos nõ potest quisquam salutare, sine munere; quia Persarum Reges solebant semper cum muneribus adorari: quo more & Magos CHRISTVM adorãtes, ei munera obtulisse, ait Nicolaus Lyranus: Regi ergo iter facienti, pro se quisque, omnes munera ferebant; & agricolæ quidem, necnon opifices, alij boues, aut oues; alij fruges, aũt vinum; tenuiores veró lac, palmas, & casseum, aut poma, seu alios fructus, quos tellus ferret, gigneretque, dono dabant; à singulis, quorũ fines Rex pertransiret, apponebantur, quæ ipse nõ tributi, sed doni titulo accipiebat. Proinde Sinetam Persam cùm procul à suo tugurio Artaxerxi Memnoni casu occurrisset, ac prę manibus nihil quod Regi offerret haberet, cursu contendisse ferunt, & aquam vtraque manu è proximo haustam flumine, hilari, lætoque vultu Regi obtulisse: munus faustis votis, bonisque verbis, quantum potuit ornasse: & à Misse pomum oblatum grato animo accepisse: ita mihi contigit; nam cùm tua sacra Maiestas, anno 1599. in hoc tuum fidelissimum Aragonum regnum se conferre decreuisset, & in Cęsaraugustana vrbe, huius, & cęterũ regnorum Coronę Aragonum capite, solemni pompa recepta, in eiusdem ciuitatis Ecclesiam maiorem (quę Archiepiscopi sedes

Barnab. Brison. de Regio Persarũ Principatu, lib. 1. pag. 35.

Epistola 17.

In c. 11. Euang. D. Matth.

Ælian. lib. 1. var. histor. c. 1. & 32. Plutarchus in Artaxer. & in Apogtem.

ſedes metropolis eſt)perueniens,ſuper quatuor Dei Euangelia; tuorum more maiorum,ſolemni iuramento Foros,vſus, conſuetudines, & libertates regni ſeruare ſpopondiſes: quod nihil aliud eſſe mihi hæc contemplanti viſum fuit,quàm tibi legem Regiam promulgare; vt Romani ſuis Imperatoribus,in die eorum inaugurationis,& acclamationis ſolebant:quód cum te alma Cæſarauguſtana Vniuerſitas, legum autorem,ac iuris ſupremum præſidium agnoſceret,exorare, ac deprecari decreuit, vt ſolemnitatem cuiuſdam laureæ Doctoralis in iure ciuili,tua Auguſta pręſentia decoraret, cuius precibus libenter annuiſti. In quo mihi,tanquam vni ex antiquioribus legum profeſſoribus,ac primario interpreti, Pręſidis munus iniunxit; quod ego ſubire tãquam meis humeris impar dubitaui; quia vt ingenij inops, quid tanta maieſtate muneris dignum offerre poſſem non haberem, & animo ancipiti reuoluens,non inuenirem. Sed ad tuam ſummam benignitatem,& clementiam,& ad animum,ac voluntatem, quibus munuſculum erat offerendum oculos conuertens, memor quod Demetrius Phalereus PtolomeoRegi dicebat,ſe in libris multa documẽta inuenturum,quæ viua voce non auſi fuiſſent eorum autores profiteri hos labores, quos de lege Regia mei ingenij paupertas ſibi priuatim pepererat,tibi palam obtuli,atque dicaui;quod licet exiguum eſſe,nec ſatis cultum,nec tuo numine dignum iudicarem;tamen memini,quod Socrates dicere ſolebat: Diis ipſis minimo impẽdio litãdum quod Dij,vt non egent rebus hominum,ita magis ſpectãt affectus immolantium,quàm diuitias,aut apparatum. Vnde hoc,ſummo cum iudicio,ac ſudore meo elaborato Tractatu,tui fidelis vaſſalli, & tibi addicti ſerui;ſicut alter Perſa erga ſuũ Regẽ, ſatis amoris ſignum oſtendere exiſtimaui: maiora ſi eo tempore habuiſſem oblaturus. Illud & autorem benigno animo protege; teque Deus Optimus Maximus (cuius ſemper cauſam agis) ſtatus incrementa tribuens,vitam, pro vt religioni chriſtianę,& Eccleſię catholicæ(cuius columna ſingularis,ac vnicum præſidium es)ad eius æternitatem, poſt longęuos & feliçes dies fruendam, cuſtodiat. CAESARAVGVSTAE.

D. Petrus Calliſtus Remirez.

ILLVS-

ILLVSTRISSIMIS DD.

D. MARTINO MELOA FERREIRA MILITI

ſancti Ioannis Hyeroſolimitani, & Caſtellano Ampoſtæ. Licentiato Ximeno Sanz Theſaurario, & Canonico ſancti Sepulchri Bilbilitani. D. Gaſpari Galcerando à Caſtro & Pinos Comiti de Guimara, Vicecomiti de Ebol, & de Alquer foradat, D. Ioanni Torrellas & Bardaxi Domino Baronia de Antillon, la Almolda, Naual, & Albeſa. D. Godofredo de Bardaxi militi, D. de Belleſtar, & la Selua. D. Michaeli Baptiſta de Lanuça Infantioni. D. Ioanni Auguſtin Domino de Zelieta, & domus de Ezpeleta ciui Cæſarauguſtano. Hyeronimo Sanchez Cutanda ciui Turolenſi. Octouiris Regno Deputatis Aragonum, Doctor Petrus Calliſtus Ramirez in ſui animi monumentum. Splendorem dicit æternum.

REGIA lex ea fuit, qua populus omnem ſuam authoritatem, poteſtatemque in Principem transfudit, quæque monarchicum regimen conſtituit, quod omnium eſſe regiminum præſtantiſſimum, philoſophorum omnium, & ſapientium calculis iure optimo comprobatur. Hęc lex, præter quam, quod Principi imperium in populum commiſſit, nonnulla iura, conuentiones, conditionesque regnandi conſtituit (raro namque populus integram authoritatem tranſmittit) quin alquid ſibi reſeruet, prout ſibi vtile, & conueniens futurum arbitratur. Omnia hæc tanquam imperandi onera obſeruare debet, Rex; quodque ſereniſſimi Aragoniæ Reges, cum primum regnum adeunt, adhibito ſolemni iuramento, in poſſe Iuſtitiæ Aragonum coram Deputatis regni & ciuitatis Cęſarauguſtæ Conſulibus prętare conſueuere. Tunc temporis regiam legem illi reuocat in memoriam, qua prædeceſſores Rempublicam gubernarunt, & ipſe regere tenetur, quod etſi primo quaſi intuitu regiã poteſtatẽ imminuere, & labefactare videatur, re tamen optime perpẽſa, nec minimũ quidẽ de illius dignitate, aut authoritate detrahit; quia legũ obſeruãtia, neutiquã regiã minuit authoritatẽ, imó potius eam ſuauiorẽ ęquitati, rationiq;

magis

magis consonã efficit:tam male hoc à nõnullis accipitur,vt affirmare non dubitent,Regem hac ratione non posse integrum imperium in suos exercere,cum verum sit Reges non in propriam vtilitatem,& commodũ fuisse constitutos(hoc namque tyrannicam olet potestatem)sed,vt Reipublicę commodo consulerent;id ergo omne,quod in regni vtilitatem dimanat est etiam mira quadam consecutione vtilitati Regis tribuendum:quicumque ergo cupit Regis esse minister,à regno,eiusq;conseruatione initium sumat,vt possit regiam authoritatem augere,illamque tutã,& immunem ab hostium incursione seruare;regni namq;officia cum Regis beneficiis,ita connexa,& coniuncta sunt,vt vix,aut ne vix quidem in Rege pio, ac catholico(quales omnes nostri,qui hactenus extitere) vnum ab altero secerni,aut disiungi possit;quemadmodum fieri nequit, quin aliquid salutis ex capite in membra,aut ex membris in ipsum caput deriuetur. Quæ omnia cum ipse mecũ,non iniqua trutina perpendissem, anno post Christum natum 1599. quo tẽpore Rex Philippus terra,mariq; potẽtissimus ad hanc vrbem accessit,tunc solemni ritu à se huius regni leges seruandas iuramento stabiliuit,quod vere aliud fuit nihil,quàm legem regiã omnibus palam facere,qua ipse erat regnaturus;hac gitur de re tractatũ quẽdam conscribere statui,illumque tantę maiestati cõsecrare,in quo pro ingenij mei imbecillitate,& tenuitate probare contẽdam,huius regimẽ nimis esse politicũ, leges iustissimas,tum etiã obligationẽ Regum, qua ipsi ad earũdem legum obseruationem tenentur regię potestati non officere, nec ob id supremo suo munere quicquã abdicari, aut maiestatis iure imminui cùm superiorem cognoscant neminẽ, quãuis habeãt aliquos magistratus,qui eos ad leges asseruãdas,&custodiẽdas adhortẽtur,quod nõ eos imbecilliores efficit,sed iustiores multo;nam vt in Deo ex eo quod peccare nõ possit,nõ ideo impotentẽ,sed omnipotentẽ potius cõfitemur;haud aliter Regi,qui si(Menandro fides est)imago est animata Dei,æqua hęc,& prudentia condita adhortatio potentiæ auferet nihil,cõfert tamen ęquitati:hac tempestate nonnullę difficultates mihi subortę,quas in præfatione ad Lectorem attingo.His tamen deuictis, & profligatis tractatũ hunc sub V.D. nomine in lucẽ edere decreui,in quo id vnum, qua rationibus, qua testimoniis probare curabo,regimen videlicet huius regni Aragonũ esse optimũ,& iustissimum,magistratus nimis polliticos, propriùsq; quã reliquarum nationum, ad Romanorum regimen , & gubernationem accedere,eiusque leges,quas exterę gentes propter earũdem ignorantiã, duras,& iniquas iactant,rationi,& æquitati magis cõsonas esse,& populo cõgruentiores,subditos fideliores,magisq; pios,ac religiosos,ex his omnibus, qui sub Regis imperio, & ditione cõtinentur;ipsumque regnũ,instar

equi oris

equi oris morigeri, facillimo negotio posse in quācūque partē flecti, & gubernari; nec ad id impedimēto erit Castellani, & Lusitani regni aut aliorū in vnius Monarchæ persona cōcursus, quominus diutior cura, & diligētia solicitior in his legibus, & moribus obseruādis collocetur; quibus felicissime comparatū, & pacatissime diu gubernatū non sine gaudio contēplamur: nam, vt Cornelius Tacitus autor est, causa cur Romanum Imperiū tantopere præ aliis floruit, ea fuit, quia non solum cum his, qui fœdere sibi erant cōiuncti, verumetiā cū hostibus Reipublicę Romanæ, leges, & pactiones præscriptas diligētissime obseruarunt, ex quo illos in pace conseruabant, & istos ad amicitiam populi Romani pertrahebant, omnes vinculo amoris colligare curantes: cùm scirēt nullum esse amore subditorū in Principem firmius præsidiū, certiusq; pignus stabilitatis perpetuę; idcirco, & vtile, & necessarium est, vt subditi à regibus, iuxta patrias leges gubernē tur. Sicq; imperia gradibus, quibus à principio ad summā felicitatem euecta sunt, eisdē integra in eadem felicitate perseuerabūt; quod si alia quęrātur, sine dubio de pristino dignitatis gradu dejiciētur. Magno in pretio Reges hoc regnū semper habuere, quia quāuis auri, & argēti fodinis careret, nec tot essent in eo tributa & redditus, quib⁹ possent ditari, sciebant tamē se subditos habere regię dignitatis, & honoris studiosissimos, libenterq; fortunas omnes, sanguinemq; ac vitā, vt veri Celtiberi pro Regū salute profussuros, (in hocq; generosissimi Aragonū animi amore ducūtur, bene docti illud, quod acutè, & argutè canit Seneca trag. 9. *Decet timeri Cæsarem, at plus diligi.* Quę omnia meū animūnon leuiter impulerūt, vt post Regē, qui regni caput est; vobis, qui illius personam agitis, in quatuor ordines distributi, *Librū hunc de lege Regia à me elaboratum*, cōsecrarem, Lycurgum imitatus nobilem Spartiatam, qui cum salubriores leges, & à viro regio regias, Phœbo apud Delphos explorādas offerret, easquè oraculo cōsulto nō hominis, sed Dei inuentū acciperet; felicissimāq; fore ciuitatem, in qua diutissime seruarētur; animatę legi. Regi inquam, leges, magistratibusq; lubēs sacrauit, quid plura? sub vestra tutellari lauro libellum hūc statuo, vt ab omni liboris fulmine persistat immunis, qui quāuis minus elaboratus sit, saltem intelligent omnes, ad quorū manus peruenerit aliquid magni in eo contineri, quandoquidem sub Regis potentissimi, ac Regni fidelissimi nomine, & patrocinio lucem vidit. Valete V. D. Deus ad hujus Regni commodum quam diutissime seruet.

AD

AD LECTOREM.

MAIESTAS ſuperna, ſua eximia bonitate, ineffabiliq́ue prouidentia, ſolet eodem tempore, quo laboribus, & anguſtiis homines corrigit, atque premit, ſolatiis, & gaudiis intermixtis, plenius, & abundãtius conſolari: ita, vt maiora ſint diuina ſolatia, laboribus; & gaudia, afflictionibus; & anguſtiis præponderẽt: *Non enim delectatur Deus* [a] *in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem, tranquillum facit; & poſt lachrymationem, & fletum, exultationem infſundit.* Et vt inquit L. Ann. Seneca: [b]

Nemo deſperet meliora lapſis.

Pro vt euenit noſtro regno Aragonum, cui menſis Septembris, ob triſtem, & deplorandum eiuſdem decimum tertiũ diem, [c] anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi octaui, quo dira parca Philippi Regis, ex noſtris Primi, àbſcidit filum; infelix, infortunatusq́ue fuit, cum eo euentu, & rege ſimul, ac patre orbati, ac deſtituti videremur. Sed:

Pellite mæſtitias, & gaudia ſumite plena,
Poſt fletum riſus ſæpè venire ſolet.

Cũm eodem menſe anni ſequentis, præſentia eius filij, ac domini noſtri Philippi, diuina bonitas ita nos conſolata fuerit; vt in eo non ſolum viuam patris defuncti effigiem, & imaginem, cuique vaſſallorũ intueri liceret, ſed etiam eius prudentiam cum fortitudine; iuſtitiam cum clementia; religionem, & pietatem cum ſapiẽtia; ac denique grauitatem cum modeſtia, & temperantia coniunctam, & contemplari, ac venerari valeremus: Ita, vt paternum imperium magis dilatatum, quãm mutatum videretur:

Cuius tanta pietas rudibus ſe oſtentat in annis,
Sic ætas animo ceſſit, quærerentur vt omnes,
Imperium illi ſero datum:
Sed diſtulit Philippus, cupido ſe reddere cælo,
Dum illi paccatum, præſenti traderet orbem,
Rerumq́; illi commendaret habenas.

Qui in hanc ſuã regiam Cęſarauguſtanã ciuitatem perueniẽs cum maxima pompa & apparatu omnium communi gaudio, & generali lætitia receptus fuit, nec ſatis oratione explicari valet:

Quanti

[a] *Tobiæ c. 3. in fin.*

[b] *in Thyeſtes actu 3.*

[c] *Valdes de dignitate Regum, cap. 14. n. 21. die 25 murio a 5.*

Quanti tum iuuenes quantæ ſpreuere pudorem
Spectandi ſtudio matres? pueriſq; ſeueri
Certauere ſenes?

In illo primo eius in hanc Cæſarauguſtanam ciuitatem ingreſſu, in quo noſtra Vniuerſitas apud pontem fluminis Orbę, Regias manus in perſona ſui Rectoris, omnibus Doctoribus cõcomitati, deoſculãs, poſt Deputatos Regni, breuiſſima, ſed elegãti, oratione ſalutauit; poſteaq; decreuit, vt Andreę Franciſco de Seran, clari ingenij, ac bonæ ſpei iuueni, qui parum antea licentia, præuio examine ad inſignia Doctoralia capiẽda obtinuerat, illa ſolemniter traderentur in præſentia Regum, ſi illi tali actui intereſſe dignarentur. Cumque Maieſtas Catholica cum coniuge Margarita (qua tanquam nimis pretioſa, ſuum ornari diadema cœleſtis voluit ſponſus) in dictam Vniuerſitatem venire ſtatuiſſent, die præcedenti, pluribus curribus triumphali modo ornatis præuiis, ac pluribus, variiſque muſicis inſtrumentis, hieroglyphicis, omnisque generis carminibus, more ſolito, Doctorandus, cum maxima nobilium, ciuium, ac Conſulum togatorum comitatu, per ripam Iberi, vbi Reges in feneſtris Archiepiſcopalis domus ſpectatores aderant; ac denique per totam ciuitatem fuit ductus. Sequenti die Reges ſe in Vniuerſitatem contulerunt, vbi à Rectore Doctore Petro Cenedo, Canonico Beatę MARIAE del Pilar, ac in Iure peritiſſimo, cum omnium ſcientiarum Doctoribus, fuerunt ſummo cum gaudio, ac lætitię ſignis recepti, in Theatrumque opulenter, & mirifice, maxime Regum Aragonum (ſuę Maieſtatis prędeceſſorum) effigiebus ornatũ, ducti: in quod ſimul, atque peruenerũt, D. noſter Rex iuſsit, vt omnes capita tegentes ſederent. Quibus iam acquieſcentibus, nomine Vniuerſitatis reuerentia ab humili ſubdito, ac ſeruo, tantis Maieſtatibus debita prędecedente, ſic eos ſalutando, alloqui cępi.

DICI non poteſt (inuictiſsimi Reges chriſtianæ gentis vnicum perfugium) quàm geſtienti lætitia, & inuſitata alacritate, præclara hæc veſtra Vniuerſitas hodierna die exultet, ac ſerio triumphet, poſtquam Regiam iſtam, & auguſtam præſentiam veſtram, in his gymnaſiis inter ſtudioſorum claſſes, ſummo omnes profuſi gaudio, vidimus. Ante hunc quidem diem feliciſsimum, ingenti quodam tenebamur deſiderio veſtri, moleſteq; ferebamus tanto nos, & tam iucundiſſimo conſpectu priuari: Sed vbi Maieſtates veſtræ, in quibus tantum eſt humanitatis, & clementiæ, quantum

¶ *poten-*

potentiæ, & imperij, se nobis hodierno die ostenderunt; illico exhilarati, atque recreati mirifice sunt animi nostri, ipsaq; studia, quantum nunquam alias recordari licet, lasciuiente natura, subitò reflоruerunt. Sit itaq; faustus, & felix iste vester aduentus.

Ac postea ad Regem conuersus, ita cecini.

Salue semideum genus, & terrarum inuicte Monarcha;
Quo, nemo hoc mundi maior in orbe fuit.
Austriacum salue genus, augustissime sanguis;
Austria, quo celso stat domus alta pede
Quem metuit primus, cui seruit, & vltimus Indus,
Anchora qui fidei, & firma columna sacræ;
Qui meritis famam superas, virtutibus annos
Præuenis haud ipso quem Regis orbe minor.
Sed licet Imperium Occeani cum limite claudas;
Non tamen est laudis meta futura tuæ.
Non illam capiet mundi breuis ambitus: astra
Suspicit; æternos illa sequetur auos.

Vestra ego venia obtenta (inuictissimi Reges) morem nostræ Vniuersitatis seruantes, Laureando proponitur talis quæstio disputanda. AN ALIQVIS SIT MVNDI DOMINVS? *Quam quæstionem ancipitem, & dubiam reddiderunt Doctores nostri; nam Itali, & vltramontani tenuerunt indistinctè, Imperatorem esse mundi dominum: quorum fundamentum præcipuum est dictum illud Imperatoris Antonini, relato à Volusio Mæciano l. C.* 1 * *asserentis: Ego mundi dominus, lex autem maris. Ergo videtur quod Imperator sit mundi dominus.*

1 * *in l. deprecatio, ff. ad leg. Rhod. de iact.*

*Sed contrariam sententiam tenuerunt omnes citra montani, pro quorum sententia, vltra adducta ab eis fundamenta, tale est argumentum indissolubile. Nam populus Romanus numquam fuit Mundi dominus, cum multæ fuerint gentes formidabiles Romanis, sibi latissimum Imperium vendicantes, æquali iure, 2 * multæ eisdem formidabiles, cum quibus pacem fecisse gauisi fuerint, vel inimicitiam sine victoria aluerint, 3 * inter quos fuerunt nostri Celtiberi; ergo licet populus Romanus in Imperatorem, lege Regia, omne suum Imperium, & potestatem contulerit, hoc est dominium, & iurisdictionem, non tamen potuit transferre totius orbis dominium, quod nunquam habuit; ergo Imperator non est mundi*

2 * *l. nõ dubito l. post liminiis, §. in pace, ff. de captiuis, l. 2, C. de offic. Præfe. præto. Africæ.*

3 * *Roderic. Sãcius. Apianus, Alexandrinus & alij.*

dominus,

dominus, quod ego latiori sermone, in tractatu, quem de lege Regia elaborare cæpi; differo, quem tuæ Maiestati in lucem edendum offero; quod etsi munusculum sit tanto Principi impar, sed quia de Regia lege in illo tractatur, benigne suscipe, & tu interim Doctorande, quæstionem propositam pro tui ingenij dexteritate dissoluere poteris. Cui quæstioni Laureandus materna lingua in hunc modum respondit.

LA QVESTION *propuesta, S. C. R. M. por mi padrino (segun la costumbre desta Vniuersidad, y de todas las de España) es tan graue por el subjeto de que trata (que es de la Monarchia del mundo), que me atreuerê a dezir, ser merecedora de las Reales orejas, y atencion de vuestras Magestades, y de mas tiẽpo, del q̃ yo me he limitado, por no ser cansado, y penoso. Y assi respodiẽdo digo.*

Lo primero, que ningun Emperador, ni Rey a auido, que fuesse señor de todo el mundo; en cuya consideracion pudiera traer muchas cosas delas historias, que confirman esta verdad. 1 * *Y esta conclusion es mas manifiesta, respeto de los Emperadores, que de los Reyes, cuya Magestad y nombre ha sido mayor en el mundo, y mas antigua que la de los Emperadores Romanos, como lo dixo el sereniſsimo Rey don Alonso el Sabio.* 2 *

1 * *Casane. in Cathal. glo. mundi, 5. par. consideratio. 28.*

2 * *in l. 8. tit. 2. parti. 2.*

Digo lo segundo, que si de algun Monarcha se puede con verdad dezir que sea señor de todo el mundo, lo son nuestros sereniſsimos Reyes de España, cuya grandeça, y magestad mas quiero venerar con vn sagrado silencio, que deshazerla con la cortedad de mi ingenio, y lengua; y en vez de todo loque para prouar esta verdad dizen los Historiadores, y nuestros Iureconsultos, seame licito (ô Sereniſsimo Rey, y Señor nuestro) representar la grandeça de vuestra Catholica Real Magestad, de quien (si de alguno) se puede dezir, que V. M. es señor del mundo. Porque de dos maneras (como enseña lu sagrada Theologia) vno se dize señor de alguna cosa, o teniendola, o soltandola para ponerla debaxo sus pies. En la primera manera vuestra Magestad es señor del mundo; pues emulando la carrera del Sol, le dà con su imperio vna buelta redonda, andando siempre, y nauegando por tierras, y mares, sujetas a su Real Corona, teniendo debaxo della siete mil leguas de costa, con no hallarse en el globo de la tierra mas de seys mil.

En la segunda manera, que es la mas cierta de tenerlo todo, dexandolo sin rendirse a las passiones del animo, con verdad, y sin lisonja podremos dezir, ser vuestra Magestad señor de todo el mundo, pues en el possee tanto; y lo que possee, no lo estima tanto como su alma; y assi es señor de la mas principal parte del mundo, que es de si mismo, cosa que los mayores Emperadores no la alcãçaron, y por la qual no siẽdo señores de si, nũca se pudo dezir quelo eran de todo el mundo, aun en caso que lo vuieran todo subjetado; y esta manera de reynar, teniẽdo en mas sus almas los Reyes, que sus Imperios, conocida cosa

es entre los Sabios, y celebrada por nuestro Tragico Seneca * en estos versos:

*Tragedia 7. in Thieste, actu 2

Regem non faciunt opes,
non vestis Tyriæ color,
non frontis nota Regia,
non auro nitidæ trabes.
Rex est qui, posuit metus,
& diri mala pectoris:
quē non ambitio impotens,
& nunquam stabilis fauor,
vulgi præcipitis mouet;
Mēs regnum bona possidet,
nihil vllis opus est equis,
nil armis, & inertibus
telis, quæ procul ingerit.
Partus cùm simulat fugas
admonitis nihil est opus
vrbes sternere machinis,
longe saxa rotantibus.
Rex est, qui metuit nihil:
quem non lancea militis,
non strictus domuit chalybs:
qui tuto positus loco,
infra se videt omnia,
hoc regnum sibi quisque dat.

Este ha alcançado V. M. con sus Reales costūbres, y en el otro sucedio por su realissima sangre, para cuyo bien, y de la vniuersal Iglesia, esta Vniuersidad de V. M. agradescida de la merced que oy recibe, y con esperança de recibir otras, suplica a la del cielo por los largos dias de vuestras Magestades, y dichosissimos succesos en todos sus Reynos.

Post hæc à legum Doctore Martino de Aueña, qui nunc supernæ Maiestati in ordine Cistercienſi B. Bernardi apud monasteriū Sāctęſi dei religioſè, piè, ac sanctè, iam diu inseruit, atq; famulatur, fuit Doctorādus facetioſè vexatus, cum maximo omniū applausu, ac Regū delectatione. Post hæc ad declarandum gradum, hac oratione vsus fui.

CVM Alexander ille Magnus (cuius rerum gestarum magnitudo, nō euentis, sed factis ponderatur) belli an fortunæ aliquando pertæsus, sibi metipsi displiceret, aduenit nuncius, qui celeritate cursus, ludibūdis oculis, hilaritate vultus, totiusq; corporis motu, animi exultāter gestientis indice, optatissimū, iucūdissimūq; videbatur nuncium pulliceri. Sed Alexander rei feliciter gestæ, narrationē præueniens: quid mi (inquit) bone vir, magni nunciabis, nisi Homerum illū Poetarum prope Deum, nuncies reuixisse? Quo quidem dicto, Imperij sui propagationē, glorioſissimas ab hostibus reportatas victorias, quæ nunciari poterant, docti vnius vitæ postponendas duxit. Sed quid habet dignitatis ad cōmendationem honoris, grauissimum licet Alexandri de literarū præstantia testimoniū, si cum regalis istius, & plusquam Imperatoriæ maiestatis præsentia cōparetur, qua publicū nostrū gymnasium, amplissimis honoribus auctū, & nobilitatum videmus? O clementiā admirabilē, atq; omni laude, prædicatione, literis, monimentisq; decorādā! ô singulare Regis potētissimi, de literarum excellētia, & dignitate iudiciū! ô plusquam humanam inuictissimi Monarchæ de sapientibus existimationem! Ab Alexandro doctos viros, verbis quam honorificentissimis appellatos, annales omnes, vetustatisquè monumenta immortalitatis memoria prosequantur: dummodo Hispaniæ vtriusque, Indiarum, totius denique orbis dominatorem

minatorem maximum, Academiæ Cæsaraugustanæ limina regalibus vestigiis impressisse ad hominum memoriam sempiternam, literis grandioribus in auro incisis, posteritati legendum relinquat, diuinisq; præconiis celebrãdũ. Iamq; hodie dicere possumus, quod imperãte Honorio canebat Claudianus: *

* In 3. Consul. Honorij, p. 155.

Luget auaritiæ Stygiis innexa cathenis,
Cumq; suo demens expellitur ambitus auro
Non dominantur opes, non corrumpentia sensus
Dona valent: emitur sola virtute potestas.
Tuoq; (Philippe) nomine fausto
Præmia iam carpant docti,
Meritisq; fruantur laudibus,
Studiisq; fauor felicibus astris vireat.

Inter quos hodierna die merito condecoratur Doctoratus in Iure Ciuili laurea noster Andræas Franciscus de Seran, Tanquam benemeritus, Et valde condignus, Et nemine discrepante. Postea vt in Cathedram ascẽderet Doctorandus, ad accipienda insignia Doctoralia, his verbis vocaui:

O decorande tibi, cinget mox laurea frontem,
Laurea, quam inuideat Roma superba tibi,
Laurea, quam tanti decorat diadema Monarchæ,
Laurea, quam exoptat docta Minerua sibi.
Laurea, quæ antiquum fortunet nomen auorum;
Laurea felicis nominis omen erit.
Laurea, quæ præsens reddit cognomen: eritq;
Non tibi nomen, erunt, sunt, tibi nomen, erit,
Ergo futura breui fiunt præsentia: præsens
Maiestas facit hoc sacra Philippe tua.

Ac denique Doctoratus gratias Regibus his carminibus refert:

Sed nunc hesperiæ, & mundi spes alma Philippe,
Syrtibus elapsum sæua Charybdis habet.
Gratia nam peragenda tibi, ô fax totius orbis,
Quod nostra excellat laurea serta ducum,
Nostra, quod augustis penetraueris ostia, plantis;
Argumenta dabit, quæ tibi noster amor?
Gemmas? aut aurum? tuus est Tagus, Indus, Iberq;.
Obsequium? iure hoc subdita turba sumus.
Sola tui restat merces pulcherrima facti
Gloria, & haud vlla laus peritura die.
Fascitur his animus Regum: tibi fama negabit,
Imperijs Regem, iustitiaq; parem.

Quibus peractis, Rector vniuersitatis, ego, & Doctoratus ad regias manus deosculãdas accessimus, quibus tamẽ tãta in veneratione sem per Sacerdotes fuerũt, vt eas à Rectore deosculari nõ permisserint, sed blandis verbis, beneuolentiã, & amorem erga nos Rex alloquẽs ostẽ dit, & gratũ sibi seruitium exhibitũ declarauit. Atque ex inde manũ Regiam inæstimabilis valoris, & pretij Margarita ornãs, se in domum cõtulit. Hanc non iniucundã facti narrationẽ prẽfationis loco, Lecto ri proponere statui, vt intelligat datam fidẽ cõpulisse me, vt maleuo lorũ liuores cõtemnens, quibus labor hic noster nõ probabitur, illũ in lucẽ, licet tam sero proferrem. Sed iam audio me de hac sũma mo ra increpari, quod corã tot grauissimis testib⁹, tãto Monarchæ promis sum, tãdiu exoluere distulerim, ita vt iam quasi soluẽdo nõ essem pro pe falsus viderer, à qua tam iusta accusatione me defendẽs. Respõdeo, Excellẽtissimũ D. Bertrandũ de la Cueba Ducem de Alburquerque, suæ Maiestatis Locũtenentem generalẽ in hoc regno (cuius nomẽ no bis, & omnibus regnicolis semper pro beneficiis ab eo acceptis ve nerabile erit) iam à Doctoribus Gaudiosso Azailla causarũ ciuiliũ re gio meritissimo Consiliario, & Martino Ioãne Mirauete de Blãcas Re gij fici aduocato disertissimo, cuius mandato opus hoc recogni tum, & probatum, in lucem proferri, falsa quorumdam istius regni Baronũ suggestione impediuit; quod aduersus eorũ ab solutã potes tatẽ me scribere existimarent; quam recte intellectam, nõ solum non reprobãdam, & impugnandam, sed summopere defendendã, ac vene randã semper iudicaui. Sed ille sic mecum alloquutus dixit, se non vt magistratum prohibere, sed vt beneuolum amicum suadere, vt ad Re gem manuscriptũ mitterẽ, non autẽ mihi, & familiæ ex eius editione in publicũ odium Baronũ pararem. Quia dicebat, quod etsi verũ, ta mẽ periculosum esse Leoni oris fętorẽ nuntiare; cùm tamẽ postea Lo cumtenẽs Iustitię Aragonũ, quid de absoluta potestate sentirẽ, mul tis in sententiis, atque decretis Curiæ, mei animi votũ declarauerim; & iam ab illo officio, ad regij causarum criminaliũ Cõsiliarij munus assumptus; decreui, instantibus, & suadẽtibus amicis, debitũ exoluẽs, in lucẽ edere opus hoc, quodsi vt primus mei ingenij partus, nõ abor tiatur; expecta secundũ, quem mei intellectus paupertas super omni bus regni Aragonũ Obseruantiis genuit, in lucẽ prodiet, beneuolẽtia & gratia, qua te Lectorẽ viderim hunc meũ primogenitũ prosequi; in hoc breuiter, & resolutiuè, ex varia Doctorũ lectione multa cõiun xi, atque destinatũ legis regię ędificium composui; vt dicere possim cum Lipsio, quód licet materia sit aliena, cõtextura tota est mea; bre-

uita ti

uitati ſemper ſtudens, vt cum Martiali ad ſuũ librum dicere poſſim:

Quod ſi cui fortè legeris
Sis licet vſque malus, non odioſus eris.

Quodſi latius, & exactius quis tractatã videre materiã cupiat, legat autores perme citatos, à quibus reſolutio deſumpta fuit; quia laudabile eſt (vt inquit Plinius) fateri per quos quiſque profecerit; conſulto vſus Neotericorum autoritate, quia ſolent noua & vetera de theſauro ſuo proferre, ſed nolui verboſis anfractibus quæſtiones latè diſputare, nec aliorũ tranſcribere lato ſermone diſputatas ſentẽtias; ſi enim materias dilatare voluiſſem, in immẽſum creuiſſet opus, ob idq; illud coarctare volui, non totas herbas deuorãs aliorũ ſcripta faſtidioſè repetẽdo, ſed vt apes ex multis floribus mel cõflare, & ex pluribus herbis ſubſtantiã abſtrahere; quia (vt dicebat Plutarchus: * *Vt moneta illa optima, quæ pretium plurimũ habet, in parua mole: ſic ſermo, quin ſapientẽ & verboſum ſimul vidi neminẽ.* Benigno ergo animo ſuſcipe, cõſiderans, quód quæ publico examini ſubijciũtur, facile taxari valeãt, ac difficile eſt aliquid ita peragere, vt nihil erres, & omnibus placeas, maximè cùm ſint multi, apud quos vt in cautior decipiaris, inuidia in occulto, adulatio in aperto eſſe ſolet; *nam naturaliter*, vt inquit Velleius, *audita viſis laudamus libentius; & præſentia, inuidia; præterita, veneratione proſequimur; & his nos obrui, illis inſtrui credimus*: & fortè aliqui, libidine tantum accuſandi, hęc legent qui ſuo ingenio nimis fidentes, aculeis maledicis pungẽt, & inſectabũtur, ſeſe ita doctos iudicãtes vt vna ſecum natas, & perituras diſciplinas exiſtimẽt, aliorũ labores paruipendendo: ventoſa ingenia, quibus nihil placet quod aliis placeat: qui licet ingenio, & eruditione prędditi ſint, ita tamẽ eius admiratione, & parta qualicũque gloria efferũtur, vt primas vbiq; tenere velint, aliosq; altè deſpiciãt: Quinimò ſe ſuã exiſtimationẽ tueri, & augere nõ poſſe putẽt, niſi aliis obtrectẽt, ac detrahãt, quod vt eſt maximũ, odioq; id igniſſimũ vitiũ, ita ambitioni, veluti peculiariter adhæret, & quaſi Põpeij * morib⁹ imbuti, neminẽ parẽ animo ferre poſſunt; & in quib⁹ primi eſſe deberẽt, ſoli eſſe cupiũt, & plerisq; hoc innatũ eſt, vt malint videri in alieno opere ingenioſi, quàm in docẽdo, atq; intelligẽdo, aliis prodeſſe, nam reprehẽdere, ac dãnare imperiti etiã volũt, iudicare, ac probè expendere prudentes tãtum, atq; docti poſſunt, ad quorũ iudicium ſemper mihi elaborandum exiſtimaui; aliorũ namq; virus, & linguarum aculeum facile contemno, cùm nullũ ſit opus (vt dicebat Socrates) in quo Autores non accuſentur.

* 3. tom. p. 98. in vita Phocionis.

* Paterculus libro 2. Senecã ad Marci. c. 14.

CLARISSIMO VIRO, ET Iuriſconſulto pręſtantiſsimo Petro Calliſto Ramirez, Regio Cõſiliario, ac cauſarum criminaliũ regni Aragonum Senatori meritiſsimo.

SVVS AMANTISSIMVS ANTONIVS AVguſtinus de Mendoça, Hoſcenſis Iuriſconſultus, & Curiæ D. Iuſtitiæ Aragonum Locumtenens. Salutem plurimam, cœleſtemq; beatitudinem deprecatur.

IÆROES illos (pręſtãtiſſime Calliſte), ſi Cęſares, ſi Põpeios, aliosvè Romanorũ Imperatores, propter eorum præclara facinora, victoriasq; ab hoſtibus armis conſequutas, eos quandoque à Republica abigentes, quandoque trucidantes, quãdoque veró in miſeram ſeruitutẽ redigẽtes, maximis encomiis, ac laudibus ad cœlum vſque efferendos eſſe, veterum monumenta teſtantur. Profectó maiori gloria & honore digni ſunt hij, & quos omnis ætas admiretur, vniuerſaque poſteritas immortali gloria proſequatur, qui optimis ſtudiis, laboribus, & vigiliis, rempublicam iuuarunt, & tranquillum communis ſocietatis ſtatum, conſeruare, regere, ac gubernare, viribus omnibus ſunt conati. In horum ſane numero reponendus es tu (amantiſsime Calliſte), qui quaſi diuino afflatus ſpiritu, dum de Lege Regia, deq; poteſtate Principis, ac aliorum dominorum in regno noſtro tractatum, aprime neceſſariũ, inſtituere, omnibusque patefacere propoſuiſti, dum turbulentos in hiis ciuium mores cõponere, è Republicaque iurgia, deſidia, & contentiones expellere nixus es: acuratè equidem, ac diligenter, aliorum regnorum mores & conſuetudines, Curiarum noſtrarum ſtylũ, tribunalium decreta, & Senatuũ placita curioſè obſeruaſti, vt quo ciuiras & regnum, in quo degimus, retro vſum fuerit, in decidẽdis cauſarum

ſarum controuerſiis,id ius quaſi moribus conſtitutum, & iudicio populi receptum,ſuffragioque magiſtratuum iudicantium comprobatum,in poſterum tua authoritate,& labore inuiolabiliter cuſtodiretur. Quo factum erit,vt cùm tam varia quotidie in cauſis, quæ paſſim circa hanc ſupremam poteſtatem occurrunt,iudicia,opinionesq; reperirentur,& ſæpiſsimé in eiſdem controuerſiis diuerſæ, imò contrarię & ex diametro repugnantes, ex eodem fonte producerentur ſententię,ne in incerto diutius Senatuum dignitas verſaretur, & iudicantium authoritas contemneretur, ad ſcribendum hunc elegantem tractatum,animum appuliſti,quo magis,magisque regni noſtri, & aliorum tenebras,ſiquæ hactenus in hac materia extitere,quaſi Solis ortu,depelleres,fugaresvè. Quãuis enim adſint in regno nonnulli viri literis,& ingenio præſtantes,non inanis gloriæ cupidi,ſed iuuãdæ publicæ vtilitatis ſtudio concitati,qui ad ſcribendum in ſupremis hijſce tribunalibus maturo iudicio diſcuſſa,& Fori diſputatione,prudentumque interpretatione, & authoritate deciſſa,in arduis cauſis obſeruarentur,animum adiecerint,omnemque diligentiam contulerint,quibus maximus honor & reuerentia debetur. Tibi tamen ſoli præſtantiſsime vtriuſque Iuris Doctor Petre Calliſte Ramirez,maior omnino debetur,qui velut alter Papinianus I.C.ingenij facilitate,& fiducia doctrinæ fretus,in hoc ſingulari de Lege Regia tractatu,non ſolum Senatuum deciſsiones, mores, regnique conſuetudines,prudentum interpretationes, Fororum declarationes (quibus alij contenti ſunt), ſed & Iuris difficillima reſponſa; Regnorum initia, Monarchię faſtigia, ſtatus præcepta,& alia quamplurima ad bene viuendum, feliciter gubernandum documenta, patefacere, docere,generaliterque demonſtrare, ſumma cum eruditione, elegantiq; ſtylo conatus es. Ita vt opus id luculentiſsimum,& vniuerſis regni huius ditionibus,plurimum vtilitatis allaturum,& exteris nationibus non ingratum futurum arbitremur. Cùm enim in huiuſmodi opere enucleando per multum tempus elaboraſſes, non ſolum dum in hac alma Cæſarauguſtana Vniuerſitate, primariæ iuris ciuilis cathedræ pręeras; & dum in decidendis negotiis Curiæ domini Iuſtitię Aragonum,cuius Locumtenens,ac Senator,collegaq;meus extiteras;verum & poſtmodum, dum in Regio Senatu,cauſarum criminalium,à potentiſſimo domino noſtro Rege,in Conſiliarium meritiſſimè electus es,ab hiis ſpicas,floresquè perſpicuas capeſcẽdo,tractatum hunc de Lege Regia,ſummis laboribus, & vigiliis elaboratum,

tum,ac omnibus numeris absolutum,ab omnibus desideratum,amicorum importunitate in lucem edere;Potentissimoque, ac christianissimo Regi nostro Philippo dicare decreuisti. In quo,grauissimorum patrum decreta,& sententias, in arduis causis latas,quæ admirabile quoddam iustitię lumen præ se ferunt,reperiuntur;& in quo tui Autoris,in vtroque Iure peritia,disciplina,in decidendisque causis solertia,quasi vnica,& præexcellenti,luce meridiana clarior appa ret,& demonstratur. Tui igitur facundiam in dicendo,&allegando; admirabilem,ac penè diuinam prudentiam,integerrimum iudicium, iustitiamque ministrandi salubre consilium, ac cæteras animi dotes prętermittam, veritus ne orationis meę angustiis,egregiis tuis laudibus,& virtutibus,aliquid detractũ esse videatur:aut ne forsam, quasi tui affinitate coniunctum proprias laudes(quod à me vt probè scis, maxime alienum est) videar decantare.Gratulor igitur tibi pręstantissime Calliste, ac iterum gratulor, qui cûm tot esses grauissimorum negociorum molle depræssus, inter tantos grauissimos regni nostri Iurisconsultos,qui prouinciam hanc poterant subire, nec labori parcens,nec proprię salutis memor,sed solum Reipublicæ cõsulens,laborioſum hunc tractatum in lucem prodiisti. Ac omnibus gratulor,cùm per huiusmodi opus,beneficiumque singulare, literaria disciplina, hominum intellectus, totiusque regni & Senatus authoritas augeatur. Quod si non defuturos inuidos cognoueris;qui huic immenso labori detrahere, eique debitum honoris laudem auferre conentur.Ne timeas Calliste,ne timeas inquâm; nam vetus hęc scribentium, & legentium querimonia est,à qua,si liberari volueris, nodum potius in scirpo quęres, quam liberationi locũ fore existimabis. Vale, Nestoreosque feliciter viuas annos, vt laborum tuorũ pręmia,pro mei desiderio,maioribus dignitatibus, consequaris.

Ioan-

IOANNES MARTINVS Ramirez Iuris Studioſus, optimo parenti in grati animi monumentū Epygramma dicat, & ſacrat,

EN tibi fulgentem validiſsima Iberia prolem,
Quæ infractas leges, iuraq; iuſta fouet
Pro patria pugnans natis, laribusq; paternis,
Conſecrat iſtud opus, pignus amoris habe,
Vnde decus magnum, maneat dum vita ſuperſtes,
Nemine de hinc poteris, iam renuente frui.
Principis imperium, tua Iura volumine claudens;
Principe inoffenſo, conſulit ecce tibi.
Has igitur chartas cum Principe ſæpè reuolue,
Hoſtibus illæſæ, ſecula cuncta viuent
Fœderis & pacis nam ſunt monimenta togatæ,
Cui Rex ſeruandæ regia verba dedit.
Et Parcæ texant huius longiſsima vitæ
Stamina fatales, vt potiora canat.
Cinge comas Aracho, laurus tua tempora cingat,
Et ciuis cingat tempora bacca tui,
Cedro poſteritas, atque eius ſcripta notentur,
Nam iuſta eſt patriæ nuncia fama patri.
Nunc precor inuidiæ fulmen, procul arbore pelli;
Voueo ſic natus; ſuſcipe vota Deus.

Dida-

DIDACI CALLISTI RAmirez liberalium Artium ſtudioſi, Epygramma ad opus patris.

MAGNANIMIS patribus regni, qui munera ſaluans,
Peruaga fama, decus, nomina, & magna dicat,
Sanguine perfuſſo, quia legis Iura tuentur,
Nam ciuem patriæ, viſcera torquet amor.
Non ſecus Ancharus pręcelſus, Rexque Lydorum,
Pro patria vitæ pignora chara dedit.
Sic proles Sparthæ peritiſſimus ille Lycurgus
Clara libens propriæ munera lucis odit;
Talia pro patria gratis ſubiere pericla,
Famaque grata ſuo murmure laudat eos.
Si tulit aſtra viros, legum qui dogmata ſeruant,
Et Iuris leges ſubſtinuere pias,
Vt Brutus Marius, Decius, Scipioque ſupremus,
Rumpito fama moras, ecce RAMIRVS adeſt.
Hi ſolum celant patriæ iuſtiſſima Iura;
Celat hic & Regis, & tua iura ſimul;
Ampla poteſtatis demonſtrat littora Regis,
Iura probat iuſta, comprobat atque pia;
Namque poteſtati Regis de munere quicquam,
Non rapitur, regno iura fruente ſua.
Non ſubiit mortem, ſubiit tamen ipſe labores;
Et regni, & Regis Iura tuenda fouet.
Sint igitur illi tres hoc pro munere palmæ,
Eia comas cinge patria grata tui.
Sic Pilij longos viuas, tibi Neſtoris annos,
Sic & Cumanos, iliacosque dies,
Vt validi Aragones reddant tibi ſemper honores,
Perpetuo ſtirpem condecorentque tuam;
Namque amor hic patriæ ratione valentior omni
quod tua fecerunt ſcripta, retexit opus.

ERRA-

ERRATA

Quæ in pleriſque iam emendata reperies. Primus numerus paginam, vt faliùs corrigas; ſecundus, numerum indicat.

Vt errata prius legas, rogo candide lector
Ne detrahat ſenſum, litera ſcripta malè.

Pag. 1. in ſummario, n, 5. microſmos, lege microcoſmos. 3. in ſummar. 78. recouciliatione, reconciliatione. 1. coſiliarus, conſiliarius. 4. 6. fui, ſui. 10. 44. ſitam, ſita. 11. 44. ędificationem, ędificatio. 12. 46. eminenti, imminenti. 13. 59. Hiſpania, ab Hiſpania. 17. 72. axempla, exempla. 25. 13. accuſato, accuſatus. 29. 26. expectarunt, ſpectarunt. 39. 4. zelo, cęlo. 40. 10. aliqui, alioqui. 42. 17. principatum, principatu. 47. 46. Martianus, Marcellus. 48. in ſummario. Monarchicus Magiſtratus, lege Principatus. 53. 16. obſeruantia, obſeruantiæ, Ibidem 17. quędam, quadam. Ibidem, 18. ſub, ſub. 54. 20. aſpectus, aſpectu. 56. 2. profuturi, præfuturi. 49. 1. courſu, concurſu. 61. in princ. exellentior, excellentior. & 6. reuertente, reuerenter. 62. 7, immittantur, imitantur. 60. in ſummario, oporteat, debeant. 67. 24 prętetea, prętterea. 68. 24 corporis, corpori. & ibid. 25. miſericordia, iuſtitia, credulitas, crudelitas. 69. in princi. amare, amari. 70. 26. tollerere, tollere. 75. 5. in ſummario, lenter, lente. 76. 40. polici, politici. 77. 42. quoad, quod. 77. 43. aſſerentis, afferentis. 82. 13. doma, dogma. 89. 2. qui, quæ. 90. 5. raratione, ratione. & 9. cum, eum. 93. 25. cui, cuius. 101. 27. conſtiutis, conſtitutis. 113. 9. valeant, valeat. 115. 13. à noſtros, á noſtris. 121. 25. equus, ęquus. 124. 41. principes, princeps. 125. 44. & culis, culis &. Ibid. 45. proninciis, prouinciis. 134. in ſummar. 32. pas, pars. & 36 afferri, offerri. 137. 16 lectione, lectione. 144. 103. defferant, differãt. 149. 2. regni, regni. 155. 51. auduerſus ſimantem, aduerſus ſimantẽ. 174. 12. tribuitur, tribuunt. 213. lin. 23. mandare, mandari. 223. in ſummar. 17. appellationis, appellatione remota. & 25. expectat, ſpectat. 224. 2. deſolui, diſolui. 227. 12. remictendo, remittendo. 231. 26. maxima, maxime. 246. 10 iuris, ius. reſtitutum, reſtrictum. auferebautur, afferebantur. 246. 8. gratos, tos, gratis. 147. 12. competit, competunt. & 14. in alij, in aliis. 261. 61. liberi, liberé. 270. 8. diſtingi. diſtringi, 276. 26. dednnxerunt, deduxerunt. 295. 16. debitam, debitum. 301. in princ. deeſt, citatis ſententia in prima. 313, illi, ille. 342. 17. ſignare, aſſignare, 349. 10. directum, directam. 352. 17. ſignare, aſſignare. 369. 11. Seruiaua, Seruiana. 370. lin. 15, commitiur, committitur. 390. 23. ſeruitus, ſeruitutis. 391. in ſummar. poſsit, poſsint. (363. 1. conuentri, deeſt, ſcilicet nobilis in caſsibus permiſsis.

INDEX

INDEX PARAGRAPHORUM istius Tractatus.

Initium.

ETHicæ poteſtatis in ſe ipſum; nec non œconomicæ in familiam, patriæ, & dominicæ in filios & ſeruos; exordium, & effectus, pag. 1.

§. *Primus.*

Politicæ vitę in multorum ſocietate, origo, pag. 20.

§. 2.

Diſtinctio poteſtatis in eccleſiaſticam, ſeu ſpiritualem, & ſecularem, ſeu temporalem. pag. 23

§. 3.

In ſuprema ſeculari poteſtate, quot ſint ſpecies regendi; quæ excellentior; & quę fuerit apud Romanos lex Regia; & de aliquibus vrbis Romanę laudib⁹, p. 37

§. 4.

Monarchicus Principatus vnde fluxerit, & in Aragonia quomodo, & qualis in ſuos Reges lege regia translatus. pag. 49.

§. 5.

Rex eſt caput Regni, & de eius munere, & officiis, pag. 56.

§. 6.

Connexio inter caput Reipublicæ, & eius membra, eorumque adęquatio, & comparatio, pag. 58.

§. 7.

Maieſtas in Rege comparatur cerebro, & quis honor Regi, & eius Magiſtratibus ſit exhibendus, & illos erga ſubditos quomodo ſe gerere oporteat, pag. 61.

§. 8.

Oculi capitis politici, & de eorum qualitatibus, pupillis, palpebris, & obiecto, pag. 79.

§. 9.

Aures capitis politici, quæ ſint, & de earũ officio, & miniſterio, p. 85.

§. 10.

Naſus capitis politici, quis ſit, p. 89

§. 11.

Os capitis politici habet dentes, & linguam, non tamen guſtum in palatu, & quare, pag. 26.

§. 12.

Collum coniungens caput ad mẽbra, & è contra, quod ſit & ſtomachus cui cõparetur, pag. 103.

§. 13.

Cor corporis politici, & eius duæ auriculæ calorem temperantes, quæ, pag. 105.

§. 14.

Iecur corporis politici in agricolis, paſtoribus, & mercatoribus repreſentatur, pag. 109.

§. 15.

Quid ſit ſplen in corpore polytico, pag. 112.

§. 16.

Venter, & inteſtina, brachia, & manus, digiti, crura, ſeu tibię, pedes; oſſa, nerui, ac muſculi corporis politici, quibus officiis in Republica

blica fungantur; & quomodo illis comparentur, pag.116.

§. 17.

Rex Aragonum est caput supremum regni, nec eius Maiestas legum obseruatione minuitur, pag.127.

§. 18.

Ad Regem Aragonum spectat Curiarum congregatio, & an expediat, quod illa frequens sit, pag.130.

§. 19.

Curias congregare quid sit; cur leges nostri regni Fori appellentur, & quare eos D. Rex obserua re teneatur, pag. 134.

§. 20.

De origine officij Iustitiæ Aragonum, illiusque iurisdictione miniteriis, & potestate, pag.145.

§. 21.

A populo in Regem quę fuerint lege Regia translata, & quod Rex Aragonum supremus Monarcha sit, neminem superiorem recognoscens, nulliquePrincipum supremorum postponendus, pag.172.

§. 22.

Lex Regia quo tempore, & à quibus apud Romanos lata; & quæ sit potestas Principũ, p.179

§. 23.

Potestatis plenitudo in Principe, quę absoluta appellatur, quid sit, & singulę diffinitionis partes explicantur; & an, & quando eam exercere Principem oporteat, & quæ vrbes Regię appellentur, pag.184.

§. 24.

Ius regium an sit separabile à Regia corona; & consideratur respectu dominij, & iurisdictionis, pag.207.

§. 25.

De effectibus supremę potestatis respectu iurisdictionis, & qui sint legibus, & Foris Aragonũ limitati, pag.224.

§. 26.

De effectibus ex supremo deminio resultantibus; & quis sit illorum vsus, & secundum leges regni restrictio, pag.243

§. 27.

Appositio pendonum, & prouisio perhorrescentiæ in locis Baronum, à suprema Regis Aragonum potestate pendet; & quot sint species vassallorum in regno pag.267.

§. 28.

Quibus verbis colligatur Principem voluisse vti plenitudine potestatis, & illam in alium transferre; & de clausulis, earumque effectu, pag.278.

§. 29.

Plenitudo potestatis an extendatur ad ea, quæ iuris naturalis sunt, & quæ sint illa, pag.287.

§. 30.

Ius gentium quod sit, & quæ ab eo introducta, & quomodo ad illa plenitudo potestatis extendi valeat, pag.303.

§. 31.

§. 31.

Quę â iure diuino emanare dicantur, & an sit apud Principes aliqua in illis potestas ex lege Regia, pag. 330.

§. 32.

Explicatio latissima obseruantiarũ regni Aragonum circa absolutã potestatem Baronum in suos vassallos seruitutis, pag. 344.

§. 33.

Vassalli seruitutis Baronum, cur sui homines appellentur; & an sint propriè serui, & possint Barones in eos sęuire; & de Nobilibus, Militibus, & Infantionibus in eorum locis habitantibus. Et an Cõmissarij forales, & Curię possint vti absoluta potestate, p. 363.

§. 34.

Vassalli seruitutis nostri regni, cum quibus aliarum prouinciarũ vassallis conueniant; & an in eos exerceatur à Baronibus potestas absoluta per viam iurisdictionis, vel facti impunibilis, pag. 381.

§. 35.

Lex tribuens absolutam potestatẽ Baronibus nostri regni, an sit iudicanda odiosa, vel fauorabilis; & an possint eius vassalli seruitutis male tractari absque aliquo recursu, & impunè, pag. 392.

§. 36.

Ad hoc vt Baro possit exercere absolutam potestatem impune, quę requirantur; & an vassalli se possint redimere, si in durioris conditionis dominum alienentur, vel possint contra Baronem, aliqua defensionis specie vti, pag. 404.

ANA-

ANALYTICI TRACTATVS DE LEGE REGIA.

AVTORE,

DOCTORE PETRO CALLISTO REMIREZ olim in Academia Cæsaraugustana Iuris ciuilis Primario interprete, & in Aula Curiæ D. Iustitiæ Aragonum. Nunc verò causarum criminalium Regio Consiliario.

INITIVM.

ETICAE potestatis in se ipsum, necnon Aeconomicæ, in familiam, patriæ, & dominicæ in filios & seruos; exordium, & effectus.

SVMMARIVM.

VLpiani I. C. laudes, & origo, 1.
Eiusdem fragmentum de lege Regia, lib. 1. Institut. Origo potestatis secularis, 2. 3.
Vnus tantum homo fuit creatus à Deo in principio seculi, 4.
Homo cur Mycrosmos à Græcis appelletur, 5.
Potestatis Aeticæ exordium fuit hominis in se ipsum, 6.
Omnia fuerunt hominis gratia creata, 7.
Homo fuit creatus ad imaginem Dei; vt eum diligeret, & eo fruerentur, 8.
Explicatur vers. Prophetæ Regis, Psal. 4. 9.
Synderesis in homine quæ dicatur, 10.
Subiectum Eticæ quid sit, 11.
Domus vna ab initio extitit, 12.
Coniunctio maris & fœminæ ex qua liberi procreantur æd constitutionem domus necessaria, 13.
Deus cur creauit marē & fœminā, 14.
Serui non sunt necessarij pro constitutione domus, 15.

Vir in domo imperat, mulier verò obtẽperare tenetur, 16.
Paterfamilias habet in vxorem & liberos æconomicam poteſtatem, & deſpoticam in ſeruos, 17.
Homines in initio non habebant domos, ſecundùm Vitrubium, ſed in nemoribus, & ſiluis (more ferarum) habitabant, 18.
Vitrubij ſententia reprobatur, 19.
Domus eſt vox analoga, 20.
Domus ſumitur profamilia, 21.
Vxor, filij, & ſerui ratione naturali tenentur obedire patrifamilias, 22.
Poteſtas patria, cur fuerit à Romanis introducta, 23.
Lex Romuli refertur, 24.
Legis 12. tabul. verba referuntur, 25.
Patriæ poteſtatis rigor reſtrictus fuit, 26.
Patribus moderatè caſtigare filios, non tamen ſeuire in eos permiſſum, 27.
Duo I. C. reſponſa explicata, 28.
Filiam adulteram, quomodo poſsit pater in cuius poteſtate ſit occidere, 29.
Pater egenus, an, & quando, & quam ob cauſam poſsit victus quærendi cauſa, filium vendere, 30.
Patriæ poteſtatis vſus, an tantum fuerit in orbe Romano, 31.
Franci vnde appellati, 32.
Franci, ſeu Galli an agnouerint patriam poteſtatem, 33.
Aragonenſes, à Celticis Gallis originem ducunt, & ab eis aliquos mores acceperunt, 34.
Aragonum Regnum Celtiberia appellatur. 35.
Celtæ antiqui an fuerint Galli, 36.
Regni Aragonum laudes, 37.
Aragoniæ nominis etimologia, 38. & 40.
Mos antiquorum quando ad habitandas Prouincias, & erigenda Regna accedebant, 39.
Mons Caullus Romæ olim Agonius appellabatur, & de vtriuſque nominis ratione, 41.
Fundamentum & exordium chriſtianæ religionis & fidei in Hiſpania, in Aragonia extitit, 42.
Beati Iacobi in Hiſpaniam aduentus, traditione maiorum, & multorum autoritate cõprobatur, 43.
Hiſpania, quare Iberia appelletur, 44.
Sacellum Beatæ Mariæ del Pilar Cæſarauguſtæ à Beato Iacobo eiuſdem Virginis iuſſu ædificatum 45.
Sacellum Beate Mariæ del Portillo Cæſarauguſtæ, in cuius miraculi memoriam cõſtructum, 46.
In Aragonia nunquam fides Chriſti defecit, 47.
Officium ſanctæ Inquiſitionis priuſquam in alia Prouincia in Aragonia claruit, 48.
Myſterium fidei pluribus miraculis extat in Aragonia confirmatum, 49.
Innumerabiles Martyres pro defenſione Fidei in Aragonia paſsi ſunt, 50.
Beatus Laurentius, & Vicentius, Patientia, & vterque Orencius in Aragonia exciuitate Oſcæ orti, 51. & 53.
Philippus Rex noſter in honorem Beati Laurentij ditiſsimum templum, ac cœnobium extruxit, 52.
Sancti, Braulius, & Valerius Epiſcopi Cæſarauguſtani qui fuerint, & quo tempore, 54.
Reges Aragonum ſunt anteſignani Eccleſiæ Romanæ, 55.
Fila quibus pendent R. P. diplomata gratiæ ex coloribus Regni Aragonum ſunt, 56.
Iacobus Rex Aragonum Valentiam & Inſulas Baleares à manibus Sarracenorum eripuit, 57.
Ordines Beatæ Mariæ de Monteſa, & de Redemptione captiuorum, R. P. approbante inſtituti, à Iacobo Rege Aragonum, & alia remiſsiuè, 58.
Ferdinandi Secundi Regis Aragonum laudes & præclara facinora recenſentur, 59.

Ferdi-

Ferdinandus Secundus Rex Aragonum, cognomine Catholicus, & quare, 60.
Reprobatur dictum Thomæ Bozij, 61.
Patria omnibus chara, sed charior Aragonensibus, 62.
Potestas patria non est in Aragonia, nec est necessaria 63.
Parentes possunt in Aragonia filios bonorum suorum successione priuare, & in alios etiã extraneos transferre, 64.
Patriæ potestatis effectus, remissiue, 65.
Æconomica potestas est in Aragonia ad emẽdandum filios, 66.
Politica & publica potestas, ab æconomica & familiari originem sumpsit, 67.
Discrimen inter emancipationem & abdicationem, 68.
Abdicatio in Aragonia olim desafiliatio appellabatur, 69.
Mater habet in filios domesticã potestatem, sed non patriam, 70.
Mater tenetur soluere mulctam pecuniariam pro delicto filij, & quare, 71.
Coerctione æconomica & domestica coerceri possunt omnes, ab eo, cui reuerentiã & obedientiã præstare tenentur, 72.
Famuli conductitij in Aragonia non possunt verberari à domino ob malũ seruitium, & quomodo intelligatur, 73.
Pater orphanorum, qui Magistratus in Aragonia sit, & quæ eius muneri incumbãt, 74.
Otium nihil perniciosius in Republica, 75.
Legatus nõ habebat ius atrociter verberãdi 76
Habentes correctionem, non flagris, sed virgis cedere solent, 77.
Inquisitores cur virgis vtantur in recouciliatione publice pœnitentium, 78.
Ex familia Dominicana, iuxta constitutionem Regis, vnus debet assumi ad Consilium supremum sanctæ Inquisitionis, 79.
Magister Ludouicus Aliaga ad supremum sanctæ Inquisitionis Consiliũ assumptus, 80.

INITIVM.

1 DOMITIVS † Vlpianus I.C. qui nõ natalibus, nec origine patriæ clarus; cùm Syrus ex Phœnice esset, sed quia summi ingenij vir; [a] ab Herennio [b] Nobilis, & à Modestino Nobilissimus; [c] & ab Alexandro Seuero [d] Iurisconditor, Præfectus Prætorio, eiusq; parens, & Consiliarus, ac Scrinij Magister fuit appellatus. Cuius consiliis, quia Alexander Rempublicã administrauit, summum fuisse Imperatorem fertur. [e] Is
2 lib. 1. † institutionum, potestatem vnius supremi Principis (quæ suo tempore penes Romanorum Imperatorem consistebat) astruens, in hæc verba prorrũpit: *Quod Principi placuit, legis habet vigorem, vtpote cum lege Regia, quæ*

A l. vnica, § ne autem, C. de caduc. tollen.
B In l. 2. §. fin. in fin. ff. de excusat. tutor.
C In l. diximus, 4. in fine eod. tit.
D l. ex Diui. in fin. C. de locato, l. secundum, 4. C. de contrahen. & commiten. stipulat. ex Eutropio lib. 8. Cuiac. in comment. ad l. Gallus, in princi. pagi. 229. Cyn. in l. prouidendum, C. de postul. Tiraq. de nobilita c. 5. nu. 4. Afflict. in prœm feud. nume. 8. Cotta in memorabilib. tit. de iurisperitis, vers. Huius assessores, Corras. in repetitio. l. si quis duob. num. 3. C. de impub. Tellus Fernand. in l. 23. Tau. num. 5 & 6. Viglius in prælectio. ad l. 1. num 2, & 3. ff. si cert. petat. Ioa. Mariana in histor. de reb. Hispaniæ, lib. 4. c. 8. p. 153. ad med. Fæder. Scotus in orat. pro docturæ insigniis, p. 103. col. 1. ad fin. Nicol. Festal. de æstimo & collect. 4. p. c. 3. num. 47. Guiliel. Benedict. in cap. Rainuntius, verb. Vxorem, decis. 2. nume 202. de testamen.
E Ælius Lamprid. in Alex. Seue. inter eos, qui vitas Imperatorum scripserunt, 2. p. Lugduni 1559. pagi. 354. Matheat. de via & ratione iuris, lib. 1. cap. 24. Simanc. de Republica, lib. 9. c. 10. n. 4. & 5. Ioann. Chokier. in thesauro aphorismorum politicor. lib. 3. c. 8. exemplo 1. pag. 225.

quæ de Imperio eius lata est, populus ei, & in eum omne suum Imperium, & potestatem contulerit. Cum enim in illo primæuo † statu orbis conditi, omnia naturaliter dispo- 3
nerẽtur, potestas laica, & secularis, à minimo, & imperfecto prodisse traditur, scilicet à domo, vel Pago, & paulatim crescens, per media, scilicet oppida, & ciuitates ascendisse ad summa, & perfecta, hoc est ad Regna multarum ciuitatum, & Imperium multorum Regnorum. Nam orbe condito † certum est primó 4
vnum tantum fuisse creatum hominem, qui Microcosmos, *g* (ideſt mundus paruus) fuit appellatus, † quia 5
cũ omni creatura participat; *h* habet enim cõmune esse cum lapidibus, viuere cum plantis, sentire cum brutis, & intelligere cum Angelis: quem ab initio † constituit 6
Deus; *i* & reliquit in manu cõsilij sui, liberum arbitriũ, ac potestatem in se ipsum tribuens ad refrenandas animi passiones, non tamen (vt inquit D. Augustinus *k*) bonam voluntatẽ infructuosam, nec malam voluit esse impunitam, sed iustis legibus comprimi; cum licét omnia in orbe existentia † eius gratia fuerint creata, *l* tamẽ ip- 7
se propter Deum, *m* † in quem, tanquam in centrũ sphe 8
ræ, ad quod puncti, & lineæ omnes, se reducunt; ita diri gatur, vt se ipsum noscens, & ad imaginẽ eius, qui prima veritas est, creatum intelligens, eum tanquam summam, & infinitam bonitatem toto corde, & mente diligeret: ac secundum optimum lumen rationis, (de quo inquit Propheta:) † *n Signatum est super nos lumen vultus tui Do* 9
mine, actiones suas dirigens, ac gubernans Deum, eius vltimum finem, assequeretur, charitate in hac vita, eius immensam maiestatem possidens, & in alia, æterna felicitate fruens: licet illud dictum Prophetæ de auxilio Dei contra hostes intelligat Petrus de Aragon

F Genes. cap. 1. G Aristot. lib. de mundo ad Alexan. Cæl. Rodig. lib. 24. lectio. antiqua. c. 30. Lel Zachus de duelo, lib. 1. c. 29 n. 3. Bobadi. in sua Polytica lib. 2. c. 21. num. 1. Merola in Republica originali, lib. 1. c. 24. Hector Pinto en la Imagen dela vida christiana, 1. p. dialag. 1 cap. 5. fol 12. pag. 2. M. Anton. Camos in microcosmia, 1 p. dialog. 2. & 3. labellus in procem. ad 10. lib ethico. pag. 4. Oña en las postrimerias del hombre, 1 p. c. 1. discur 5. Gulielm Benedict. in ca. Rainuncius, verb. Adiectæ impuberi, num. 19. de testamen.

H Cassane in cathalo. gloriæ mundi, 2. p. considera. 1 Petrus Gregor. syntaxis artis mirabilis, lib. 6. ca. 1. pag. 70. & syntagma iuris vniuersi, lib 7. c. 1. num 3. Breviarium Romanum lectio 9. ad diem Ascensionis Domini Cęlius Rodiginius lectio antiqua. lib 1. c. 2. & 35. Dionisius Paulus Lopis de vera quatuor Patriarchalium sedium erectione, cap. 11. nu. 25. cum duobus seqq. Raimundus Sebundius in trãctatu de natura & conditionib. hominis, dialog. 1. per totũ.

I Eccles. cap. 15. Genes. cap. 4. Deuterono. capi. 30. c. Nabuchdonosor. cap. Vasis iræ, 23. quæst. 4. c. Qui Episcopus. 23. distinct. cap. fin. de pœniten. distinct. 2. Sanctus Thom. 2. 2. quæst. 64. artic. 5. ad tertium.

K Contra Crescent. c 51.

L 1 in pecudum, 28. ff de vsuris, §. in pecudum. Instit. de rerum diuisio. l. iustissime. 44. ff. de ædilitio edict. Casane. in cathalog. gloriæ mundi, 2, parte, consideratio. 2. Plinius lib. 7. naturalis historiæ, c. 1.

M Iabel. in epitome etcen. Platonis tracta. 2. c. 4 Belarmi tom. 3. genera. controuers. 3. lib. 3. c. 16. vers. 4 p. 547. & in libello de ascensione mẽtis in Deum. gradu 1. Magister sentẽtiarum lib. 2. dist 1. Ludouicus a Paramo de origine officij sanctę Inquisitionis, lib. 3. tit. de Summi Põti. potestate, quæst. 1. opinio. 3. n. 45 S. Antoninus in summa. p. 1, tit. 1. cap. 4. §. 2.

N Psalm. 4. D. Tho. 12. q. 79. art. 13. Azor. 1. p. instit. moral. lib. 3. ca. 29. pag. 158. post med. pluribus relatis Sayrus in claui regia, lib. 1. c. 2, à nu. 2. cum seq. & lib. 2. cap. 1. num. 4.

Aragõ, nõ de lumine naturali, o quod ſyndereſis appellatur, † quę omnem rectam rerum agendarum rationem continet, ſiue generaliter preſcribat, ſiue ſpecialiter moneat in hac, vel illa re, vel materia, hoc loco vel tempore, eſt enim iudicium intellectus practici, & lux, qua bona à malis diſcernimus, quæ in corde & mente hominis, veluti in quibuſdã viuis tabulis ad imaginem Dei creatis, diuina quadã prouidentia impreſſa extat; prouidit enim clemẽtiſsimus omniũ Pater, nihil in hoc mũdo equè homini opus eſſe, quàm regulis, atq; principiis quibuſdã, recte viuẽdi, ornari, & imbui, quæ prẽter eum nemo dare poſſet: Iſtaq; eſt lex, de qua ſenſit Apoſtolus p de Gẽtibus loquens, *quod cum legem non haberent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt.* Et Dominus per Hieremiam q dicẽs: *Dabo legẽ meã in viſceribus eorum, & in cordibus eorum ſcribã eam.* Quã, vt inquit Cicero: r *Non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſsimus, ad quam non docti ſed facti, non inſtituti ſed imbuti ſumus.* Vtcumque tamen ſit, illud certum eſt, iſtud fuiſſe initium, & exordium poteſtatis humanæ, cuius præcepta Philoſophi ſ morales tradunt in Ethica, † illius ſubiectum conſtituentes, in operatione voluntaria hominis ordinata in finem. Sed poſtquam vxorem habuit, ex eaque filios ſuſcepit, vnã fuiſſe domum conſtat; † ad cuius conſtitutionẽ prima, & maximè neceſſaria eſt † cõiunctio viri & vxoris, t ex qua liberi procreentur: nã domus ſine nuptiis mãca eſt v cùm in viro & muliere ita plena perfectio domus conſiſtat, vt qui ſine vxore eſt, quaſi ſine domo ſit, & ideo Deus x marẽ † & fœminã creauit, quia alter alterius indigebat ſocietate. Serui enim non ſunt † adeò pro cõſtitutione domus neceſſarij, cùm ſufficiat aliquid loco ſerui habere, vt dicebat Ariſtot. y bouẽ paupe ribus eſſe pro ſeruo, quę naturalis ſocietas, in cõſuetudinẽ quotidianã conſtituta domus eſt: Inde latini, z vxorem ducere, quaſi domũ ducere dixerũt; in qua vir, † quẽ patrẽfamilias dicimus, imperat; fœmina verò, quam matrẽfamilias appellamus, obtemperat, quia in † ea paterfamilias æconomicã habuit poteſtatem in vxorem, & filios,

O In 2.2. D. Thomæ in explicatione 2. art. q. 57. nouiſsime Ioannes Lorinus in commentario ad illum verſiculum, pag. 78. col. 2.

P Ad Roman. 2. Belarm. tom. 3. controuerſ. generali 3. lib. 5. c. 2. pa. 590. verſ. Sed eſt & aliud Soto de iuſt. & iur. lib. 2. q. 3 art. 1.

Q c. 31. Nicol. Sera. to. 2. opuſculor. theologicorũ, de legib. art. 30. ex D. Ambro epiſt. 71. ad Irenenm.

R In orat. pro Milone.

S Iabel. in procem. ad de cé lib Aeticor. pa. 4. & 5. col. 1. & 2. Lugd. 1568.

T Idem Iabel. in Epitom lib. 1. polytic. tract. 1. c. 3. pag. 156. & in polyt. chriſtiana, tract. 1. c. 4 pa. 721. erudite proſequitur Lud. Moli. tom. 1. de iuſt. tracta. 2. diſp. 22.

V Ierocl. in lib. nuptiarũ, Siman. de Republi. lib. 1. c. 1. n. 6. & per tot.

X Geneſ. c 2.

Y 1. Politicor. c. 1.

Z Multis Plauti locis cõprobat Roſinus antiquit. Rom. lib 5, cap. 37. pagina 230. E.

deſpoticam verò in ſeruos: naturali illa ratione, qua tales perſonas patrifamilias ſubditas eſſe oportet; *a* non enim dum de domo differo, intelligo domiciliũ, ſeu habitationem parietibus, & tectis conſtructam, cum, vt (inquit) Vitruuius † homines ab initio ſparſim vagarẽtur, & habitarent, ſicut feræ in ſyluis, ſpeluncis, & nemoribus, erraticam agentes vitã, nullo inter ſe ſermonis, aut iuris vinculo cohęrentes, ſed frondes, & herbas pro cubilibus, ſpeluncas, & antra pro domibus habentes, iuxta illud Horatij: *c* 18

Syluestres homines ſacer interpresq; deorum
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orphæus.

Quæ traditio, piè, † & religiosè, authoritate ſacrę paginę improbãda eſt; *d* ſed intelligo domũ (licèt ſit vox † analoga) *e* pro familia † ſub vnius patrisfamilias protectione, 19 20
f obediẽtia, ac poteſtate degente, quæ tamen à natura tributa poteſtas, cùm non ſufficeret, quia illa per peccatum infecta, inferior appetitus pars, aduerſus ſuperiorem rationis, ſæpè pugnat (iuxta illud Pauli *g* aſſerentis: *Sentio aliã legem in membris meis repugnantem legi mẽtis meæ.*) Et aliquãdo eam vincẽs, ac ſuperans, Anthæusq; Herculem interimens, *h* non ſolum ſerui domino, ſed & vxor viro, & filij parentibus, † contra rationem naturalem, eos dirigẽtem *i* ad obedientiam, inofficioſi, diſſoni, ac inobedientes exiſtunt! Antiqui legumlatores Romani, politicæ vitæ Principes, † tantam in liberos parentibus poteſtatem conceſſerunt, vt nõ expectato legum, aut iudicis auxilio, ipſos occidere, & pro libito exhæredare liceret; quod † lege Romuli his erat verbis conſcriptum, *K* Paren- 21 22 23 24

tum

A Ariſt. 3. Politico. Guilliel. Bud. in annota. ad l. Ius ciuile, p. 64. Camil. Borrel. de Regis Catholici præſtant. c. 65. n. 11. & ſeq. Et facit illud Eccleſiaſ. 33. n. 25.

B lib. 2. c. 1. Cice. lib. 1. de inuentio. in princi. & in oratio. pro Sextio. Siman. de Repub. lib. 1. c. 3. n. 3. 6. & ſeq. per tot. Tapia de vera hominis nobilitate, lib. 2. pag. 187. col. 2. verſ. Vnde primi. Forcatulus per tex. ibi, qui legibus, & moribus reguntur, in l omnes populi, num. 1. ff. de iuſt. & iur. iũcta l. ea tamen, ff. de legat. 3. Aſinius in praxi iuditio, de modo procedendi in ciuilib. cap. 2. nume. 2.

C in Arte poetica.

D Belarmi. de controuer. chriſtia. fidei, tom. 1. cõtro uerſ. generali, 5. lib. 3. ca 5 ad fin. pag. 1320. Lactant. lib. 6. diuinar. inſtitu. de veto cult. c 10. Ioan. Mariana de Rege & Regis inſtitut. lib. 1. cap. 1. Caſſane. in chatalog. gloriæ mundi, parte 12. conſideratio. 72.

E Raudens de analogis, cap. 19 nume. 5. Corne. conſil. 169. num 8. & conſil. 198. nume. 3. volum. 3. & conſil. 41. nume. 5. 6. & 11. volum. 4. Hieronymus Gabri. conſil. 98. nume. 14. voluume. 1. Menoch. conſil. 329. n. 29. Iabellus in æconomica chriſtiana, tract. 1. c. 1. pa. 718. Afflict. deciſ. 384. num. 11 Grammat. 87. & Carabita ſuper ritibus magnæ Curiæ, ritu 301. nume. 28. Guillielmus Benedictus in dicto cap Rainuntius, verb Domum.

F l. pronunciatio, 195 §. familiæ, ff. de verbor. ſignif. l. pater & filius, 17. ff. de teſtib. cum duabus ſequentib. l. tutellæ, C. de excuſa. tutor. lib. 10 & l. fin de officio Præfidis. l. cum vnus, & ibi gloſ. verb. domum, ff. de alimentis & cibariis legatis. G Ad Roman. 7.

H Poſt Hieroglifi. Pierij Valer pag. 568. verſ. Herculis Antheum.

I l. veluti, ff. de iuſt. & iur. Foler. in praxi cenſuali, verb. Nicolaus, a num. 142. & eruditiſsimus Regens Mart. Monter tom. 1. deciſ. 32. nume. 16. & duob. ſeqq. B. Paul. ad Epheſ. c. 5. & 6. & ad Colocenſ. cap. 3 & Epiſt. B. Petri 1. c. 2. & 3. in princip.

K Petrus Herod. rerũ iudicatarũ, lib. 6. tit. 7. c. 1. l. fin. C. de patria poteſt. Balduin. in commẽtariis ad leges Romu-

tum in liberos, omne ius esto, relegandi, vendendi, occidendi. Quam legem Regiam appellat Petrus Faber: 25 *l* ac etiam lege † duodecim tabularum *m* habebāt in eos vitæ, necisquè, terquè eosdem venundandi po- 26 testatem. Tamen, cum occidere filium, † hoc tantum manu sua facere esset concessum, non mediocris, propter naturalem affectum erga liberos, in licentia erat prohibitio, & vix inuenietur, quisquam vocatus in ius, quod filium occidisset: quæ summa patrum potestas, licèt futuris seculis aliquatenus limitata, & restricta, necnon interpretatione molita fuerit, vt 27 licet emendare, † & corrigere, ac moderate castigare possit; non tamen sæuire, nec atrociter in filium animaduerte- 28 re iura patiantur, *n* cum, vt inquit I.C. *o* † patria potestas in pietate, non in atrocitate debeat consistere: nam si maiori animaduersione filius dignus sit, non à patre, sed à iudice, cum causæ cognitione puniri debet; & ita intelligi debet noster I. C. *p* dum asserit, patrem non posse filium inauditum occidere, sed non adeò fuit patrum potestas restricta, vt eiusdem potestatis iure † non li- 29 cuerit filiā in adulterio, & rebus venereis domi suę deprehēsam occidere, *q* dummodo simul vtrumque ferro, & sua manu (si non patronum, neque patroni filium) oc- 30 cidat: filium etiam propter † nimiam paupertatem, & ægestatem, victus quærendi causa vendere: *r* maxime si ille adhuc sanguinolentus sit, ideſt recenter natus. Sed tamen

Romuli, l. 17. Ioan. Rosinus lib. 8. antiquita. Rom. ca. 5. l. 17. Carol. Sigon. de antiquo. iur. ciuium Rom. lib. 1 c. 10. in prin. facit l. in suis, in fine, ff. de liber. & posth. Stephan. Vinandus Pighius in analib. Magistratuum. & prouincia. Popul. Rom li. 1 pag 19. vers. Legem, de patrum iure. P. Ioan. Azor 17 inter leges Regias enumerans, 1. p institu moralium, lib. 6. cap. 62. pagi 608. & 610.

L Semestrium lib. 2. c. 24.

M Rosinus vbi proxime libro 8. c. 6. 3. p. de iure priuato pag. 336. G. Lugduni 1585. Alexand. ab Alexandierum genialium lib. 6. cap. 10. versic. Insuper filios, vbi scholium Tiraquel. pagi. 886. Asinius in praxi iuditiorum, de modo procedendi in ciuilibus, cap. 2. nume 16. cum sequent. Vinandus Pighius vbi supra, lib. 3. pagi. 150. versic. Vendendi. pluribus exornans Ioannes Solorzano de parricidij crimine, lib. 2. cap. 7. l. fin. versi. Quis enim, C. de curatore furiosi.

N l. 3. & 4 C. de patria potestate, l. vnica, C. de emendatione propinquorum, l. 8 & 9. titu. 8. part. 6. Petrus Faber lib. 3 semestriū, c. 16. Menochi. de arbitrar. casu 364.

O in l. Diuus, ff. ad l. Pompeiam, de parricid.

P l. 2. ff. ad l. Corneliam, de sicariis, Pinel. 2. par rubr. C. de bonis maternis, nu. 18. Cuiac. lib. 4. obserua. c. 12. & lib. 6. cap. 17. Solorzano de crimine parricid. lib. 2. c. 8.

Q l. patri, 20. ff ad l. Iul. de adulter. Pinel. 2. par. rubricæ, C. de bon. mater. num. 19. Couarru. 2. par. de sponsal. cap. 7. § 7. num. 3. Tiber. Decian. tract. crimina. tom. 2. lib. 9. cap. 15. a num. 14. Leonardus Lesius de iustic. & iur. lib 2. c. 9. dubitat. 4. pag 88.

R l. 2. C de patrib. qui filios distraxerunt, Couarru. lib 3. variar. c. 14 nu 4. Pinel vbi proxime num. 20. Ascanius Clemens in tracta. de patria potestate, ca. 6 effectu 1. per tot. Camil Borrel. in Regia Aragonū, §. 1. glo. 3 num. 249 & 250 Asinius in praxi in princ. tit de instantiis, c. 2. a nume. 21. Molina tomo 1. de iusti. tracta. 2. disputatione 33. vers. Sciendū est, pag. 243 & 244. Petrus Roizius decisione Lytuanica 3. nume 249 & sequent. Bursat. consil. 16. nume. 63. in 1. Tiraquel. de retractu ligneager, §. 26. glos. 1. nume. 16. & 17. l. 8. & 9. titu 17. part 4. vbi Gregor. Lopez. Et facit glos. Obsides dedit, in cap. ex rescripto, de iureiūran. Cuiacius in interpretatione ad Iulium Paulum receptarum sententiarum, lib. 5. titu. 1. de liberali causa; in princip Villadiego in Foro iuzgo, lib. 2. tit. 5 glos l. 8. nume. 17. & lib. 5. titu. 4. glos. l. 13. Surd. de aliment. priuileg 28 Marta de iurisdict. p. 4. centur. 1. casu 90. nume. 1. & 6. Azor. 3. p. instit. moral. lib. 8. ca. 6. p. 507. & 508. Lesius de iust. & iur. lib. 2. c. 5. dubitat. 4. n. 17. p. 44.

men quæcumque fuerit illa ſ ſacra, & ineſtimabilis patria poteſtas t ſolum † in orbe Romano obſeruatam fuiſſe tradit Iuſtinianus. u Ex quo ibi aduertit Accurſius x apud Gallos nunquam talem poteſtatem fuiſſe cognitam: quaſi eorum Prouincia, ſub orbe Romano non comprehenderetur, qui etiam Franci y appellati † à Frãcone, pro fugorum Troianorum Duce. Quę tamen † traditio ex verbis Iulij Cæſaris z dubia redditur, qui de Gallorum agens moribus inquit: In vxores, ſicut in liberos, vitæ, neciſquè, viros poteſtatem habere. Quibus verbis ſententia Accurſij non tam vera videtur, vt aliqui aſtruunt; quæ tamen inter ſe ita concordari a poſſunt, vt Accurſius non de Gallis antiquis, de quibus Cæſar, ſed de Frãcis, qui Pharamonem Ducem ſequuti, melioribus auſpiciis, Galliam exornarunt, anno à Chriſto nato 420. qui illam poteſtatem occidendi, Romanę imitatricem, ſuſtulerunt, loquatur, qui à Romano iugo exempti, Gothis, contra Romanos, in auxilium eſſent prefecti. Nos tamen, † qui à Celticis Gallis nomen, originem, ac mores aliquos fuiſſe mutuatos, credimus, vt & Celtiberi, & Regio noſtra Aragonenſis b Celtiberia, † ab antiquis ſcriptoribus appelletur, iuxta illud Lucani: c

Profugiq; â gente vetuſta
Gallorum, Celtæ miſcentes nomen Iberi.

Licet Raphael Volaterranus d eam partem, nunc Vizcayam nominari exiſtimet, ſibi repugnans, cum in illa Celtiberiæ regione enumeret Bilbilim patriam Martialis, Cæſarauguſtam Regni Aragonum caput, necnõ Oſcam: & paulò

31 32 33 34 35

S l. filiæ, 12. C. de collatio. l. ſi viua matre. verſic. Sin vero, C de bon. mater. l. cũ in adoptiuis, verſic. Cum enim, ibi, Nexu diuino, C. de adoption. l. penult. ff. de officio Prætor. Pinel. vbi proxime num. 4. & Forcatulus in Necyomancia, dialog. 15 in principio, & in l nonnũ quam, num. 3. de iuſtitia & iure.

T l. filius familias, 117. §. ſecundum vulgarem, ff. de legat 1. Pinel. in l 1. par. 1. numero 3. C. de bon. mater.

V In §. ius autem, Inſti. de patria poteſt. l. 3. ff. de his, qui ſunt ſui.

X In d §. ius autẽ, verb Romanorum Pinel. vbi ſupra num. 9. Carolus de Graſaliis 1. p. Regalium Franciæ, iure. 10 Guilelm Benedi. in cap. Raynũtius, verb. Matrem inſuper Cleram. numero 22. & verb. Si abſque liberis, de pupillari, nuume. 38. & 39. Alciat. lib. 2. diſpunctio. capit. 22 & conſil. 498. nume. 2. & 3. Conan. in commenta. iur. ciuil. lib. 2. capit. 13. in fine. Renatus Chopinus de comm Gall. conſuet. par. 2. in princip. num 2 verſic. Patriam, pagi 38. nouiſsime Petr. Guilkemius in tract. de vſucap. & prę ſcriptio. p. 3. c. 3. nume. 354. & pluribus ſequẽtibus.

Y Rebuf. verb. Francorum pag. 3. in proœmio concordatorum, & Conan. lib. 2. comment. iur. ciuil. c. 9. num. 7. & Benedict. vbi proxime. & Vvelſangus Lazius de aliquot gentium migrationibus, lib. 3. pag. 57. 69. & ſeq. & P. Nicolauss Serarius tom. 1. opuſculorum Theologicorum de geſtis S. Kilia, in notatione 6. de Francorum nomine, pag. 328.

Z In comment. de bello Gallico, lib. 6. p. 129. Lugduni 1565. Pirrhus in conſuetndines Aurel. tit. de feudis, cap 41. pag. 23. colum. 2. verſic. Et ſi dixeris. Decian. tom. 2. tract crimina. lib. 9. cap. 11. num 8. Duarenus in comment. ad titul. de his, qui ſunt ſui. cap. vnico, verſic. Ex his quę diximus. Forcatulus in neciomancia iuris, dialog. 15. nume. 3. & 4. Ioannes Igneus in repetitione l. neceſſarios, §. non alias, 2 par. num. 276. ff. ad Silanianum Camillus Borrellus de Regis catholici præſtantia, cap. 65. num 42. & ſeq. Caſaneus in cõſuetud Burgundię, rubr. 6. §. 3. gloſ. 1. verſic. Licet. Petr. Gregorius ſyntagmat. iur. vniuerſ. lib. 11. cap. 5. num. 4. Eginarius Baron tit. de patria poteſta.

A Forcatulus dicto dialogo 15. num. 3. & 4.

B Apianus Alexandrinus de bellis Hiſpanienſibus in princip. verſic. Illud tamen dicam, pag. 447. & 448. Didacus Perez de Meſa lib. 2. de las grandeças de Eſpaña. c. 159. p. 309. C Lib. 3.

D In Geographia lib. 2. colum 18. verſic. Celtiberorum quoque. Petrus Crinit. in vita Martialis.

& paulò ante e Aragonũ Regnũ inter Celtiberos & Tarraconẽſes cõſtitutũ, tradit, omnesq; Numantiã (quæ hodie Soria dicitur, ac prope fines Regni Aragonum ſita eſt) inter Celtiberorum ciuitates enumerant: dubitant tamen
36 f Celtas fuiſſe Gallos, † ſed imò ex populis Hiſpaniæ, in Luſitania, inter Anã & Tagum fluuios Hiſpanię, maiori ex parte excolentes, & Luſitanorum plerique, qui, ex vlteriori Tagi regione in coloniam Romani traduxere exiſtimant; ſed Rodericus Sancius g Hiſtoriæ Hiſpaniæ ſcriptor, inquit: Quod hoc
37 Regnum Aragonum † Celtiberorum gẽs bellicoſiſſima incoluit, quæ ſæpè Romanis, & exteris, non paruo terrori, atque excidio fuit. Cuius ſitum, gentisque feroci tatem, nobilatem, ſoliq́ue fertilitatem, ac fluuiorum inæſtimabile vectigal, cæterasque laudes non poſſemus breui oratione recenſere; maximè tamen religione, pietate, ac fide, cæteris omnibus Prouinciis præſtat, ex eaq; oriundi quaſi cœli procliuitate, atque naturali propenſione, & affectione in religionẽ erga Deum, fidelitatem erga Reges, & pietatem erga parentes ducuntur, cùm in ea non leui coniectura ducamur, ad credendũ priuſ-
38 quam in qualibet alia orbis parte, † à primis eius incolis Arã Deo Agonio, qui rebus agẽdis prę erat, inter duo flumina, nunc Aragonia vocata, extruxiſſe, & erexiſſe: i mos
39 enim fuit † illis antiquis gentibus, quæ primò ad inhabitandam aliquam regionem acceſſerant, ſuperſtitioſè, ijs (quos numinum vice colebant), aras erigere, vbi victimę incenſæ arderent. Vnde, coniectura nobis eſt, no-
40 men Aragonum fluxiſſe † ab Ara, & Agonio, à quo Romani montem Quirinalem, vbi ſacrificia fiebant, Agonium; in quo prius Numam habitaſſe, ſcribit Solinus; &
41 nunc dicitur, Mons Cauallus, † à duabus ſtatuis marmoreis Alexandri Magni, Macedonum Regis: quas ex Alexandria Conſtantinus Imperator Romam tranſtulit, atque in medio Thermarũ à ſe in Quirinali extructarum collocauit: quarum altera Phydiæ, altera Praxitelis manu factę ſunt, vt titulus indicat. Collẽ Quirinalem Agonam, de qua Ouidius: K

Templa Deo faciunt, collis quoq; dictus ab illo eſt.

Et Oratius: l

Cubat hic in colle Quirini.

E Col. 16. ad med. Diod. Sicul. lib. 6. antiq. Epiſ. Gerund. in Paralyp. lib. 1. capi. 10. & 13.

F Borrel de Regis Catholici præſtantia, cap. 68. nume. 55. & 56 de quib. etiã Ptolom. lib. 2. ca. 5. & Strabon lib. 3.

G 1. par. cap. 13. in fine.

H Guiliel. Benedict. in dicto c. Raynuntius, verb. Si abſque liberis, de pupillari, num 40. & 41. ibi: Celtiberi multum fideles ſemper exiſtimarunt nephas eſſe ſuo Principe in acie mortuo ſuperuiuere. Michael Martinez del Villar in ſupremo Regio Cõſilio fiſci meritiſsimus Aduocatus in appẽd. de inata fidelitate Regni Aragonũ, diſſertiſsime & eruditiſsime proſequitur, & pluribus confirmat.

I Roſinus antiq. Roman. lib. 2. c. 19. pag. 84. F. Alexand. ab Alexand. dierum genial. lib. 4. c. 17. pa. 557 verſi. Ideo ſuccincti. & libro 6. cap. 8. pa. 880. verſic. Sed quia, & vtrobique ſcholium Tiraq. Polidor. Virgil. de inuentorib. rerum, lib. 6. cap. 7. in prin. Sebaſt. Couar. in theſauro de la lengua Caſtellana, dicion, Aragon, folio 82. colu. 1. B. Iſid. lib. 5. Ætimologiar. c. 4.

K 2. Faſtorum.

L lib. 2. Epiſtol. Roſinus vbi proxime lib. 4. c. 5. pagi. 140. B. C. Onuphrius Panuinius in Vrbe Romana de Collo Quirinali, pagi. 145.

Portam

Portam Collinam Agonensem, & sacrificia Agonia, diē nonum Ianuarij, quo sacrificium fiebat, Agonalem, vt inquit Ouidius: *m*

Quatuor adde dies, ductis ex ordine Nonis,
Ianus, Agonali luce piandus erit.

Et paulò post:

Pars, quia non veniant pecudes, sed aguntur, ab actu,
Nomen Agonale credit habere diem.

Ac denique hostiam, quam eo die Rex, pro rebus benè agēdis, offerebat, Agoniam appellabāt: *n* & Agones eos, qui percutiebant victimam ante immolationem. Quód, si veram religionem intueamur, ad verumque Dei cultum oculos conuertamus, videbimus in nostra Aragonum Prouincia, † veræ religionis, & fidei, extitisse fundamentum, exordiumque, & originem in Hispania; cùm in ea primi, & plures Beati Iacobi monitis, † & prædicatione fuerint christianam religionem professi, ac veri Dei fidem agnouerint: quorum sanctorum ad fidem conuersorum festum die xv. Maij celebratur, ac in toto Regno ex dispositione forali *o* colitur, & feriatus dies est constitutus: quod vltra Romanorum Pontificum, & Doctorum authoritates, quibus hæc confirmantur vnanimis est Ecclesiarum Hispanię traditio. Atque ita (vt inquit beatus Ioannes Chrisostomus): *Si traditio est, nihil quæras amplius*: Quia, vt inquit B. Ignatius, *p* omnis, qui aliquid dixerit, pręter illa quæ tradita sunt, tametsi fide dignus, tametsi ieiunet, tametsi virginitatem seruet, tametsi digna faciat, tametsi prophetet, lupus tibi appareat, in grege ouium corruptionem operans, et in Hymno beati Iacobi canit Ecclesia: 42 43

Tu cæca nox, atque impia,
Nos cum teneret vanitas,
Lucem salutis primitus,
Oris Iberis impetras.

Cùm Hispania dicta fuerit *q* Iberia † ab Ibero flumine, vel ab Iberia ciuitate, ad Iberi fluminis ripam sitam, qualis est nostra CAESARAVGVSTA, in qua Deipara Virgo, adhuc viuens apparuit † & sui Imaginem Angelorum ministerio supra columnam marmoream deduci iussit, vt ibidem Apostolicis manibus, Ara in eius honorem erigeretur; quam hodie nos, & exteri summa cum veneratione collimus, 44 45

M 1. Fastorum. Vvolephangus Lazius lib. 10. commen. Reip. Rom. capit. 11 pag 855 in fine, & 856. in princip. lib. 1. pagin. 47. versic. Verū. N Vvolephangus Lazius lib 12. in commē. Reipub Romanæ, c. 1. in fin. p 890

O Poro vnico, titu. de feriis Tirasonę, anni 1592. cui adde c. irreligiosa. de consecratione, distinct. 3. Bald. consil. 166. nume. 2. volu. 5. Maranta in Speculo. 4. p. §. validum, aut inualidum, num. 91. Decius in l. milites, num 18. C. de testam. milit. B. Anton. in summa sacrę Theolog. p. 2. tit. 9 c 7. in princip. & in § festa autē, Alderan. Mascar. de genera. statuto, interpretatt. conclus. 1. n. 255.

P In Epistol. ad Hieronē Diaconum

Q Camillus Borrel. vbi proxime, c. 68. n. 48. & 53

mus, r cuius ædificationem ſingulis annis à Cæſarauguſtana ciuitate, die xij. menſis Octobris ſolemniter celebratur, ac voto conciliariter emiſſo, ſicut cęteri dies feſtiui ab eiuſdem ciuitatis incolis obſeruatur,
46 & ideo hanc ciuitatem Beata Virgo † à Sarracenis, Chriſtianę fidei hoſtibus, defendens, eoſq; Angelorum miniſterio occidens, ab eminenti ruina, & periculo liberauit; ſ In cuius miraculi, & auxilij memoriam eo loco Templum eidem Virgini dicatũ, quod Portillo dicitur, conſtructum fuit. In hac Prouincia
47 vera Chriſti Fides nunquam † labefactata legitur.
48 t Sed officium ſanctæ Inquiſitionis, † quod pro eius ſinceritate conſeruanda fuit introductum, priuſquã in qualibet alia Hiſpanię regione, claruit. In qua etiã
49 Prouincia Deus optimus maximus myſterium † fidei pluribus miraculis confirmauit, v vt illo Sanctiſſimo Corporalium Darocę miraculo, quo motus Vrbanus Quartus feſtum Corporis Chriſti inſtituiſſe fertur: Aliudque in monaſterio S. Mariæ de Piedra, Ciſtercienſis Ordinis, ab antiquis temporibus veneratur, & in loco de Agua Viua, vbi perpetuum, & continuatum adeſt miraculum, cum per ſpatium centum

R Doctor Iacobus de Prades in hiſtoria de la adoracio y vſo delas ſantas Imagenes, lib 2. c.5. §.1. & lib.3.c.9.§.1 Bruditiſsimus Petrus Cenedo, in ſuis Collectan. 1.p. collectan.43 a nu.2 cum ſeq. Alphonſus Mendoça, in quęſtio. quolibet, q.5. ſcholaſtica fol.429. Lop. Madera, de las excelẽcias de Eſpaña, cap.6.pag.36. col.2 Gaſpar Ortigas, meritiſsimus olim Regius Conſiliarius in patrocinio pro noſtro Cæſarauguſtano Gymnaſio, 3.p.n. 101. Hieron de Blancas, in Coment. rerum Arago. pag.143. P. Petrus Tyraeus de varijs prodigioſis aparitionibus, lib.1.c 11 nu 206. pag 29. Doctor Bartholomeus Laurẽtius, digniſsimus Canonicus Eccleſiæ B. Marię del Pilar, qui anno 1591. de illius Eccleſiæ fundatione, ac de aduẽtu S. Iacobi in Hiſpaniam, prædicatione, translatione, miraculis, & diſcipulis, auctorum iudicem edidit. Petrus Ludouicus Martinez ingenio ac dicendi facundia vir præſtans, in Reſponſo pro don Garcia de Funes & Villalpando, ſuper Varonia de Quinto, a nu. 689. ad num. 695. Didacus Perez de Meſſa de las grandezas dc Eſpaña, lib 2.c.161. Thomas Bozius de ſignis Eccleſiæ, tom.1.lib.9 ſigno, 36.c 9 pag.707. verſ. Audi an iſta ſit, Don Iuan Velaſco in Reſponſione ad Baronium. Petrus Anton Beuter in Chronicon Hiſpan. lib.1 cap.22. & 23. Hieron Zurita in Annalibus, lib.1.c.44.p.1. Vaſeus año 37. hiſtor & Ambroſ Morales in Chroni ca generali Hiſpan. lib. 9.cap.7 fol.229. in princ. Pineda in Monarchia 2 par. lib.10. cap.25 §.4. Mariana de rebus Hiſpan. lib.4.cap 3. Iacobus Valdes de dignitate Regum Hiſpanię, cap.6 num 20. Auguſtinus Morlanes collega noſter, & eruditionis & prudentie paternæ hęres in allegationibus pro Eccleſia B. Mariæ del Pilar, contra Cathedrales Eccleſias, num. 393. Doctor Michael Martinez à Villar, poſt motiua ad ſententiam ab eo in faborem Eccleſię B. Mariæ del Pilar, dum eſſet Curię Iuſtitiæ Aragonum Locumtenens latam in ſua interpretatione trium Epigramatum cum multorum auctorum enarratione, verſ. vltimum eſto, pag. 83. & ſeq. Franciſcus de Padilla in hiſtoria Eccleſiaſtica Hiſpanię, 1 par. centur. 1.cap.8 á quo vſque ad cap.14. de aduentu D. Iacobi in Hiſpaniam, late & eleganter, de qua re Maurus Caſtella nouiſsime integram hiſtoriam ſcripſit.

S P. Mariana lib.11. ſuæ hiſtoriæ, cap.24 & 25 Zurita lib 2. annal c.60. Iacobus Valdes de dignitate Regum Hiſpan. c.16. nu.6. Hiero. Blancas in comment rerum Aragonenſ. pag.142. & ſeq.

I Ludouicus à Paramo in ſuo eleganti & nimis elaborato. tract. de origine officij ſanctę Inquiſitionis. lib 2 cap 8. num. 1.

V Valdes vbi ſupr num.8. Beuter lib.2.cap.42 Zurita lib.3 annalium, cap 37. Marineus Siculus de laudibus Hiſpaniæ, lib.5. tit. de ſacris ędibus, Mariana de rebus Hiſpaniæ, lib. 3. c.1. ad fin. pag.614. Didacus Perez de Meſſa lib.2. de las grandezas de Eſpaña, cap.166. Bozius de ſignis Eccleſiæ, to.2. lib.14 cap.7. verſ. ſeptimum exemplum, pag.78. in magnis, Andræas Scotus in Bibliotheca Hiſpaniæ tom.1. cap.8. pag.104 verſ. Daroca.

centum & quinquaginta annorum, ſpecies Sacramẽti incorruptę ſeruentur, potentia eius, qui eas à voracitate ignis, Eccleſia combuſta, ſeruauit, necnon etiã in oppido de Aniñon Communitatis Calataiubij. Atque ita in hac Prouincia pro fidei defenſione innumerabiles viri, † mulieres, & infantes martyrium 50
paſſi ſunt, x & ex ea oriundi Martyres Laurentius, & † Vincentius, y conſtantiſſimè pro eadem fide tor- 51
menta, alter Romæ, alter Valentiæ pertuletunt; In quorũ primi honorem, omnium, quæ in orbe ſunt, à Catholico, & potentiſſimo Philippo Rege † noſtro 52
z ornatiſſimum Templum, ac ditiſſimum Cœnobiũ Fratruum S. Hieronymi fuit conſtructum, quod octauum mundi mirabile meretur haberi, de quo inquit Poeta Valentinus. a

O tu qui palles hac viſa mole viator
Ingredere vlterius, pluſq; ſtupebis opus
Extra non cernes templum, ſed verius Vrbem,
Intus non Vrbem, ſed, vero nomine cælum.
Sed.
Quis hanc ſacrauit inclyto Deo domum?
Philippus ille, cuius eſt negotium
Deus, boniq; cura, Regnum, vterq; ſol.

Secundus vero in ditiſsimis, ac ornatiſſimis templis, b non ſolum à noſtris, & Valentinis, ſed à Luſitanis, & Hiſpalenſibus, ac Pariſienſibus ſumma cum deuotione colitur, atque veneratur. Cuius ſola Stola noſtram Cæſarauguſtam ab obſidione Francorum qua præmebatur liberatam miraculoſe legitur. Nec non etiam † Orentius & Paciencia, & alter Orentius 53
Archiepiſcopus Auxenſis miraculoſe apud Gallos electus, illuſtriſſimi ac inuictiſſimi Laurentij parentes, & frater; quorum ſancta Oſſa apud Oſcam eorũ patriam feliciſsimam ſumma in veneratione retinentur, non obliuioni tradendus ſanctus Braulius c † ad 54
Epiſcopatum Cęſarauguſtanum miraculoſe electus, qui licet ab aliquibus B. Leandri, Fulgentij, & Iſidori frater iudicetur tamen verius eſt, non eorum fratrem

x Mariana vbi proxime lib. 4. c. 12. pag. 161. Aurel. Prudentius in Peryſtephanon Hymno. 4. de decẽ & octo Martyribus Cæſaraug. Petr. Cenedo d. collect. 43. num. 5. & 7. vbi plures congerit, Gaſpar Ortigas Regię Audiẽtiæ conſiliarius digniſsimus in patrocinio Gymnaſij Cæſarauguſtani. 3. p. num. 10. Camillus Borrellus de Regis Catholici præſtantia. cap. 70. nu. 9. & ſeq. Ambroſ. de Moral. in ſua hiſtoria. lib. 10. c. 5 cum tribus ſeq. à pa. 337. cum ſeq. Andr. Scotus in Hiſpan. Bibliotheca Francafurti 1608. tom 1. c. 5. verſ. Cæſarauguſta, p. 103 Padilla in hiſtoria Eccleſiaſtica Hiſpan. 1. par. centuria 4. cap. 5. & duobus ſeq. Hieron. Zurita 1. par. annal. cap. 44 pag. 43. vbi etiam de Stola B. Vincentij.

Y Iacobus Valdes de dignitate Regum Hiſpan. cap. 7. n. 56. & ſeq. Ambr. Moral. lib. 9. Chronicæ generalis Hiſpan. cap. 46. fol. 319. Bibliotheca Hiſpan. pag. 106. verſ. Oſca. Padilla 1. p. hiſtor. cent. 4 cap. 9. & duobus ſeq.

Z Quod eleganter deſcribit Ioan. Mariana de Rege & Regis inſt. lib. 3. cap. 9. pag. 340. verſ. quã laudẽ, cum 9. paginis ſeq. Valançuela in defenſione monitorij, aduerſus Ducem & Senatum Venetorum, 2. par. num. 12.

A Inter opera Iacobi Falconis, lib. 1. Epigram. 8. 9. 10. 14. & 15.

B Ambroſius Moral. lib. 10. ſuorum annalium. capit. 8.

C Roderic. Archiepiſco. Toletan. lib. 2. hiſtorię, cap. 15. Marineus Siculus de reb. Hiſpan. lib. 5. c. 21 Mariana lib. 6. cap. 6. Borrellus de Regis Catholici

trẽ,sed valde amicũ fuisse,ac cũ eis aliquib⁹ Cõciliis Toletanis interfuisse
d &fratrẽ Ioãnis eius in Episcopatu prędecessoris extitisse, & S. Valerius,
e qui primo Cæsaraugusta. Cõcilio interfuit, Era 418. anno Doñi 380. cui⁹
Archidiaconus fuit S. Vincẽtius, quorũ meminit Prudentius *f* his verbis:

Inde, Vincenti, tua palma nata est,
Clerus hinc tantum peperit triumphum,
Hinc Sacerdotum domus insulata,
Valeriorum.

Quodsi ad huius Prouinciæ Reges orationẽ cõuertamus, inueniemus, eos
semper Apostolicę authoritatis, & patrimonij defensores, ac protectores extitisse, ac fidem Christi, suamq; monarchiã, & regni limites cũ infidelium ruina, atq; pernicie, latè extẽdisse: qua ratione, eis Innocẽtius III. *g* con
55 cessit † quòd essent Antesignani Ecclesię, in eoq; illos omnibus aliis christianis Regibus prętulit, & quòd vexilla eius portent cum insigniis regni
56 Aragonũ: & quòd omnes Bullæ, † & diplomata gratię, quę Romę expedirẽtur in Cancellaria Apostolica, fila rubea, ac palida, seu crocea (quę scitorũ Aragonię colores sunt) pẽdentia haberẽt, vt hodie est in vsu. Sed in-
57 ter omnes, duo statim nobis sese offerũt Reges, *h* Iacobus scilicet, † qui Valentiã à manib⁹ Sarracenorũ eripuit, Baleares insulas subegit, ac Ordinẽ S.
58 Marię de Mercede pro redẽptione † captiuorũ, necnõ Ordinẽ Mõtesię, Gregorio IX. approbãte instituit, ac plura alia tãto Principe digna, à Bernardo Miedes *i* Episc. Albarracinẽsi elegãter relata, gesit. Et Ferdinan-
59 dus *k* Ioãnis Secũdi Regis Aragonũ filius, † ac alterius Ioãnis, Castellę Regis, ex Isabella filia gener, nulli maiorũ suorũ fęlicitate, ac potẽtia secũdus, vt qui limites Imperij, glorięq; Hispanię propagauerit, suis armis, ac virtute sectã, & potẽtiã Sarracenorũ debilitauit, eorũq; reliquias sua virtute, ac robore deleuit, & Hispania expulit, Granatę regnũ eis adimẽs, quod septingẽtos annos circiter tenuerãt. Vnde ex hac virtute, & gloria, quę omnes quorũuis glorias superat, ab Alexãdro Põtifice, ac Patribus, Rex Catholicus fuit appellatus, & omnium consensu lauream inter Principes christianos meritis, & authoritate maiorum
60 retulit, Catholiciq; nomen † (licet ante eum quãplures

prædãtia, c. 83. n. 4. & 5. per tot. Ambro. de Morales. choro. general, li. 12. c. 21. p. 124. & 129. vers. S Braulio. Padi. vbi supra centu. 7. c. 28. 2. p.

D Garc. Loaisa in collec. Concilior. Hispan. in decre. Gũdemari, p. 275. in vers. Interfuit etiã. & in 4. Conci. Tolet. p. 375. vers. Braulio Cæsaraugusta. & p. 772. vers. Braulio frater Ioannis.

E Anto. August. in Epist. ad Hiero. Blanc. in fin. eius cõmenta. rerũ Aragonẽs. Garc. Loai in colle. Cõci. Hispa. ad Cõcil. Cęsaraug. p. 34. versi. Valerio. Padi. d. cẽtu. 4. c. 8. Et Era in quo distinguatur á cõputatione anni, Couar. lib. 1 variar. c. 12. n. 3.

F In Peri Stepha. hym. 4 late & elegãter D. Martin. Carri. Abb. Mõtis Aragonũ pietate & eruditione insignis in sua hist. B. Valer. c. 1. & 2. per tot. Cuius tanta est modestia, vt ab amicissimo, qui eius summã virtutẽ nouit, & in multis expertus fuit laudari nõ patiatur.

G Vald. vbi sup. c. 20. n. 27. H Casa in catha. glo. mun. 9. p. consid. 9 Borrel. vbi sup. c. 92. n. 32. & 53. cũ sequen. Rapha. Volaterran in anthropolo. cap. Ordines militares, p. 637. D. M. Marti. à Villar in append. de innata fidelitate Regni Aragonũ. I In sua de eo Rege histor. & P. Francis. Diago in annalib. Regni Valẽciæ lib. 7. k Borrel. vbi sup. c. 41. & 42. per tot. & n. 33. Marti. del Vill. vbi sup.

res alij Hiſpaniæ Reges eo titulo potiti fuerint) validius in illo firmatum fuit, l vt canit Petrus Crinitus: m

Per te ſurgit gens Aragonia.
Tu ſolus aucta per numeros ſuos
Virtute, Princeps inſuperas plagas,
Aſcenſum facile paras.

Ac cuius auſpiciis nautæ nouũ ingreſsi pelagus, periçcos luſtrauere, ac ignotas orbis inſulas, terras, & gẽtes, Hiſpanorũ ditioni adiecerũt, Luſitaniæ Regẽ, de finibus tumultuantem, breuiter armis cõpreſsit, ac in vniuerſa Hiſpania mores populis, otiaq; ferro dedit; à quo Carolus Quintus eius nepos, prudentiſsima regnandi prçcepta, & ſaluberrima regendi Prouincias conſilia accepit: quæ ipſe perpetua traditione in Philippum eius filium transfundit; qui paternarum traditionum memor, atque zelator, illa quę à patre regnandi documenta acceperat, moribundus, gemens, & cum lachrimis eius filio Philippo D. noſtro, nunc fœliciter regnanti, ſeruare mãdauit, n cæterisque Regibus Prouinciarum Hiſpaniæ ſenſim deficientibus, ſoli Reges Aragonum manſere, o qui cæteris Regnis imperarunt. Nam:

Betica mittit equos; tauros Xarama ſuperbos;
Illuſtres Caſtella Duces, Aragonia Reges.

Vnde miror, Thomã Bozium p dixiſſe, Aragoniã proprio Rege orbatã, maximamq; priſcę poteſtatis iactu ram feciſſe, ac potius lãguere, quã caput ſuũ, vt olim attollere videatur, cùm à Ramiro Primo, vſq; ad noſtrũ Regẽ Philippũ, q viginti & tres Reges Aragonũ enumerẽtur, qui sẽper authoritatẽ Sedis Apoſtolicę venerãtur, ac Eccleſię libertatẽ augere, & cõſeruare nitũtur. Et quod magis mirandũ eſt, virũ piũ, & doctũ r temerarie occulti iudicij diuini cauſam inueſtigãtem, dixiſſe eameſſe, quod in Aragonia cauſæ eccleſiaſticę ad tribunalia iudicũ ſeculariũ trahãtur. De cuius rei iuſtificatione, & veritate infra agemus; imò ſi quod dictus Bozius refert, eſſet verum, magis hoc eueniſſet, quod & regum, & regnorum, ſicut & omnium rerum viciſitudo, & commune fatum eſt; & vbi ad ſummũ res, ſiue natura, ſiue induſtria

L Raphael Volaterranus in geographia lib. 2. colu. 34. & 35. Camillus Borrellus de Regis Catholici præſtantia, ca. 41. num. 11. & ſeq & cap. 42 à nume. 33. vſque ad 40 Valdes de dignitate Regum Hiſp. cap. 13. nu. 19. 21 & ſeq. Maria. de reb. Hiſpan lib. 7. c. 4. in prin. pag. 315. Lopez Madera de las excelencias de Eſpaña, cap 12. fo. 82. col. 2 plures referens Valençuela in defenſione monitorij aduerſus Ducẽ & Rem publicam Venetorũ, 7. p. n. 106. Ludouicus a Paramo de origine offitij S. Inquiſitio. lib. 3. tit. de Summi Pont. poteſt. q. 1. opinio. 3. n. 123.

M Lib. 2. poematum.

N Iulius Anton. Brancalaſſus in Epiſt. procœmiali ad Principes Sabaudios, §. 9. n. 12. & trib. ſeqq.

O Vvolphangus Lazius de aliquot gentium tranſmigratione, lib. 10. de Gothis, pag. 728. verſic. Poſt ea tempora. in fine.

P In ſuo tracta de iure ſtatus libertatis eccleſiaſticæ, lib 6. c. 13. pag. 674 verſi. Poſt irruptiones. & verſ. Secundo in Regno Aragoniæ.

Q Idem Boz. de ſignis Eccleſ. lib. 20. c. 8. ſig. 89. pagi. 346. verſ. In Aragonia.

R Boz. vbi proxime.

duſtria perduxit,exinde præcipiti lapſu ruat,ſ cum lex æterna omni huic mundo,& ſeculi rebus,à principio dicta ſit,vt nihil ſtabile,aut firmum in eo ſit,ſed omnia,aut pereãt,aut certe mutẽtur;nam vt inquit Iacob.Falc.*

Habent quoque magna ſenectam.
Et venit elapſo tempore ſumma dies
Tarracone ex magna, vix paruula Tarraco reſtat,
Et nihil è priſca mole Saguntus habet,
Æmula Cartago Romæ, Roma Æmula cæli,
Si quæras vbi ſunt, hæc iacet, illa perit.

Et hoc nõ vi aſtrorũ, vt aliqui volũt, ſed quia Deus omnis iuſtitię autor, vt cõſtituere Imperia, ita & muta re maxime ob peccata ſolet, t qui quando mutare ſtatũ Reipublicæ ſtatuit, mutat prius intellectũ regẽtiũ. Sed ad inſtitutũ redeũtes (à quo paulò diuertiſſe nemo, qui amorem dulciſsimæ patriæ u contẽpletur, mirabitur, quod more noſtri I.C. x aliqua, quæ in mẽtem occurrerunt, in laudem meę patriæ, breui oratione retulerim; nam licet ſecundum Ouid. y *Omne ſolum forti patria ſit*. Et vt inquit Seneca, z *Patria*
62 *omnium vna ſit*: tamen Aragonenſibus † ſemper cæteris nationibus charior habetur. Et:

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Quæ ideo longius me traxit, quam putaram). Dicendũ eſt, quod ad Gallorũ exemplũ, in noſtra Prouincia, antiquiſsimis moribus obſeruatũ, ac receptũ fuit, parẽtes in liberos nõ habere † patriã poteſtatẽ, a ſal
63 tim (vt aliqui volũt) quatenus filiis talis poteſtas erat odioſa b cũ illi, natura ipſa, patrię, parentibusq; nimis ſint offitioſi, & obediẽtes: quodſi ingrati exiſtãt, pote rũt eos parẽtes, † cauſa nõ adiecta ſuorũ bonorũ ſuc
64 ceſsione priuare, c dũmodo nõ prætereãt, ſed eis aliquid loco legitimæ relinquãt, quod ad minimã quinque ſolidorũ Iacenſiũ quantitatẽ praxis reduxit, & inueterata Regni cõſuetudo eſt interpretata: tũcque paupertas erit filio inobedientię, & ingratitudinis pœna, cęterisq; exẽplum. Sed tamẽ licèt in hoc Reg-
65 no ceſſent iuris effectus, † ex patria poteſtate, reſultantes,

S Lipſius de conſtãtia libro 1. cap. 16. & Valdes vbi ſupra cap. 12. num. 9. & Pſalm. 101 ibi: Et omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. & ſicut operto rium mutabis eos. & mutãbuntur.

* Epigram. 76. ad Albanellum.

T Daniel. cap. 4, verſi. 14 & Sapient. 6, verſic. 1. & duob. ſeqq.

V l. qui habebat, vbi gloſ. ff. de legat. 3. cum aliis traditis á Tiraquel. in l. 7. connubiali, nu. 66. Caſan in cathalog gloriæ mundi, p. 12. conſideratione 17. verſi. Sed quæ iſtarũ. Quintilian Mãdoſ. in regu. Cancellariæ, 5. de reſeruatione, quæſt. 4. nume. 5. Flaminius Pariſius, de reſignatione beneficiorum lib. 5 q. 3. n. 147.

X In l. 1. in princip. ff. de cenſibus.

Y lib. 1, Faſtor. & 1. de poſito eleg. 4. Ioan. Loriuus in cõment. in Acta Apoſt. cap. 7. verſic. 3. pa. 300. & 301.

Z De remediis fortuitorum, c. 9.

A Obſeruan. fin. tit. ne pater, vel mater. Moli. in Report fororũ. verb. Pater, verſ. Pater non habet filios. vbi Por. num. 2. 13. & ſeq.

B argumen. l. cũ duę, ibi. duplicẽ in eo cauſam, ff. de captiuis.

C Foro vnico de teſtam. Ciuium, Monter. deciſ. 33 n. 7. Moli. in Report. verb. Teſtamentũ, in ſcholis ad illũ forũ ſuper illis verbis (vnũ ex filiis) & ibi Porta n. 44. cum ſeq.

tantes, à noſtrisque Doctoribus *d* variis in locis cumulati, non tamen ceſſat poteſtas corrigendi filios, æconomica coerctione † eos modicè caſtigando; vt, 66
ſi opus fuerit, poſsit eos pater includere, & incarcerare, abſq; metu pœnæ priuati carceris, eosq;, quouſque reſipuerint, & ſigna mores emendandi, & parēti bus obediēdi præſtiterint, in cōpedibus & vinculis detinere, *e* quod non competit iure patrię poteſtatis, quo non valerent à matre, nec, etiāſi emancipati fuerint, à patre corrigi, & coerceri? *f* ſed iure domeſticę, & æconomicæ poteſtatis, quæ politicę † adminiſtra- 67
tionis ciuitatis, vel Regni verum extitit exēplar, ita vt aliqui dixerint, Regnum, ſeu ciuitatē nihil aliud eſſe, niſi quandā magnā familiam; *g* & è cōtrario magnam familiam, paruam ciuitatem, & patremfamilias, æconomicum magiſtratum appellāt, & in ea æconomicam monarchiam adeſſe dicunt; *h* cùm familiæ Rerumpublicarum fuerint ſeminaria, & imperium familiare omniū primum: in qua, ratione diſciplinæ, & propter mores corrigendos, extēditur hæc poteſtas ad emācipatos, quos ſacris domeſticis nō fuiſſe liberatos ex ſententia Tulij tradit Conanus, *i* cum emancipatione iura filiationis non ſint ſublata, † ſed 68
abdicatione, quæ vltimum, ſummumque ſupplicium filiorum erat: vltra quod progredi non poterat, quia per eam familia excludebantur, & coram Prætore parētes, eum eſſe filium, negabāt: quæ in noſtro Regno † ab antiquis deſafiliatio vocabatur; *k* nihilq; aliud
erat, quā quędā odioſa emācipatio, quæ in vſu erat, 69
antequam Foro Regni tam libera, & lata parentibus exhæredandi filios facultas adeſſet. Quæ poteſtas

D Pinel. vbi ſup. & in l. 1 par. 1. num 3. C. de bon. matern. Vaconius lib. 1. declaratio. 8. & lib. 3. declaratio. 50. num. 2. Ludouic Moli. de iuſt. 1. p. tracta. 2. diſput. 227. & 228 Didac. Spino in Specul teſta. 4 p. gloſ. rubricæ, Corraſ. in repetit. l. qui liberos, á nume. 13. cum ſeq. ff. de ritu nupt. Duaren. in comment. ad titul. de his qui ſunt ſui, c. vnico, verſic. Effectus patriæ poteſtatis. Aſcanius Clemens in tract. de patria poteſtate, cap. 6. 17. effectus, late referens tom 8. par. 2. folio 104. in nouiſsima editione. Sebaſtianus Monticulus in tracta. de patria poteſtate, in §. ius autem poteſtatis, 33. effectus referens, fol. 133. Ioannes Azor inſtitut. moral. 2. p. lib. 2. cap. 19. verſic. Sexto quęritur. col. 181.

E Lucas de Pena in l. 1. fol 318. colu. 3. C. de cohorta. lib. 12. Abbas in cap. cum contingat, nume. 20. de. for. competen. vbi Anton. de Butr. & alij gloſ. Cinus, & Salicet. in l. 1. C. de priuat. carceribus. Anibal Troyſius in ritibus magnæ Curiæ, ritu 56. nume. 4. poſt Bartol. in l. capite quinto, ff. ad l. Iul. de adulter. Thomas Cerdan de Tallada enſu viſita de carcel, c. 4. num. 16.

F l. 3. §. 1. ibi, Caſtigare iure patriæ poteſtatis. C. de pat pot. Pine. 2. p. rubr. C. debon. mate. nume. 30. & 31. quicquid Bald. dixerit in l. pen C. de obſ. patro.

G Boba. in ſuæ Polyt. proœ. n. 9. & lib. 1. c. 1. n. 29. Guil. Barcla. lib. 3. de regno, c. 4. p. 130.

H Ex Ariſto Bald. in conſil. 52. in fin lib. 4. Tiraq. in præfatione vtriuſque retractatus, num. 27. Cuiacius in comment. ad l. in ſuis. fol. 223. ff de liber. & poſthum. Volaterran. in philologia, lib. 36. colum. 1089. verſic. Ex horum ſimilitudine.

I lib. 2. cap. 13. n. 5. p. 195. B. & facit text. in §. minus, Inſtit. de hęred. quæ ab inteſta Socin. in l. ſicut, num. 7. C. de in ius vocando. l. abdicatio, C. de patria poteſtate.

K Foro 3. ibi, Poteſt deſafiliare filium ſuum titu. de exhæredatione filiorum, Molina in Reportorio. verb. Pater, verſic. Pater. an, & quando. obſerbantia 1. ibi, Niſi eum deſafiliauerit titu. ne pater, vel mater.

70 testas etiam † matri in filios est concessa, vt cõstat ex
responso Imperatorum, Valeriani, & Gallieni, *l* quòd
licèt sub titulo de patria potestate fuerit collocatũ,
tamen ex eius inscriptione apparet, de matre loqui,
quam certum est, non habuisse in filios patriam po-
testatem; *m* cui si debitam exhibere reuerentiã renue
rint, nec domestica matris potestas ad hoc sufficiat,
Prçses prouinciç erit adeũdus, qui eos coget, vt debi
tum matri obsequium prçstẽt, *n* vt dicebat Dominus:
o Si genuerit homo filium contumacem, & proteruum, qui non
audiat patris, aut matris Imperium, & coercitus obedire con
tempserit; apprehendent eum, & ducent ad Seniores ciuita-
tis illius, & ad portam iudicij, dicentq; ad eos: Filius noster
iste proteruus, & contumax est, monita nostra audire con-
temnit; commessationibus vacat, & luxuriæ, atque conuiuiis;
lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt aufe-
ratis malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens,
pertimescat. Ex qua ratione obser. *p* nostri Regi-
ni † tenetur mater ad mulctam pecuniariam (quam
71 caloniam dicimus) pro delictis suorum filiorum,
quia in culpa esse videtur, & ei imputari po-
test; quare filios, quos in domo habet, non corre-
xerit æconomica potestate, & domestica coerctione,
q quæ erga omnes domesticos patri, & matrifamilias
indistincte conceditur. Et vt inquit D. August. *r* cui-
que gẽti apta, & accõmodata est; non solum Episco-
po, regenti plebem suam, sed etiam pauperi, regenti
domũ suam; diuiti, regenti familiam suam; patri, re-
genti prolem suam; marito, regenti coniugem suam;
iudici, regenti Prouinciam suam; Regi, regenti gen-
72 tẽ suã: ac denique omnes, † qui alicui aliqua ratione
obsequiũ, & reuerentiã præstare tenẽtur, possũt hac
coerctione æconomica corrigi, vt quos ad vitæ deco
ra domesticę laudis axẽpla nõ prouocãt, saltim corre
ctionis

L In l. congruentius, iũcta l. si filius, C. de patria potesta.
M l. nulla fœmina, ff. de suis & legitim.
N Tex. in Authentico. de nuptiis, §. adscriptitio, colu. 4. ibi, per se castigare plagis mediocribus, l. fin. ibi, moderata corrigere castigatione, C. de agric. & censit. lib. 11. l. serui & filij, in princ, ff. de furtis. l. Prætor, §. Præterea, l. nõ solum, §. leuis enim correctio, ff. de iniuriis, Forcatulus in comment. l. vt vim, n, 7. ff. de iust. & iur. & notant omnes in titu. C. de emendatione seruorum, & in tit. C. de emendatione propinquorum.
O Deuteronom. cap. 21. in fin. Ioseph. de antiquita. Iudai. lib. 4. capi. 8.
P Obserua. 1. titu. ne pater, vel mater, Ancharr. & Anan per text. ibi in c. 2. de delict. pueror. Couar. lib. 2. variar. resolut. c. 8. num. 7 verfic. Hinc apparet, Ias. in l. de quibus. nume. 59. ff. de legib & in l. lex Cornelia, n. 6. vbi Alexa. num. 8. ff. de vulgar. Casane. in consuetud. Burgũ. rub 4. §. 1. glos. fin. nu. 2. fol. 131. Peral in l. legatorum, num. 4. ff. de legat. 2. Belluga in Speculo Principum, rubr. 27. §. milites, nu. 45. Gomez Amescua de potestate in se ipsum, lib. 1. c. 14. num. 26. Eugenius consil. 45. & 46. & 68 Marsil. in l. infans, num. 5. ff. ad legem Corneliam, de sicariis, Portoles ad Molin. verb. Pater, nume. 23. & duob. seqq. Lodolphus Schrader. tractatu feudal. 2. par. 9 partis principal. sectione 1. num. 8. Alderanus Mascardus de generali statutorum interpretatione, conclus. 4. num. 91. & seq. Guilielm Benedict. in cap. Rainutius, verb. In eodem testamento relinquens, el 1. nume. 217. & in 2. nume. 33. & 34. de testam.
Q Socin. in l. cum filiusfamilias, num. 8. ff. de verbor. obligat. Beroius quæst. 39. num. 4. Farinac. de inditiis, quæst. 51. num. 46. ad fin.
R Glo. in cap. duo, 23. quæst. 4.

ctionis medicina compellat, ſ non per viam iuriſdictionis, nec in forma iuditij (vt aliqui voluerũt) t ſed de facto, moderatè caſtigando, propter mores corrigendos; vt filius à patre, vel matre, u vxor à marito; x frater minor à maiori, y monachus ab Abbate, z Clericus ab Epiſcopo, a diſcipulus à Magiſtro, b ſeruus à domino, c vaſſallus à Barone, d ancilla mercenaria à domina, e libertus à patrono; f & omnes à Rege: g cùm omnium exiſtentium intra Regnum, ratione obedientiæ, & ſubiectionis in pertinentibus ad politicã adminiſtrationem caput ſupremum ſit; nec amare ſe credat quis illum, quẽ non corripit, cûm iſta (vt inquit D. Auguſt. h) nõ ſit charitas, ſed languor: ferueat ergo charitas ad corrigendum, & emẽdandum, & ſi boni ſint mores delectent, ſi mali emendentur, mode-

S l. 1. C. de emendatione propinquorum, gloſ. fin. in c. quemadmodum, de iureiurando, gloſ. iudicari, in cap. ſicut alterius, 7. q. 1 gloſ. fin. in l. vnica, C. de priuat. carcer. l. vnica, C. de emendat. ſeruor. l. liberto. de obſeq. patr. præſtan. l. reſpiciendum, §. furta domeſtica, vbi gloſ. publice, ff. de pœnis. & vtrobique cõmuniter Doctor. Bart in l. omnes populi, n. 12. ff. de iuſt. & iur. Alexan. conſil. 55. vol. 3. Pet. Nauarra lib. 2. de reſtitut. c. 3. á nu. 443. & ſeq. Tiraquel. in l. 1. connub. n. 22. Bañes de iuſt. & iur. quæſtio. 65. arti. 2. & alij infra citandi.

T Arnoldus de priuileg. ſtatutor. lib. 2. titu. 7. nume. 11.

V l. 3. & 4. C. de patria poteſta. Nauarra vbi proxime, Forcatulus in Necyomantia, dialogo 15. nnme. 4. in fin. & in commenta. ad l. veluti, nume. 21. ff. de iuſtitia & iure. Belluga in Speculo Principis, rubrica 27. §. milites, nume. 45. l. ſerui, & filij 17. in principio, ff. de furtis.

X gloſ. in dicto cap. quemadmodum. Gutierrez Canonicarum quęſtion. lib. 1. cap. 24. nume. 11. notat Roman. per textum ibi in l. rei iudicatę. §. 1. nume. 5. ff. ſoluto matrimonio. Hyppolit. de Marſil. in praxi, §. agredior, nume. 81. Tiraquel in dicta l. 1, connub. gloſ. 1. nume. 22. Menochi. caſu 364. nume. 8, & centuria 6. caſ. 580. n. 2. Barbo. in 2. par. rubr. ff. ſoluto matrimon. nume. 35. & alij ſupra relati, gloſ. in cap. ſicur alterius. 7. quæſt. 1. l. conſenſu, 8. & Authentica, ſed nouo, C. de repud. & in Authentico, vt liceat matri & auiæ, §. ſi quis autem, Farinac. in praxi criminali, 4. par. quæſt. 143. num. 223.

Y Bart. in l. fin. num 13. ff. de colleg. illicit. Innocen. in cap. quod ſuper his. num. 2. de voto, Bald. in titu. qualiter vaſſallus iurare debeat fidelitat. num. 2. in vſibus feudo. Tiraquel. de iure primoge. in præfatione, num. 141. cum tribus ſeq.

Z Abb. in cap. fin. num. 2. de regularib. & in cap. ſuſcepimus, num. 5. de homicid, & in cap. reprehenſibilis. num. 2 de appellatio.

A poſt Cardina. & Iaſ. Neuizanis conſil. 12. num. 101. inter conſil. Bruni. Surdus conſil. 172. num. 14.

B l. ſed ſi quacũque, §. fin. ff. ad l. Aquil. l. item quæritur, §. Item Iulianus, ff. locat. & vtrobique communiter Doctor. Villadiego in Foro juzgo, lib. 6. titu 5. gloſ. l. 8. Ludolphus Schraderus tract. feuda. par. 9. c. 3. nnm. 38. p. 331. l. aut facta, §. cauſa, ff. de pœnis.

C l. 2 ff. de his qui ſunt ſui, §. ſed maior. inſtit. eod. cap. ſi qua, vbi gloſ. 30. diſti. l. in ipſius, C. famil. her ciſcund. Villadiego vbi proxime gloſ. l. 14.

D l. fin. ibi, moderata corrigere caſtigatione, C. de agricolis & cenſit. lib. 11. §. adſcriptio, ibi, per ſe caſtigare plagis mediocribus, in Authentico de nuptiis. collatione 4. Bald. in Authentica ad hoc, nume. 3. C. de latina liberta. tollend. Afflictis in Conſtitutiones Neapol. rubr. 3. num. 2. Guid. Papa. deciſio 314. nume. 2. Azor inſtitutio. moral. 2 par. lib. 2. cap. 32. verſiculo, Tertio quæritur, colum. 222.

E Alexan. dicto conſil. 75. volum. 3.

F l. Prætor, 7 §. præterea, l. non ſolum, 11. §. quamquam, ff. de iniuriis.

G vt fuit practicatum in noſtro Regno in perſona Sebaſtiani de Arbas, vt refert noſter Bardaxi in Foro vnico, titu. de his qui ad Eccleſias confugiunt, nume. 20. & in For. 1. titu. de la competencia de juriſdiciones, num. 8, verſic. Inſuper vidi, & faciunt quæ tradit Antonius Oliban de iure fiſci, cap. 9. num. 28. cum duobus ſequentib.

H cap. non putes, cum duobus ſeqq. 23. quęſt. 5.

moderate castigando;i sed de foro Regni nõ possunt
73 famuli cõducticij,† seu mercenarij à Domino ob malum seruitium verberari, k quæ fori dispositio à iure communi interpretationem recipit, & intelligi debet de flagris quę liberis hominibus non conueniũt; l at tamen moderata emendationis causa castigatio sine excessu, non est à foro punibilis. Immo in qualibet bene instituta Republica, quidam est Aeconomicus magistratus institutus, qui à nostris pater Orphanorũ vocatur,† à Iustiniano m Quæstor, cuius muneri incumbit otiosam corrigere iuuentutem (cum nihil in Republica otio pernitiosius reperiatur, n) emẽ
74 dationę† ac charitate paterna, ignauos vagabũdos, &
75 otiosos corrigens, vt officia, vel artificia, ex quibus viuere valeant, discant, vel in agricultura laborent, aut victus sibi parandi causa, alicui seruitium prętent, ne validi, contra iuris dispositionem o mendicent, (nam
76 canitie graues, & corpore læsi, ciuium pietati sunt ad scribendi) qui dum à prædicto magistratu corrigũtur, non vt serui, sed vt filij tractandi sunt, vel à ciuitate, si illi videatur expedire, expellendi. Quod si hæc Aeconomica coerctio non sufficiat, segnitie eos ad illicitos actus impellente, Magistratus politici iurisdictio erit imploranda, vt iudicialiter, & publice puniatur, is qui coerctionem domesticam, & paternam cõtempsit, cum iste non habeat atrociter verberandi ius, vt in legato dicebat I. C. p qui enim correctionis
77 causa feriunt, non flagris & loris,† sed virgis cedere solent: vnde in actione fidei, dum Inquisitores pœ-
78 nitentes absoluunt,† & reconciliant, q virgis vtuntur, quas portare solent Fratres S. Dominici, tanquã tanti parentis alumni; qui primus fuit r Generalis Inquisitor. Vnde optima ratione, á Rege nostro Philip
89 po eius consanguineo concessum fuit, vt† sit perpetuo in consilio supremo sanctæ generalis Inquisitionis, vnus ex familia Dominicana: ex qua tanquam vir
80 tutis† ac eruditionis sanctissimi sui patris hæres, P. Mag. Ludouicus Aliaga primo loco assumptus fuit.

§. Pri-

I Vt in dicto tit. de emẽdatione propinquorum.
K Foro fin. tit. de mercenarijs, Molin. verb. famulus, vers. famulus si recepit fideiussorem, vbi Portol. num. 15. & seq.
L l. consensu, C. de repudijs. l. veluti. 7. iuncta l. in seruorum, 10. ff. de pœnis, l. prętor. 7. §. præterea, l. Item apud Labeonem, §. si communem, & §. adijci tur, & l fin. ff. de iniurijs, l. sed sicuti. in fin. ff. de vsu fructu, vnde cum liberi homines non seruilibus verberibus, sed fustibus solerent cædi, l capitaliũ 28 §. non omnes. ff. de pęnis, Barnabas Brisonius selectarum antiquitat. lib. 2 cap. 9. hinc dicit I. C. Ictum fustium infamiam non importare, sed causam, l. 22. ff. de his qui not. infamia.
M In authen. de quæstore. §. si vero vitæ occasione cũ trib. seq. collat. 6.
N Plura Borrellus in præfatione ad speculum Bellugæ, & Parisius de resignatione beneficiorũ. lib. 5. q. 3. uum. 211. & sequẽ. Guillelm Benedictus in repetit. c. Raynucius, verbo & vxorem. decis. 5. nu. 461. & 462. & verbo dotem, quam ei dederat, nu. 53. & seq. de testam. Casaneus in cathalogo gloriæ mundi, p. 11. considerat. 1.
O l. vnica. C. de mendicãtibus validis, lib. 11. Auẽdaño de exequend. mandat. cap. 6 nu. 2. Auiles in cap. 26. pręto. glos. aparta miento, nu. 4. vers. & mendicantes, & alij relati à P. Cenedo, 1. p. colect. 36 n. 5. Pet. Erodius rerũ iudica. lib. 6. tit. 2. cap. 1.
P l. si quid erit, 11. ff. de officio Proconsul.
Q Ludo. à Paramo de origine offic. S. Inquisitio, li. 2. tit. 3. c. 11. n. 11. & seq.
R Paramo. vbi proxime lib. 2. tit. 1. cap. 2.

§. Primus.

Politicæ vitæ in multorum societate origo.

COMMVNIO parere solet discordias. 1.

Vicus seu pagus, quare ex pluribus domibus constructus. 2.

Homo est animal sociabile & politicum. 3.

Plinij dictum de homine reprobatur. 4.

Natura loco omnium tribuit homini rationem. 5.

Ex pluribus pagis simul iunctis ciuitas, & ex pluribus ciuitatibus Regna, & ex pluribus Regnis Imperium, seu Monarchia. 6.

Maius, vel minus, non constituunt diuersitatem specificam. 7,

§. *Primus.*

POSTQVAM filij à patris familia seiuncti, iam vnusquisque eorum origo propriæ familiæ, *a* ac quasi fons memorię posteris extitit, cum iam vna domus omnes capere non posset, & ne simultanea habitatio inter eos (pro vt sępe euenit) † discordiam, ac dissensionem pareret, *b* in alias domos, tanquam in colonias transmigrarunt, non tamen adeo fuerunt seiuncti, quin ex pluribus domibus, simul iunctis, ad aptius in societate conuiuendum, pagus, † seu vicus fuerit ab eis constructus, *c* cum homo natura sua sit animal sociabile, † & politicum, magis etiam (vt inquit D. Thom.) *d* quam cætera omnia animalia, quibus natura ipsa prę parauit cibum, tegumenta, defensionem, homini vero nihil eorum pręparauit, *e* vt non satis sit ęstimare, † parens melior homini? an tristior nouerca fuerit *f* quod dictum reprehensione, & impugnatione dignum iudicamus, *g* cum omnium loco dederit rationē, † qua ipse sibi hæc omnia parare potest, ad quę cum vnus homo non esset sufficiens, neque omnibus, quibus egebat, solis domesticis posset occurrere, ideo natura le illi fuit, † in ciuili multorum societate viuere, & ex aliorum societate, & industria pluribus bonis circumfluens, sibi mutuo deseruire, prodesse, & subuenire, tutiusque, ac multo melius, contra validiorum vim, ferarumque incursus tueri, ac se defendere valerent, ac necessitatibus subuenire, quam si essent dispersi; & ideo

1 2 3 4 5 6

A l. pronuntiatio, 195. §. communi, ff. de verbo. signif.

B l. cum pater. 79. §. dulcissimis, & ibi glos. fin. ff. de leg. 2. iuncta l. in hoc iuditium, §. si conueniat, ff. commun. diuid. l. 1. §. fi. ff. de acq. possess. l. sancimus, §. ne autem C. de donationibus, l. in conditionibus, ff. pro socio & quæ tradit Roland. cons. 84. num. 1. 9. 19. & seq. vol. 1 Tiraquel. de iure Primogen. q. 78. Seraphin. de priuil. iuraméti priui. 58. num. 4. & per totum. Auē daño de exequen. mand. 1. par. cap. 4. nu. 20. & sequent.

C Marcus Anton. Camos in microcosmia. 1 p. dialog. 4. pag 35. col 1. Chrisostom Iabellus in Epito. lib. 1. politicorū, tract. 1. c. 3. col. 3. p. 157. l. qui ex vico. ff. ad municipal. Bar. in l. si hæres, §. vicis, de leg. 1. & cons. 196. nu. 5. in fin. Menochi. cons. 80. nu. 18. in 1. Camil Borre. in addit. ad Bellugā. rub. 46. vers. restat videre, verbo vicus appellatur.

D Lib 1. de reg. Principum, c. 1. cum multis congestis á Simancas, lib. 1. de Republica, c. 9. nu. 12. & 13.

E Iabellus in Aeconomica Christiana, tract 1. c. 2. pag. 719.

F Plinius in prohemio. lib. 7. natural. histor.

G Cum Mariana de Rege & Regis iustitutione, lib. 1. cap. 1. vers. inepte ergo, pag. 21.

ideo pagus, seu vicus ex pluribus domibus fuit constitutus, *h* vt ita vita habitantium ornatior fieret, & tutior; paulatim vero post, ex pluribus pagis, seu vicis coacta fuit ciuitas, quæ in suos ciues potestatem, & iurisdictionem à principio habuit, donec electione, vel alias, talis potestas vni singulari personæ concessa, vel adquisita lege Regia fuit, & tunc Regnum paruum vnius ciuitatis, quasi partus naturæ laborantis, & filius populi dicebatur. *K* Ex quibus libidine regnandi, vel plura habēdi cupiditate, impulsiuè laudis, & gloriæ ambitione, nonnumquam etiam iniurijs lacessiti illi, qui regimini populorum erant præfecti, vicinos, & gentes liberas subiugare, & in omnium fortunis soli ceperūt dominari, *l* vt Nembroth. Ninus, Cyrus, Alexander, & Cęsar, à quibus magna Regna plurium ciuitatum fuerunt constituta, & ex pluribus magnis Regnis Imperium, seu Monarchia orta fuit, quę a paruis Regnis non specie, & substantia, sed magnitudine differt. *m* Maius enim, † vel minus non constituunt diuersitatē specificā, & substantialem cum de magno, & paruo idem ius regulariter statuatur, *n*

H Tapia de vera hominis nobilitate, lib. 1. fol. 86. col. 1. vers. si quidem egregijs, & ex Lactancio pag. 48. colu. 1. vers. sed cum vno, & vers. hominem autem, Afflict. in prohem. constitu. Neapol. num. 1. Simancas de Republica, lib. 1. cap. 8. num. 5. 7. 8. & 23.

I Domin. Bañes de iust. & iure, quæstio. principali. 6 2. q 4. de dominio, in princip.

K Nicolaus Biesius de Republica lib. 1. cap 1. & Petrus Gregor de Republi. lib. 1 cap. 2 nu. 4. Cardin. Reginaldus Polus, in defensione vnitatis Ecclesiasticæ, lib. 1. p 74. vers. & quidem de Rege, & pagin. 86. vers. in omnibus.

L Genes. cap. 11. B Aug. de ciuit. Dei lib. 4. cap. 6. & lib. 5. c. 18. & post Fabium Pictorem in lib. de aureo seculo, Petrus Gregor. in prælud. opt. I. C. lib. 2. c. 28. Belarmi. tom. 1. controuers. generali. 5. lib. 2. cap 6. vers. sic Romani. pag. 1322. Casane. in Catalog. gloriæ mundi, 5. p. consideratione 1. Mariana de Rege & Regis institut. lib. 1. c. 1. p. 24. Marta in tract. de iurisdictione, 1. par. cap. 2. cum trib. seq.

7

M l. fin. ff. de fundo instructo. l. fc apham. 44. ff. de euictio. Cephal. cons. 300. num. 11. Natta cons. 402 num. 16. Surdus decis. 7. num. 22

N l. & in maioribus. C. de appellatio. c. de appellationibus, & ibi Decius de appellatio. c. nouit. de iudi. Bart. in d. l. fin. & in l. Imperium, num. 11. de iurisdictione omn. iudic. Ludolph. Schrader. tract. feudal. p. 10. sect. 7. num. 65.

§. Secundus.

Distinctio potestatis, in Ecclesiasticam, seu spiritualem, & secularem, seu temporalem.

IVrisdictio Ecclesiastica, seu spiritualis, non confundenda cum seculari, & laica. 1. 31.

Iudex secularis suum auxilium impartiri debet Ecclesiastico, & è contra. 2.

Iudex Ecclesiasticus non debet se intromittere in his quæ pertinent ad iurisdictionem secularem. nec è contra. 3.

In Aragonia Iudex secularis inhibet Ecclesiastico cum nominatione arbitri, & è contra. 4.

Si arbitri intra quinque dies non concordauerint in declarando, cuius sit iurisdictio, causa deuoluitur ad Cancellarium. 5. & 6.

Intra quem terminum, & qua forma, competentia iurisdictionis debeat sententia Cancellarij finiri. 7.

Si in-

Si intra terminum à foro præfixum, Cancellarius non declarauerit cuius sit iurisdictio, habetur ipso foro pro declarata in fauorem Ecclesiæ.8.

Doctor Gabriel Sora Cancellarius laudatur.9.

A sententia Cancellarij non potest appellari, nec appellatio de facto emissa vllum effectum producet.10.

Manus iudicis qui victoriã reportauit, quæ pendente competentia erant ligatæ, manent liberæ, vt suam iurisdictionem tueri possit aduersus alium pœnali iuditio.11.

Doctor Iosephus Sesse laudatur.12.

Quibus casibus inhibeatur de præciso, absque nominatione arbitri, iudex Ecclesiasticus, & absque inhibitione monitorium decernatur,13.

Excommunicationis sentẽtia ipso iure nulla, non est timenda, nec absolutionem etiam ad cautelam requirit.14.

Excommunicatio est nulla ob defectum iurisdictionis proferentis, vel quia illa recusatione, vel appellatione suspensa sit.15.

Excommunicationis sententia est nulla, si error sit expressus in ea.16.

Scandalum quando euitandum.17.

Ecclesiastica potestas excellentior est seculari, & ratione originis, & ratione finis. 18.

A Christo Domino Ecclesiastica potestas descendit in Petrum, & eius successores, & ab eis in cæteros Ecclesiæ Prælatos. 19.

Romani Pontificis, & Christi vnum est Tribunal.20.

Roman. Pont. immediatè accipit potestatem à Christo Domino: sed cæteri Prælati, & Dei & Sedis Apostolicæ gratia munere funguntur.21.23.

Roman. Pontifex quare non portet baculum curuatum sicut cæteri Prælati.22.

Cardinales electione Canonica declarant, in quam personam vt eius Vicarium Dominus noster Iesus Christus suã potestatem transtulerit.24.

In Rom. Pont. non fuit translata potestas excellentiæ à Christo Domino,25.

Christus Dominus vnione Verbi omnium rerum dominium habuit,26.

Christus Dominus noluit exercitium dominij rerum sibi assumere,27.

Respondetur Martæ tribuenti absolute dominium rerum Rom.Pont.28.

Potestas secularis suprema an fuerit translata in Rom.Pontificem,29.

Per traditionem duarum clauium factam Petro, quid intenderit Dominus noster significare.30.

Omnis potestas est à Deo,32.

Reges cur inscribantur Dei gratia,33.

Potestas secularis non immediate processit à Deo, sed à populi electione, vel consensu.34.

Amor & timor in administratione politica necessarij,35.

Regum Catholicorum potestas non pendet à Rom.Pont.36.

Ramirus Primus, & Petrus Secundus Reges Aragonum se feudatarios Ecclesiæ constituerunt,37.

Iacobus Rex Aragonum feudum negauit Ecclesiæ, & Regnum ab omni recognitione, & superioritate liberum esse contendit. 38.

Improbatur Marta recognitionem subsistere asserens,39.

Pragmatica sanctio Regum Francorum, an fuerit abolita,40.

Regum ius plenius est quam Imperatorum. 41.

Imperium quodadmodo à Confirmatione Rom.Pont.dependet,42.

In fraudem potestatis secularis non debet aliquid Rom.Pont.statuere,43.

In finem supernaturalem Rom.Pont, vtrumque gladium habet habitu & actu, cum aliquibus exemplis, & illationibus,44.

Leges aliquæ ciuiles iure Canonico abrogatæ.

Legitimatus à Rom.Pont. an sit legitimatus, quoad temporalia.

Dona-

Donatio Constantini iure subsistit. 45.
Terras Ecclesiæ non debet aliquis Princeps occupare. 46.
Petro & Sancio Ramiro Regibus Aragonum, quid euenit ob ocupata bona Ecclesiæ. 47.
In Ecclesiastica, seu spirituali suprema potestate vnum tantum debet esse caput in toto orbe terrarum, secus in seculari & laica. 48.
Finis vtriusque potestatis diuersus. 49.

§. Secundus.

POTESTAS suprema, tam in paruis, quam in magnis Regnis, ac Regnorum Imperio, & Monarchia consistit, vel in spiritualibus, & Ecclesiasticis, vel in temporalibus, & laicis, quæ potestates inter se sunt distinctæ, *a* nec inuicem † confundendę, imo
1 mutuo se debent inter se ad inuicem adiuuare, *b* modo impartiendo Iudicem secularem suum brachium Iudici Ecclesiastico, † pro executione, & tuitione
2 suæ iurisdictionis: *c* modo vero, é contra Iudicem Ecclesiasticum Iudici laico, & seculari, *d* cum non debeant ad imparia iudicari, *e* cum sint tanquam duo cardi-

A Cap. duo sunt, c. cum ad verum 96. dist. c. solitę de maiorit. & obed cap. quoniam, dist. 10. Abulensis super Numeros. fol. 65 colu. 4. C. & super Iosue, tom 1. fol. 47. col. 4. C. D. & fol. 48. colu. 1. A. B. C. D. & col. 2. A. B. & fol. 60 col. 4 D. & super 1. Reg. tom 2. fol. 65. col. 3. D. & fol. 65. col. 3. *B* Turrecre. in summa de Ecclesia. lib. 1. c. 87. cum duobus seq. Soto de iust. & iur. lib 4. q 4. art. 1. Bouadilla in sua politi. lib. 2. c. 17. a nu. 1. cum 10. seq. & c 18. a nu. 2. cum seq. & nu. 60. Montaluus super foro Regio, lib. 3. tit. 6. de las herencias, l fin. glos. fin. vers. Circa primum, fol. 141. col. 4. Cardin. Reginal. Polus, in defensione Ecclesiastię vnitatis, lib. 1. pag. 88 versi. ac si nunc, Paleotus in Archiepiscopali Bononie nsi. 1. par. c. 3. pag. 9. Anton. Oliuan. de iure fisci c. 3. nu. 78. Marta de iurisdict. 1. p cap. 8. Gerardus Maynardus decis. Tolosana 100. lib 4. Codex Fabrianus lib. 3. tit. 12. de iurisdictione omn Iudi. definitione 4. Morla in Emporio iuris, 1. p. tit 2. num. 125. Zeballos tom 4 communium, in discursu ad D. nostrum Regem, in prin. & q. 8 99. à num. 112. cum seq. Azor 2 par. institutio. moral. lib. 10. cap 1. & Nicolaus Serafius tom. 2 opusculorum Theologicorum, disput. de legibus, art. 36. pag. 37. Petrus Binsfeldius, in commenta. de iniurijs & damno dato. cap. 7. q. 1. conclu. 1. pag. 346.

B Cap nouit. de iudicijs, cap dilecto. de senten. excommun. in 6. cap. 1. de officio ordinar. vbi DD. Rebuf. cons. 193. pag. 356. Renatus Chopinus de Demanio Franciæ. lib. 3. tit. 30. num. 2. vers. duobus, pag 610. Suarez de Paz in sua praxi, tom. 2. in prohem. num 1. 2. & seq. Petrus Erodius rerum iudicatarum, lib. 1 tit. 6. cap. 11. de inuocatio. brachij secularis.

C Concil. Trident. sess 25. in decreto de reformatione cap. 3. ibi per suos proprios, vel alienos executores, Francis. Moli de brachio seculari Ecclesiæ præstando, cap. 1. & cap. 3 num. 38. Tuscus conclusione 125. num. 4. B. Oldrad. cons. 89. & DD in cap. cum non ab homine, de iudic. Marta de iurisdictione, 1. par. cap. 49. & tribus seq. & 4. par. centuria 2. casu 151. num 5. & seq. & casu 160. numer. 5. Concil. Trident. sessione 24. de reformatione, cap. 8. & sessione 25. Decreto de Regularib. cap. 5.

D Couar pract. quæst. cap. 10. num 1. vers. eadem ratione, vbi allegat multa iura Martinus Fano in tract. de brachio implorando, num. 17. & seq. 21. habetur tom. 11. tract. par. 2. fol. 409. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 356. & 360. Redin. de maiesta. Princip. vers. non solum armis decoratam, num. 146. Gracian. regula 422. Palacios Rubios in cap. per vestras. 2. notab à num. 1. cum sequen. de donatio. inter. Auiles in cap. 20. prætorum, num. 17. verb. vsurpar. Gail lib. 2. obseruatione 115. vbi Greueus consideratione 1. Georgius Cabedo decis. 9. num. 3. par. 1. Viuius decis 49. num. 6. lib. 1. Segura in Director. iudicum. 2 par. cap. 13. Molin. alijs relatis vbi sup. cap. 19. Iacob. Cancer. 3 tom. var. cap. 19. & glos. in cap. 2. verb. potestatem, de maledicis. Paz in pract. tom. 2. in præfat. nu. 4. Prosper Farinacius quæst. 97. num. 81. & seq.

E Obseruan. 1. tit. de Sacrosanct. Eccles. ibi cum non debeant ad imparia iudicari. obseru. de consuetudine, tit. de his qui ad Eccles. confugiunt. ibi, quod Zalmetina, &c.

cardines, ſuper quos iſtius ſęculi machina regitur, & tanquã duo magna luminaria, quę diei, ſcilicet rebus ſpiritualibus, & nocti ſcilicet tẽporalib⁹ prę ſunt, *f* & ideo nõ ſunt inuicẽ cõfundẽdæ, † nec extra ſuos limi 3
tes, & finẽ deſtinatũ protrahẽdæ, & extẽdendę, ita vt Iudices ſeculares juriſdictionẽ Eccleſiaſticã, & ſpiritualẽ, *g* vel Iudices Eccleſiaſtici iuriſdictionẽ laicã, & ſecularem conentur vſurpare, & quaſi in alienã meſſem falcem mittere; ſed vnuſquiſq; eorum debet ſe abſtinere † à turbando alterius iuriſdictionem, ad ſe 4
non pertinentem, alias po terit ſecularis per Eccleſiaſticum inhiberi, & è contra per ſecularem Eccleſiaſticus, cũ nominatione † arbitri illius loci, in quo is qui 5
immunitatem Eccleſiæ prætendit captus reperitur, quod ſi inhibitus intra tres dies monitus reſpondere omiſſerit pro eo qui inhibitionem decreuit competentia iuriſdictionis ipſo foro declarata cẽſebitur, *h* niſi caſu quo inhibitus reſpondere non teneatur, vt infra dicemus, ſicut quando iure *i* contentio erat inter duos Iudices delegatos, quorum arbitrorum iudicio, ſi concordauerint intra quinquè dies, ſtandum eſt, † quibus diſſentientibus, vel elapſo termino qui 6
de momento ad momentum currit cauſa Competẽtię iuriſdictionis ad Cancellarium deuoluitur, k qui cauſa cognita intra † triginta quinq; dies continuos 7
habita deliberatione cum quatuor Conſiliarijs, duobus pro iuriſdictione Regia, duobus vero alijs pro iuriſdictione Eccleſiæ cauſam, ſentẽtia in fauorẽ eius, ad quem iure pertinere iuriſdictionem iudicauerit, ſi niet, quod ſi præfatus terminus foralis † abſq; decla 8
ratione Cancellarij, & prolatione ſententiæ, elabatur habetur cõpetentia pro declarata ſecundũ forũ in fauorẽ Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ iuriſdictionis. Huic muneri præpoſitus eſt à Rege D. Gabriel Sora † Canonicus Eccleſiæ Cæſarauguſtanę, cuius eru
ditionẽ vehemẽtiſſime laudo, & multis ac grauiſſimis Iureconſultis ante- 9
pono, qui vt Alphonſ. Rex Arago. laudari poteſt, *l* quod Bibliothecã in ſignẽ & ornatiſſimã habeat. Cuius ſẽtẽtię, ac decreto abſq; vlla appellatione, & recurſu erit per iudices ſtãdũ, ac acquieſcẽdũ, ita, vt ſi quis de facto appellare à ſentẽtia Cãcellarij tẽtauerit, † talis appellatio tãquã *m* friuola 10
reijcien-

F Cap. ſolitę § præterea, de maior. & obedient.
G l. 5. tit. 3. nouæ colect. lib. 1. Ioan Lorinus in cõmen. in Acta Apoſt. c. 18. verſ. 14. pa. 755. verſ. Hugo laudat.
H For. 3 & ibi Bardaxi. tit. de la competencia.
I Cap. paſtoralis de reſcriptis.
K Foro 1. de la compet. de juriſdiciones, qui forus confirmatus fuit per Paulum III. datum Romę 21. Decembris 1548 Bardaxi in Comment. ad d. for num 8. poſt Portol. in ſchol. ad dictos foros, per plures quæſtiones late D. Regés Ioſephus Seſſe. de Inhibitio. cap. 9. & 10. & deciſ. 113. per totum 2. p. Oliua. de iure fiſci. c. 11. num 80. & ſeq. Peguera in praxi. c. 24. Michael Ferrer, 3. par. obſeruan. Regij ſenatus Cathalonię, contentio inter Iudicem Eccleſiaſticum & ſecularem cap 172. & ſeq Cancer. 3. par. variar. reſolut. cap. 10. nu. 16. Fontanel. de pact. nuptialib. clauſ. 4 glo. 13. par. 3. n. 5. & ſeq fol 209.
L Caſaneus in cathalog. gloriæ mundi p. 12. conſiderat. 75. verſ. Alphõſus.
M Bardaxi in comment. ad for. 1. nu. 8. & 16. verſ. dicitur in ſuper tit. de la competencia de juriſdiciones, & ibi eriam Port. num. 42. late & eleganter D. Ioſeph. Seſſe deciſ. 113. per tot. 2. p. eruditiſsime ſuo more Ludo. Caſanate in reſponſ. cõtra Ioannẽ Baptiſta Spinola.

rcijcienda erit, & non impediet iudicẽ talis appellatio in cauſa procedere, & ſuã ſententiã exequi, vt in exẽplaribus adductis per noſtros, Sebaſtiani de Erbas, Franciſci Romeo, & Hieronymi de Muel fuit declaratũ, & per Nuntiũ Apoſtolicũ, Ioannẽ Baptiſtam Caſtaneum, Epiſcopũ Roſſanenſem (qui poſtea ad Summum Pontificatum electus, Vrbanus [n] fuit nuncupatus) in reuocatione commiſsionis factæ Epiſcopis Oſcenſ. & Segorbicenſ. in cauſa appellationis Frãciſci Romeo, vt conſtat ex Bulla ſanctiſ. Domini Pij PP. Quinti, die 12. Maij anno 1571. quæ ad inſtantiam Diputatorum regni Aragonum per Paulum PP. Quintum, die 12. Martij 1614. fuit mandata à ſuo originali
11 regiſtro extrahi, & liberari; ſed iudicũ manus, † quæ declinatoria fori, & inhibitionibus præſentatis, erant ante illam ſententiam latam ligatæ, [o] manent liberę, & expeditæ, vt poſsit ille, in cuius fauorem ſententia lata fuit, iuriſdictionem ſuam in illa cauſa exercere, eamque pœnali iuditio tueri, ſi eccleſiaſticus ſit, excommunicatione, & aliis cenſuris: ſi laicus, & ſecularis occupatione temporalitatum, & aliis à foro, & conſuetudine Regni permiſsis. Quæ omnia, poſt alios, late proſequitur Doctor Ioſephus Seſe, [p] meritiſsimus † Regẽs
12 Cancellariã iſtius Regni, perſpicacis ingenij, & duplicis ſciẽtiæ vir, vt nomẽ demõſtrat. Quando autẽ quæſtio iu-
13 riſdictionis dubia eſſe nõ poteſt, † vt putà in proceſſu aprehẽſionis, inuẽtarij, & manifeſtationis bonorũ, [q] vel nõ exiſtente in carcerib⁹ illo, qui ratione alicui⁹ delicti accuſato, in Regia Audiẽtia, vel Curia D. Iuſt. Aragon. ſe exẽptũ prętendit, Iuſtitia Aragonũ de pręciſſo inhibet eccleſiaſticum, quinimõ in Regaliis notoriis domini Regis, quę illi lege Regia, & iure principatus competunt, abſque inhibitione monetur eccleſiaſticus quòd deſiſtat, nec eius inhibitioni tenebitur ſecularis cũ nominatione arbitri reſpõdere; quod etiã in Camera Imperiali practicatur: [r] quod ſi in his, ſeu in aliis facta declaratione per Cancellariũ in fauorem iuriſdictionis ſecularis, eam eccleſiaſticus exerceri per iudicẽ laicum mucrone excommunicationis impedire tentauerit, talis excõmu
14 nicatio † erit nulla; [ſ] & quoties excõmunicationis ſen-

N Tenores huius & aliarum Bullarum in fauorem Fori reperies integre apud Ioſeph. Seſe poſt d. deciſ. 113.

O Vincentius de Franch. deciſ. 294. & Maſtril. 2. p. deciſ. 127. n. 2. & 3. Maur. Burgius de laudimiis, p. 3 inſpect. 4. n. 21. Cãcer varia. 3. p. c. 10. n. 64. & ſeq. & lib. 2. c. 2. n. 308. Monter deciſ. 9. nu. 54. & 57. c. ſi iudex laicus, in fin. de ſentent. excommun. in 6.

P In ſuo eleganti tract. de inhibitionib. c. 8. cum duob. ſeqq.

Q Portol. ad Moli. ſuper Foro 1. de cõpet. iuriſdic. n. 69. & Bardaxi n. 17. & vterq; ad Fo. 3 Iacob. Cãc. 3. p. variar. c. 10. n. 114.

R Roſental. tom 1. tract. feud. c. 5. concl. 13. n. 12. p. 122. exemplis exornãs. & ſenſerunt D. Locumtenẽtes in proceſu procuratoris fiſcalis ſuper crimina li cõtra D. Ioannẽ Muñoz de Gãboa, qui fuit cõdẽnatus ad exiliũ triũ annorũ, ex eo quod turbauerit iuriſdictionẽ ſecularẽ, oponẽdo exceptionẽ excõmunicationis nuliter prolatæ

S Bald. in l. cõſulta diualia, in prin. C. de teſtam. & in l. 1. fin. C. quomodo, & quãdo iudex. Anchar. cõſi. 382. in 4. dubio, & in c. ea quæ. q. 10. de reg. iur. in 6. Nata cõſ. 29. n. 5. 6. & 35. Zabal. tom. 4. commu. q. 897. n. 991. p. 178. Marta de iuriſd. 2. p. c. 4. n. 25. Barth. Soci. cõſ. 99. n. 21. Volu. 3. Bero. cõſ. 117. nu. 9 volu. 3. Gaſp. Caballin. in tract. de euictio. §. 3. n. 122. Gutier. canoni. quæſt. c. 18 n. 10. & ſeq.

tentia est nulla, nec quoad Deum, nec quoad Ecclesiam timenda est; non quoad Deum, quia nulla culpa; non quoad Ecclesiam, quia nullā pœnā iuris incurrit; qui, sententiam, quę nulla est, non custodit. Cum enim, ipso iure nulla sit, idem est, ac si non esset lata, r ita vt nec ab excommunicatione, vtroque foro nulla, absolutio ad cautelam sit necessaria. " Sed postquam à personis doctis, & timoratæ conscientię, publice patefactum est, excommunicationem esse nullam; vel quia is, qui eam tulit, † non sit suus iudex x saltim super illo articulo, cuius occasione sententia excommunicationis lata est;

vel quia post recusationem, ≈ vel appellationem, 15
legitimè interpositam, a prolata; vel quia in ea † error
intollerabilis, est expresus, b non est quid pareat sen- 16
tentiæ; & si postquam diligentissime curauerit sedare scandalum, & nullitatem sententię publicare, quis scandalizatur, non est scādalum pusillorum, † sed Phari
seorum, secundum regulam Christi contemnendum c. 17
Sed ex his duabus potestatibus dubitari nequit, quin

T Paludan. in 4. distinctio. 18. quæst 1. artic. 3. conclus. 2. & ibi Gabriel quæst. 2. artic. 2. conclusio 8. Soto distinctio. 22. quæst. 1. artic. 3. Ledes. 2. 4. quęst. 23. artic. 4. Summa Angelica. verb. Excōmunicatio. el 3. §. 19. Hostiensis lib. 5. titu. de sententia excommunicationis, §. quis sit eius effectus. versi. Hęc vera sunt, Marian. Socin. in c. sacro, n. 30. cū trib seqq. de sent. excommunicatio. Nauar. in manuali cap. 27. num. 3 in fin. Couarru. in cap. alma mater, 1. p. §. 7. versic. Decimotertio, & nume. 7 versic. Cæterum, de sententia excommunicatio. in 6. Hugold, de cē suris ecclesiast tab. 1. capi. 14. §. 18. in principio, Gregorius Sayrus in thesauro casuum conscientię de censuris, lib. 1. capi. 16. nume. 42. pagina 77.

V Enriquez lib. 13. de excommu. c. 15. §. 4. & Sayrus vbi proxime. n. 44. in fin.

X cap. ad nostram, & ibi glos. verb Iudice, & Abb. nu. 2. de consuetudine, Gregor. Sayrus vbi supra lib. 1 cap. 16. num. 10. pag. 71.

Y Argum cap. cum olim, vbi glos. verb. Ligatum, de officio delegati, Ioannes Bachon. in 4. distinctio. 18 quæst. 3. & ibi Durand. quæst. 4. num. 6 & Richardus articul. 3. quæst. 5. & Gabriel quæst. 2. artic. 2. conclus. 8. versic. Si vero sententia. & Sotus distinct. 22. quæst. 1. articu. 3. versic. Neque vero secunda. Ledesma 2 4. quæst. 23 artic. 4. Enriquez lib. 13. de excommun. cap. 16. §. 1. glos. ad cautelam, in cap. præsenti, de sentent. excommunic. in 6. Ioannes Calderinus in cap. ab excommunicato, num. 14. de rescriptis. Marian. Socin. in cap. 1. num. 18. & 28. versic. Mouetur, de sententia excommunicationis, S. Antoninus 3 par. titu. 24. cap. 7 3. §. 1. Summa Angelica, verb. Excommunicatio, el 3. §. 1. Tabiena verb. Excommunicatio, el 2. §. 10 versic. Quando sententia est lata, & Armi. n. 10. Nauarr. in manu. c. 27. n. 4. casu 1. Couar. in dicto cap. alma mater. 1. par. §. 7. nume. 5. Sayrus vbi supra nume. 10. & 17. & facit text. in cap nullus de parrochiis.

Z Arg. c. quoties. & ibi glos. verb. appellent, 2. q. 6. Lapus allega 1. & ibi additio. Mandos. n. 2. Hostien. & Ioānes Andr. in c. legitima, de appellatio. in 6. Maria. Soci. in dicto c. sacro. n. 189. & Sayrus vbi supra dict. c. 16. num. 14. Martha de iurisdictione, 3. par. c. 14. n. 35.

A Cap. cum contingat. & ibi Abb. de offitio delegat. cap per tuas, & ibi glos. in quibus casibus, vbi Abb n. 3 & Soci. 18. de sententia excommunicat. Martha d. c. 14. n. 31. c. solet, & ibi glos. verb. Errorem, c. venerabilibus, §. sed si ex causa, glos. ad cautelam, in cap. præsenti, de sententia excommunicatio. in 6 Geminian. in cap. si à iudice, num. 3. & ibi Francus. & communiter Doctores de appellation. in 6. cap. ad præsentiam. & ibi glos. verb. Contra appellationem, de appellatio, Enriquez vbi supra, §. 2. & Hugold. vbi supra cap. 13. §. 18. num. 8. Sayrus vbi supra num 18. & seq. vsque ad num. 30, versi. Quintus casus. p. 72. cum duob. sequentib. Couarru. Nauar. & alij supra relati.

B Dict c. cum contingat, & ibi glos. verb. Tolerabilem, & Abb. n. 1. & in d. c. per tuas, verb. Intolerabilé, & ibi Abb. num. 11. Marian. Socin. in c. perpendimus, n. 189. & seq. 194. de sentent. excommunicat. & alij plures relati à Gregor. Sayro vbi sup. d. c. 16. n. 31. cum trib seqq. Feli. post alios in c. quoniā cōtra, n. 26 de proba. Surd. cōsi. 223. n. 2. lib 2. Petr. Bim. cōsi. 184. n. 4. lib. 2. Gāma. decis. 110. n. 42.

C Matth. 15.

D Turre-

18 quin prima sit † excellentior, *d* & ratione originis, & ratione finis: cum à maximo, & perfecto originem sumens descendat *e* per media ad minimum, & imperfectum: nam post legem gratiæ à Christo Domino,
19 † supernaturali modo cæpit, & immediate processit, in Petrumque, & suos successores legitimos, quasi lege Regia translata fuit, vt Petrus, & quilibet eius successor, sit Vicarius Christi in terris, *f* vnumque vtriusque
20 † sit tribunal, à quo in cęteros, inferioris gradus per medios Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, potestas ecclesiastica descendit. *g* Cùm enim videret Dominus noster, se pro redemptione humani generis
21 † mori oportere, ne gregem sanguine suo redemtum, absque pastore desereret, eius curam B. Petro Apostolo commisit, *h* in quem, & in eius successores legitimos (vt paulò ante diximus) quoad ecclesiastica, & spiritualia suprema potestas fuit ita translata, vt in ea non habeat parem *i* sed eius dignitatis culmen omnes mundi dignitates excedat, *k* & super omnem principatum, & pote-

D Turrecremata in summa de Ecclesia. lib. 1. capi. 90. Albarez Guerrero in Speculo iuris, capi. 16. num. 4. Casane. in cathalogo gloriæ mundi, 4. par. consideratio. 2. & 78. Thomas Bozius de signis Ecclesiæ, tom. 2. p. 2 lib. 17. signo 75, cap. 2. pagi. 381, & seq. Valençuela in defensione monitorij aduersus Ducem & Senatum Reipublicę Venetorum, par. 5. nume 226. & seq. Petrus Binsfeldius in di. ct. c. 7. quęst. 1. conclus. 2.

E cap. quamuis, 21. disti. cap. omnes, & cap. sacrosancta, 22. distinct. cap Basilicas, in fin. de consecratione, distinct. 1. Francis. Manuel Rodriguez quæstion. regular. tom. 1. q. 17 art. 1.

F cap. vnico, vt ecclesiastica beneficia, cap. quanto, & cap. licet, de translatione Episcopi. Decius in rubr. de constitutio num. 2 & in cap. 1. num. 17. eodem titu. Rojas in epitome successionum, cap. 23. num. 70. Cardinalis in Clement. pastoralis in princip. nume. 1. de re iudica. Couarru. lib. 4. variar. cap. 14 ex Gelasio verb. Primatum obtinuit, pag. 908. Reginaldus Polus in defensione ecclesiast. vnitatis, à pagi. 128. 129. & seq. per tot. lib. 2.

G cap. cuncta per mundum. 9. quæst 3. cap. cum ad verum, cap. duo, 96. distinct. cap. proposuit. de concessione præbend, cap. 2. de prębend in 6. Clementi 1. in fin. vt litependente, Palacios Rubeus de iusta tetentione Regni Nauarræ, 2. par. per tot. Peregrin. de iure fisci, lib. 1. tit. de his qui iura fiscalia habent, á num. 2 cum pluribus sequentib. late Iodocus Damhoderius in suo Enchiridione parium, aut similium, verbo, Ecclesia. versi. Ecclesia militans, Aluarez Guerrero in Speculo iuris, cap. 1. Cæsar Baronius tom. 1. Annal. ecclesiasticorum. anno 33. fol. 138. & 139. Iosephus Stephanus de potestate coactiua Papę, cap. 8. à nume. 1. Belarmin. de controuers. christianæ fidei, lib. 1. de Roma. Pontif. cap. 10. Parmelius in annotation. ad D. Cyprianum, Epist. 55. nume. 35. Alphonsus Mendoça in quæst. quodlibet. quæst. 4. §. 1. Et pluribus primatum Roman. Pontif. comprobat Anastas. Germon lib. 2. de sacrorum immunitate, c. 4. per tot. Cardinal. Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 2. cap. 52. & 53. Bursat. consil. 125. num. 49. & 50. in 1. late Bozius vbi supra, tom. 2. lib. 18. signo 80. à cap. 1. vsque ad cap. 6. à pag. 434. vsque ad 507. Ioannes Azor institut. moral. 2. par. lib. 4. cap. 11. et 14. per tot.

H cap. 1. de homicid. in 6. cap. in nouo, 21. distinctio. cap. rogamus, 24. quęst. 1. Nicolaus Serarius Opusculorum theologicorum, tom. 1. disputatione de Apostolis, par. 2. artic. 68. de Beato Petro, et sequę, pag. 264.

I Bald. in cap. 1. nume, 2. verfic. Secundo nota. de probatio. Iaſ. in l. rescripta, nume. 4. C. de precibus Imperato. offerend. Rodulphus Cupers in tracta. de secrosanct. Ecclesia. cap. non commoda, nume. 10. et 11. pag. 7. & in cap. ad quem sensum, num. 29. pag. 166. cap. non licet. cap. venerabilem, de electione, Parisius consil. 685 num. 59. & seq. lib. 4.

k Vt considerat Casane. in cathalogo glorię mundi, 4. par. consideratione 7. per totam. Rodericus Zamorensis in Speculo vitæ humanę lib. 2. cap. 1. & sequent. Decius in dicto cap. 2. de constitution. num. 9.

& poteſtatem ſit, ante quem cuncta genua curuari oportet, l iuxta illud ſacræ paginæ: m *Incuruentur ante te filij matris tuæ.* Et alibi: *Et venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum.* Et alibi: *Erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ, vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.* Iuxta quæ Romanus Pontifex non portat † baculum curuatum n ſicut cæteri Prælati; quia, 22
non ſolum ouium, ſed & paſtorum, paſtor vniuerſalis eſt, o & non habet coarctatam poteſtatem, quæ denotatur curuatione baculi, neque ab aliquo † poteſ- 23
tatem accipit, ſicut cæteri Prælati, qui, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia munere funguntur, ſed immediate à CHRISTO Domino in talem ſingularem perſonam translatam fuiſſe per Cardinales, † qui, in con- 24
claui exiſtentes, Eccleſiam vniuerſalem repreſentant, electione canonica declaratur, p in finem ſupernaturalem omnem, & integram, ac pleniſsimam poteſtatem, tam ordinis, quàm iuriſdictionis, ſiue contentioſæ, ſiue voluntariæ, ſiue in foro exteriori, ſiue interiori, fuiſſe à Chriſto Domino immediate translatam, q excepta ſola poteſtate excellentiæ, † quam ſola excellentia, & dig- 25
nitas Chriſti, & etiã vt homo erat poſtulabat; r nec in alium quemquam transferri debuit. Atque ita, licèt ipſe eſſet Dominus vniuerſorum; quia, Domini eſt terra, & plenitudo eius, ſ orbis terrarũ, & qui habitant in eo: quæ omnia dedit ei t Pater in manibus, & ſub pedibus eius ſubiecit, u tamẽ hæc ad ſolũ Chriſtũ Dominũ, propter

L Auguſtin. de Anchona in procœmi tractat. de poteſta. eccleſiaſt. Afflictis in prælud. ad conſtituti. Neapolita. quæſt. 13. nume. 11. Thom. Bozius de ſignis Eccleſiæ, tom. 2. par. 3. lib. 10 ſigno 85. cap. 4 pag. 30. & ſigno 86 cap. 5. pag. 36. & ſeq.

M Geneſ. cap 27. Iſaiæ cap. 60. & Iſaiæ cap. 49.

obligatione gerendi curam Reipublicę, & iuſtitiam adminiſtrandi: & Princeps tam poteſtatem, quàm conditionem, & onus acceptauit, ex quo pacto firma, & ſtabilis permanſit lex regia: inde improbatũ fuit pactum, factum *u* à Carolo Sexto *R*ege Gallię, cum Henrico Quinto *R*ege Anglię, ſuper ſucceſsione eius filię Margaritæ, in regno Francię, cum lege principatus, ſeu regia eſſet, ſtabilitum, † ne vllo tempore, fœminæ ad ſucceſsionem regni admitterentur, ne à lãcea in fuſum, regnum peruenirent, *x* his verbis: *Nulla portio hæreditatis, de terra Salica* (quam interpretati ſunt ſapientes Galli, quæ adhæreat coronæ, *mulieri veniat, ſed ad virilem ſexum tota terræ hæreditas perueniat.* Quę lex *S*alica vocatur, quod à Francis orientalibus (qui *S*alij dicti ſunt à *S*ala flumine, vel à loco *S*aletham, vbi condita fuit) fuerit lata; quæ licet ſui origine, ex ſententia Cuiatij *y* tempore Pharamundi, primi *R*egis Francorum, ſedente in Cathedra Petri Bonifacio, & imperante Honorio Primo, anno ſalutis 420. ſuper omnibus rebus, tam publicis, quàm priuatis fuerit lata, tamen à Francis occidentalibus ſolũ in ſucceſsione regni fuit admiſſa, *z* quam nec in Gallia ſeruandam ſeptem fundamentis comprobare conatur Camillus Borrellus, *a* ſed *R*eges ſua potentia, ſubditis non audentibus contradicere, non ſinunt *b* ſuã ampliare poteſtatem, quæ tunc demum tuta erit, cum viribus modum imponit, ac ſi intra modeſtiæ, & mediocritatis fines ſe contineat: atque hæc quidem moderatio, † ac temperatura, ſanitatem *R*eipublicæ conſeruat, cui nihil (teſte Xenoph.) mali poterit innaſci, ſi *R*ex imperij fundãmenta iecerit, abſtinentiã, ac moderationem, vt reſpondit Theopompus Lacedæmonum *R*ex vxori, conuitio expoſtulanti, quòd ad *R*egum licentiam frenandam, ephoros conſtituerit tribunorum ad inſtar: *Tuo facto* (inquit illa) *imminutum Imperium filiis relinques: Minus*, reſpondit ipſe, *ſed magis ſtabile*, cum ſolidiſsimũ Imperij fundamentũ ſit iuſtitia: & ſępe, qui

15

16

V Petr. Greg. de republ. lib. 7. c. 9. n. 24. Matthæus Zam. de ſucceſsione & prę rogatiuis primi Principis Franciæ, pag. 40. Camill. Borrel. de Regis cathol. præſtan. c. 57. n. 34. & ſeq.

X In lib. legis Salicæ, titu. de allode, art. 62.

Y Lib. 8. obſerua. c. 14.

Z Renatus Chopin. de demanio Gallico. lib. 3. titu. 1. n. 2. pag. 247. Cuiac. lib. 1. de feudis, tit. 1. pagin 486. E. Euguinarius Baro in comment. ad l. 2. ff. de origi. iur. circa ius Gallicum, in princip. Forcatulus in commentar. ad iura feudorum, cap. 7. nume. 1. Benedictus in cap. Rainutius, verb. Duas habens filias, num. 73. & ſequen. & verb. Vxorem, nume. 30. & verb. In eodem teſtamento relinquens, el. 1. nu me. 168. Couarru. in practi. cap. 1. num. 8. Tiraquel. de iur. primogen. quæſt. 10. num 13. Zampinus vbi ſupra verſic. Video te, pag. 26. & ſequẽ. Alexand. Raudenſ. latiſsime deciſ. Piſana, 41. per tot vbi à num. 24. decem opiniones refert, vnde dicta fuerit lex Salica. Martha de iuriſdictio. 1. par. cap. 28. nume. 31. & 32. Ioann. Ferraldus in tract. de iuribus & priuilegiis Reg. Francorum, priuilegio 20. num 44. & ſeque. Guilielm. de Montſerrat in tract. de ſucceſsio. Regni Franciæ, cap. 1 num. 33 Azor 2 par. inſtitut. Moral. lib. 11. cap. 2. verſ. Decimoquarto quæritur, pagi 1210. & ſeq Fontanella de pactis dotalibus, clauſula 3 gloſ. 3. nu. 75. fol. 28. Ioannes Igne. in repetitio. l. neceſſarios, §. non alias, 2 p n. 234. ff. ad Silania. Burg. de Paz in procem. ll. Tau. á n. 58. Carol. de Graſſal. Regal. Francię, lib. 1. iure 17. Licerier de primoge. lib. 1. q. 22. n. 4. cum ſeq.

A de Regis catho. præſtan. c. 57. n. 26. cũ ſeq. B Moli. tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſput. 23. col. 3. A.

qui nimium poteſt, vult poſſe quod non poteſt, c & magnitudo poteſtatis facillime in tyrannidem vertatur; quia (vt canebat Lucanus) d *virtus & ſumma poteſtas non coeunt.* Vnde illud vulgatum prouerbium: *Quien haze lo que quiere, no haze lo que deue.* Atque ita exceſſu poteſtatis, † quam imprudentes indies augere ſatagũt, minuitur, penitusque corrumpitur Regius principatus; neque enim, vt diuitiis, quo amplius augẽtur, eo locupletiores euadimus, ita in Regio Principatum contigit; ſed contrarium, cum ſecundum Gregorium, e ipſa regni gubernacula, erga ſubiectos, magno ſint moderamine temperanda, ne poteſtas men tem ſubripiat; tunc enim regnum bene regitur, cum regnandi gloria animo non dominatur, Principes enim felicitati frena imponentes, ſe, illam, ſubditos, facilius regunt: obliti humanitatis, & modeſtiæ, quo altius conſcendunt, grauiori caſſu præcipitant, f & Perſarum Imperium, † ea potiſsimum de cauſa, breui corruiſſe fertur, quod ablata à populo penitus libertate, dominationem ſupra modum inuexiſſent, ſed inter omnes, qui longius quàm ab initio habuerint, ſuã poteſtatem protendere curauerunt, fuerunt Imperatores Romani; quibus, ſecundum aliquos, g non tam † in principio ſuprema & abſoluta poteſtas fuit conceſſa. In cuius rei comprobationem ſolent adduci quædam verba ęneæ tabulæ, vel ſecundum alios, h marmoreæ, quam in baſylica Lateranenſi, vel in Capitolio, aiũt, reperiri, in qua poteſtas per Senatum & populum, Veſpaſiano cõceſſa, legitur deſcripta; cui reſpõdet id quod Cornelius Tacitus i tradit his verbis: *Tum Senatus omnia Principibus ſolita, Veſpaſiano decreuit.* Ex quibus comprobari videtur, legem Regiam, cuius noſter Iuriſcõſultus meminit, fuiſſe Senatuſconſultum: K nam licèt poteſtas, & maieſtas eſſet penes populum, † attamen authoritas decernendi penes Senatum remanſit. Et propterea, Tarquinum ſuperbum † quod multa prẹter authoritatẽ Senatus decerneret, tyrannum vocari cẹptum, & quod Tiberius inconſulto † Senatu CHRISTVM Dominum inter Deos referre ſtatuiſſet

C Ex Seneca in nominis ſui tragedia, Hippolytus verſu 203. Onaſandri Strategic. ad Cornel. Tacitum, lib. 1. hiſtor. pagi. 40. in fin. Guilielmus Benedict. in cap. Rainutius, verb. mortuo itaque teſtatore, el 1. n. 246.

D Lib 8, Pharſal. Benedictus in cap. Rainutius, verb. Condidit, el 1. n. 33 dete ſtam.

E Ad Recared. Regem Epiſtola relata ab Anton. Auguſtino in epitom. iuris Pontif. veteris, lib. 10. tit. 2. c. 8.

F Plato lib. 3. de legibus, Barnab. Briſoni, de Regio Perſarum principatu, lib. 1. pag. 32. in princip. Ioannes Mariana de Rege. & Regis inſtitutione, lib. 1. cap. 8. pagina 95.

G Marius Salomonius ex Anton. Vaca in ſcholio ad noſtrum fragmentum Vlpiani. Antonius Auguſtinus de legib. & S.C. de lege Regia, Ioann. Roſinus antiquirat. Roma. libro 7. cap. 12. & Georgius Fabricius antiquitatum, lib 1.

H Bozius de ſignis Eccleſiæ, li. 10. tom. 1. ſigno 42 cap. 12. pag. 817. verſic. Extat adhuc Romę, Fuluius Vrſinus in notis ad Antonium Auguſtin. vbi ſupra.

I Lib. 20. & lib. 4. hiſtoriar. refert Fuluuius Vrſinus in notis ad Antoniũ Auguſtinum de lege Regia.

K Doctores in l. non ambigitur per text. ibi, ff. de legib.

L Guillielm. Barclaius de Regno, & regali poteſtate, lib. 3, cap. 4. pag. 125. & 126.

ſtatuiſſet, m Senatus ſacrorum arbiter recuſauit, quod diuina ordinatione factum credo. *Cum nulla conuentio Chriſti ad Belial, nec in eodem templo Arca Dei & Idolum Dagon ſtare poſſent*: Ideoque ſemper dicebatur S.P.Q.R. & ita inquit Suetonius, *Quod Caligula vrbem ingreſſo, conſenſu Senatus, & irrumpentis in curiam turbæ, ius, arbitriumq; omnium rerum permiſſum eſt.* n Sed non æque in omnes
23 Imperatores translata fuit poteſtas, † neque vna ſemper extitit lex Regia: ſed quo quiſq; die Imperator à militibus ſalutabatur, & in caſtris acclamabatur, apud Senatum, quando in Vrbe titulo Imperatoris ornari decernebatur à patribus, ſiue ei Imperium ciuile, ſiue militare deferreretur, o lex Regia recitari ſolebat, & curia
24 tis comitijs promulgari. Quæ primo, † in eunte Regnũ Romulo, de vnius Imperio lata, ſimulq; cum Vrbe nata fuit. Quo tẽpore (vt inquit I.C. Pomponius) p omnia manu Regis, Curiatis Comitijs creati, gubernabantur: tamen ipſi Reges, vt populum deuincirent, & cum eius ſpontanea voluntate facilius imperarent, aliqua, quę ſupremæ poteſtatis erant, populo communicauerunt, vt feciſſe fertur q Romulus tria plebi concedens, ſcilicet, magiſtratus creare, leges ſancire, de bello, referente Rege, decernere: quæ multis poſt Romulum annis fuiſſe relicta, populoq; conſeruata teſtatur Polibius, dum ſcribit, quę ſuo tempore eſſet populi Romani poteſtas. Hoc
25 ius illi cœpit † Iulius Cęſar eripere, r ſopitaque populi Romani libertate, quę pluſquam annis quingentis floruerat, diui Auguſti temporibus, ac Tiberij dominatu, (qui legibus ſoluti fuerunt) recitata fuit lex Regia, ſubtiliuſq;, ac copioſiuſquã antea præſcripta, ſ quia ex prouincijs aliæ † Cæſaris erant, t aliæ Senatus; ferociores
26 quidem, agreſtioreſq; prouincias, quæ ſine manu militum, annuis magiſtratibus adminiſtrari ſine fraude, atque periculo non poterant, Cęſar in ſua poteſtate retinuit: pacatiores vero, quæ citra arma regi ſolis legibus poterant, reliquit Senatui populoque Romano; verbo, vt publicæ rei munera, quæ grauiora eſſent, ipſe ſolus ſubire videretur, re vero, vt arma ſolus haberet; ſed in vrbe ab Auguſto reuocata eſt poteſtas creandorum magiſtratuum

M Auctarium aphoriſmorum politicorum de repub. inſtituenda, lib. 2. cap. 11. num. 2. ſed aliam cauſam aſsignat Benedictus in c. Rainutius, verb. mortuo itaq; teſtatore, el 1. num. 246. & aliam ego ex Epiſt. B. Ioan. cap. 2. & 1. Reg. 5.

N Ayala de iure belli, & diſciplina militari, cap. 8. num. 22.

O Roſinus antiquit. Roman. lib. 6. cap. 3. pag. 243 F. & lib. 10. cap. 6. pag. 449. A. Sigonius de antiquo iure ciuium Romano. lib. 1. cap. 21. & de antiquo iure prouinciarum lib. 3. c. 4.

P In l. 2. in prin. ff. de origine iur. Alciat. in lib. de magiſtra. ciuil. col. 5. fol. mihi 467.

Q Apud Dionyſium Halicarnaſ. antiquitat. Romana. lib. 2 4 & 6. Borrellus de Regis catholi præſtantia, cap. 21. num. 3. & 7.

R Vt refert Sueton. Trãquil. in eius vita, cap. 14. & Roſinus vbi ſup. c. 12. lib. 7.

S Bobadilla in politica lib. 1. cap. 2, numer. 14. l. Dueñas de iuriſdictione, & Imperio, lib. 1. titu. 1. num. 10.

T Teophilus in §. per traditionem inſtituta, de rerum diuiſione, Quintana Dueñas de iuriſdictione & imperio, lib. 1. tit. 1. num. 10.

tuum ad Principem, atque ita eius † tempore lex Iulia de ambitu *u* cessauit, in quem, populi consensu omne ius belli, & pacis translatum est: ita vt sola eius authoritate liceret bellum decernere, & pacem inire *x*. Vnde merito dicebat Sigonius *y* Sylla dominante, libertatem Romanam concussam, Cęsare vero Regente, labefactatam, Augusto demum imperante, funditus euersam fuisse, qui vt Regiam potestatem leniret, † atque tantisper occultaret, Imperator maluit, quam Rex appellari, maxime cum Iulij Cęsaris, auunculi, & adoptiui patris, in senatu necati, exitu terreretur, sed astute simulans se dubitare, an tantam Regni molem recusaret, à senatu populoq; identidem rogatus, Principatum accepit, vt refert Dioncassius, *z* & tradit Ouidius *a* his verbis.

Nam patris Augusti docui mortale fuisse
Corpus, in æthereas, numen abisse domos.
Esse parem virtute patri, qui frena rogatus
Sæpe recusari, cæperit imperij.

In quem licet populus lege Regia (de qua noster I. C.) omnem suam potestatem contulerit, nihil penes se reseruans pristinæ dignitatis, nec frustulum quidem, tamẽ legum ferendarum † potestas paulatim populo adempta est, ita vt nec Augustus sine consensu populi leges tulerit, & senatui authoritas leges † condendi manserit; sed hoc eius beneficio permissum. Postquam enim radix totius Imperij Principis genio adhæsit, ramos quosdã administrationis vicissim ijs cõmunicauit, à quibus acceperat ius eximiũ, & cũ soli Principi, lege Regia, fas esset cõdere legẽ, solis instar, alijs lucẽ suã impertiuit, eãdẽ penitus retinẽs penes se, vt patet in † iurisdictione *b* ordinarijs iudicibus cõcessa, quã suã dicũt, sed penes Principẽ supremũ nihilomin⁹ residẽtẽ. Quæ lex Regia *c* nõ pro futuris omnibus Cæsaribus ab initio lata fuit, imo diu obseruatum, vt quoquisq; die, successores demortuorũ imperiũ accipiebant, recitari soleret; & ideo † Alexãder *d* eã legẽ imperij appellauit. Quod enim tradit Corrasius *e*, authoritate I. C. Arcadij, *f* Mariũ salamoniũ annotãs, non cõprobatur ex illius I. C. respõso, cũ (si fidẽ Pandectarũ Florẽtinarũ sequamur) nõ dixit Arcadius, regimẽ Reipub. ad Imperatores perpetuo trãslatũ, sed ad Imperatores perpetuos, ad differẽtiã dictatorũ, qui ad semestre *g* tem

pus

V l. 1. ff. ad l. Iul. de ambitu, Menoch. de arbitrarijs centur. 5. casu 401. nu. 13. & 14. Onuphrius Panuinius de ciuitate Romana. pag. 295.

X l. 3. §. 1. ff. ad l. Iul. maiesta. l. conuentionum, ff. de pactis.

Y Lib. 1. de antiquo iur. ciui. Romanorum. c. 6.

Z Lib. 53. Forcatulus in l. ex hoc iure. numer. 10. cum seq. ff. de iust. & iure.

A Lib. 4. de Ponto, elegia. 13.

B l. more, ff. de iurisdict. omni. iudic. Forcatulus vbi sup. nu. 12.

C Couarru. practica. c. 1. num. 3. & alij relati per Bobadillam vbi sup. lib. 1. cap. 2. num. 15. A. fol. 28. & lib. 3. cap. 8. n 152 D.

D In l. ex imperfecto, C. de testament.

E In suis miscelaneis iuris ciuilis, lib. 6. c. 8.

F In l. vni. ff. de offic. Prefect. Prætor.

G l. 2. §. populo deinde aucto. ff. de origine iur. Tiraquel. de iure primog. q. 4. num. 28. & 29. Forcatul. in inscriptione digestorum, num. 8. Ayala de iure belli & disciplina milita. lib. 2. cap. 3. num. 2 & 3.

pus constituebantur, intra quod summum eis ius, summaquè authoritas in repub. fuit, & comprobatur, quia
33 apud Romanos † summi magistratus, Imperatores fuere appellati, & summa potestas, merum imperium. Vel secundo potest dici, quod appellat Imperatores perpetuos, *h* ad differentiam eorum, qui in decēnium tantum eligebantur, licet finito decēnio, iterum in aliud decēnium soleret prorogatio fieri. Multo minus conuincit
34 † authoritas Iustiniani, *i* vocantis legē Regiā, qua omne ius, omnisque potestas in Imperatoriam maiestatem translata fuit, legem antiquam; quia & quęlibet lex, ante se lata, ad differentiam nouarum constitutionum, à se editarum, potuit merito antiqua appellari: at tamen illa lex Regia, de qua noster I.C. lata fuit, cum iam diu populus Romanus iugum seruitutis assueuerit ferre, quasi pertęsus fluctus partium, & turbarum, quæ inter ciues excitabantur, contentione dominandi, & ambitu, maluit pati, quod emendare non poterat, ac legis Regiæ titulo contegere, prudenter decreuit: cum iam sua potestate, magno suo dolore spoliatum cerneret. *k*
35 Et licet consulatus † prorsus non cessauerit, tamen sub Imperatorum manu subiectus, vix pristinæ auctoritatis vmbram retinuit: sed hoc credendum est, ordinatione
36 † diuina factum, *l* vt quęmadmodum in humanis, monarchiā & vnius supremi Principis imperium incipiebat agnoscere, ita & in diuinis, vnum eo tempore natū fuisse summum Sacerdotem, vnius veri Dei filium, & in spiritualibus, & Ecclesiasticis Monarchiam oriri intelligeret; *m* & quemadmodum tamdiu vrbs Romana seruata fuit, vt totius orbis haberet imperium, in pręmium maximarū virtutum, quibus cęteris omnibus gentibus prę excellebat, *n* ita vt, ad cōstituendū eius imperium, quasi cōtendētes inter se, virtus, & fortuna, fœdere pacis æternæ conuenerint, vt merito ei fuerit dictū: *Quod regnas minus est, quam quod regnare mereris, excedis factis grandia fata tuis.* Ita & ab eius Deo tutelari salutis publicæ apud Gentiles authorē fuisse seruatam incolumem, vt in diuinarum rerum administratione caput *o* esset supremū,

& quæ-

H Tacitus lib. 3. annal. Apianus in prohem. histor. Roman. Zonor. 2. tom. in vita Octauiani. Dion Cassius lib. 52. Petrus Grego. in sintagma iur. 3. par. li. 47. cap. 20. num. 4. Bobadilla lib. 2. cap. 16. num. 4. Couarru. practica. quæstio. cap. 1. num. 3. pag. 5. colu. 1. Lelius Zechius de Principe, lib. 1. cap. 2. num. 6.

I l. 1. §. sed & hoc studiosum. C. de veter. iur. enucleando.

K Dion Cassius lib. 53. Conan. lib. 1. commentar. iur. ciuil. cap. 16. num. 2. in fin. pag. 100. Iustus Lipsius ciuilis doctrinæ. lib. 1 cap. 4. in fine, Seneca epistola 18.

L Purpurat. in l. 1. n. 370 ff. de offic. eius cui mandata est iurisdict.

M Belarmin. tom. 1. controuers. Christian. fidei. controuer. 3. de Roman. Pont. lib. 1. cap. 5. 6. & 9. cum seq. D. Thom. in 4. contra gentes. cap. 76. Pinel. in l. 1. 3 par. num. 16. in fin. C. de bon. matern. Nauarr. in cap. nouit. 3. notab. num. 140. de iudic. Ioan. Lupus de iusta retentione Regni Nauarræ, 6. par. §. 3. ad fin. glos. in cap. non autem. 7. q. 1.

N D. August. lib. 5. de ciuitat. Dei, cap. 12. & 15. Couar. in regul. peccatum 2. par. §. 9. num. 5. vers. 3. pluribus ex ornat Iustus Lipsius de magnitudine Romana, lib. 4. cap. 1 & 3 cum duob. seq: Ioannes Lorinus in commenta. in Acta Apostol. cap. 2. vers. 10. pag. 102. col. 2. vers. nihil cęlebrius.

O Cap. fin. de foro compet. l. Roma. ff. ad municipalem, Alciatus lib. 2. dispunctionum, cap. 21. Quintilianus Mandosius regu. cancellari, 20. quæst. 10. num. 2.

& quæmadmodum eo tempore ſedes habentis ſupremam in temporalibus poteſtatem conſtituebatur, etiam habentis pariter in ſpiritualibus ſupremam poteſtatem ſedes eſſet perpetua: p Et ideo vrbem æternam, † ab antiquis Imperatoribus appellatam fuiſſe, multi tradiderunt, q pro quo notabili, & latenti myſterio interpretãdę † ſunt illę quatuor literę antiquiſſimę, & notiſſimę apud Romanos. S. P. Q. R. quas Sybilla Cumana, præmiſſo crucis ſigno, poſſuit in principio librorum, quos ab ea magno pretio cõparauit Tarquini⁹ Priſcus, r omiſſo illo vulgato, communiq; ſenſu, quo inclyta, domina trixquè Roma Sabinis, ſeu Syrijs populis, qui quaſi interrogantes arroganter nimis, illis quatuor literis in ſuis vexillis vtebantur, ſignificando, Sabinis, (vel) vt alij volunt ſ Syrijs populis quis reſiſtet? Reſpondit; Senatus populusquè Romanus, ſed verius exiſtimo, quaſi quodam modo prophetico, deprecari Redemptorem noſtrum dicens, ſalua populum quem redemiſti; cum ſæpe animaduerſum ſit, Sybillas de Chriſto Domino prophetaſſe; t vel ſuper Patriarchas quatuor, Roman⁹. Vnde merito, *Roma Petri ſedes, quæ Paſtoralis honoris, facta caput mundo, quidquid non poßidet armis, religione tenet.* Et hac de cauſa verus Deus eius curam, & tutellam ſuſcepit, eorũ què Deus tutellaris extitit, † eiſdem innominatus, & ignotus, u quouſquè à Petro, † ſedem in ea conſtituente, totius Eccleſiæ Catholicę, Chriſtianiq; ouilis ſupremo Præſule, & à Paulo, prædicatione, & literis notus per fidem redditus eſt, & nominatus: quorum preſentia, atq; venerando triumpho, illam cęteris omnibus vrbibus in vniuerſo mundo (vt inquit Gelaſius) x prætulerunt vt merito poſſimus canere cum Poeta. y

37 38 40 41

P Cap. per venerabilem, §. ſane, qui filij ſint legitimi, c. futuram, c. rogamus, 24. q. 1. c. 1. 12. q. 1. Palac. Rubi. de iuſta retentione Regni Nauarræ, 2. p. §. 41. Rodulphus Cupers in cõment. ad c. oportebat, 79. diſt. art. 5. incipit Papa Romæ, per tot. & num. 14. & alio art. 5. incipit, Diuo Petro, num. 10. pag. 142. Belarmin. tom. 1. de controu. Chriſtian. fidei, controuer. generali. 3. lib. 4. cap. 4. verſ. Secundo, pag. 743. Bozius de ſignis Eccleſiæ. tom. 2. par. 2. lib. 17. ſigno. 78. c. 6. pag. 417.

Q Albanus in tract. de poteſta. Papę, & Concilij, p. 1. num. 72. Archidia in c. fundamenta, num. 12. de electio. in 6. Iacobatius in tract. de concilio. lib. 8 art. 6. num. 25. Dionyſius Paulus Lopis in tractatu de vera quatuor Patriarchalium erectione, cap. 12 num. 55. & 56. Antonius Poſſeuinus in cautione ad libros Bodini de republica, p. 118. ex Sancto Leone, & noſtri conciues Michael de Aniñon, in tract. de vnitate ouilis & paſtoris, c. 18. & Cenedo 1. p. collect. 11. nu. 4. ad c. rogamus 24 q. 2. l. 1. C. de ſuarijs, lib. 11.

R Aulus Gelius lib. 1. noctiumaticarum, c. 19. Ludouicus Gom. in repetit. cap. 1. num. 48. de conſtitutio in 6.

S Tiraqu. in l. connubiali 13. nu. 2. Noſter Ioannes Coſta, en ſu Ciudadano, tract. 3 dialogo 3.

Omnia

T Sixtus Seneñſis in Bibliotheca ſancta, lib. 2. verſ. Sybillarum oracula, & ex D. Thoma. refert Paulus Gryſaldus in deciſ. catholicæ fidei, verb. Sybilla, & Dionyſius Paulus Lopis vbi ſup. c. 18. 2 nu. 55.

V Macrobius Saturnali lib. 3. cap. 9. pag. 442. Lugduni 1585. Briſonius libro 1. de formulis, pag. 56. verſ. & cum tutellares. Roſinus antiquitat. Rom. lib. 10. cap. 18. Plutarchus tomo 1. moralium probiemate 61. pag. 581. ad quod ponderabam illud Pſalmi 75. Notus in Iudea Deus, in Iſrael magnum nomen eius, quaſi ante aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti gentibus per fidem ignotus, & innominatus, & ideo dixit Dominus de B. Paulo, Actor. Apoſto. cap. 9. Vas electionis eſt. mihi iſte vt portet nomen meum coram gentibus, & cap. 23 vbi, Sicut enim teſtificatus es de me in Ieruſalem, ſic te oportet, & Romę teſtificari.

X Relatus à Couar. lib. 4. variar. cap. 14. pag. 907.

Omnia Romanæ cedant miracula terræ,
Natura hic posuit, quidquid vbiquê fuit.

Sic & Paulus Athenienſibus, z quis eſſet Deus ignotus, & innominatus, quem colebant, declarauit, & Beatus Iacobus noſtris Celtiberis, qui etiã Deum ignotum coluere *a*. Quicquid multi tantæ felicitatis inuidi negent B. Iacobum in Hiſpaniam migraſſe, ex epiſtola miſſa à Gregorio, Epiſcopis, & Regibus Hiſpanię: *b* & hãc exiſtimo fuiſſe veram rationẽ, quare Romani ſuos Deos tutellares † ignotos, & inominatos haberent; non illam quam tradunt ſcriptores antiquitatũ Romanarũ, quia Dij tutellares † Gentium præcipue tres, *c* ſed in his tribus vnus erat Vrbis tutor, quem *Nefas* erat nominare, ſibi Dæmon arrogans, quod Dei nomini dandum erat: ſicut cultum, quem Angelo ſuo tutellari ſingulis annis, menſe Septembris Ciuitas † Cæſarauguſtana exhibere ſolet, ante fidem Chriſti ſuſceptam, Dæmoni ſub Genij nomine tribuebat; vt oſtendit † quoddam monumentum nuperrime in Tarraconenſi ciuitate repertum, cuiuſdam marmorei cippi, in quo ita literis grandibus legebatur. GENIO CONVENTVS CÆSARAVG. Atque ita ex Ioſepho tradit B. Hieronymus *d*, quod tempore, quo Chriſtus crucifixus fuit, ex aditis templi eruperunt voces dicentium, tranſmigremus ex his ſedibus. Vltimo cauendum eſt à Simone ſchardo, *e* exiſtimante huius legis Regiæ eſſe vnum caput illud, cuius meminit Martianus † I.C. in titulo de mortuo inferendo, *f* quod videtur ridiculũ; licet illius legis authorem difficile ſit nominare; niſi dicamus, alicuius legis Romuli, aut eius ſucceſſoris, Numæ Pompilij, qui diuini apud Romanos iuris conditor creditus eſt, & legem poſthumiam, de ſepulchrorum iure, & ſumptibus funerum tulit;

41 42 43 44 45 46

z Actuum Apoſt cap. 17 Cęſar Baro. tom. 1. annal. anno 52. pa. 386. & 387. Sixtus Senenſis lib. 2. Bibliothe. ſanctę. verſ. Aræ Athenienſium, p. 59. Cęlius Rodigin. lect. antiqu. lib. 22. cap. 2. Moya en la Filoſophia ſecreta. lib. 1. cap. 8. Ioan. de Torres en la Filoſophia moral, lib. 12. cap. 2. col. 6. Pineda en la agricultura Chriſtiana, dialog. 5. §. 35. gloſ. magiſter, in c. turbat. 37. diſt. P. Marquez en ſu Gouernador Chriſtiano, lib. 2. cap. 32. pag. 346. col. 2. Conſtituens diſcrimen inter Deum ignotum, ſeu innominatum, & incertum, ex Tertuliano lib. 1. contra Marcion. cap. 9. & B. Auguſtin. lib. 3. de ciuitate Dei, cap. 12. & lib. 1. de conſen. Euangel. cap. 29. & 30.

A Alex. ab Alex. dierum genial. lib. 6. cap. 26. Celtiberi cuipiã Deo vbi an notatio Tiraqu. pa. 1007. Fra. Iuan dela Puente en ſu conueniencia de las dos monarquias, lib. 3. c. 13. §. 2. & 3 pag. 87. cum ſeq. Ioannes Lorinus in comment. in Acta Apoſtolorum, c. 17. verſ. 23. pag. 726. colum. 1. in prin. ex Strabone.

B Habetur apud Anton. Auguſtin. tom. 2. epitome iuris canonici, lib. 19. tit. 16. cap. 2 pag. 179. eſt epiſtol. 64. lib. 1. regiſt. & 1. par. epitome, lib. 1. tit. 11. cap. 2. ex cõcil. Trosleian. cap. 15. Garcia de Loayſa in colect. concil. Hiſpan. pag. 290. & ſeq. Ioannes Lorinus in comment. in Acta Apoſtol. cap. 12. verſ. 2. pag. 536. verſ. Iam vero Iacobus. Martyrolog. Rom. 15. Maij, vbi meminit ſeptem Conuerſorum qui Romæ à ſanctis Apoſtolis Epiſcopi ordinati, & ad prędicandum verbum Dei in Hiſpanias directi ſunt vbi additio Cæſaris Baronij cui eleganter ſatisfacit reſponſum D. Ioannis Velaſco Comitis Stabilis Caſtellæ.

D Lib. 11. Epiſtol. Petrus Erodius rerum iudicat, lib. 1. tit. 2. cap. 6.

E In ſuo Lexicon iuris, verbo Regia lex.

F lege 2.

tulit; g de qua Marcellus antea disputarat, partem fuisse, Regiam appellatam, quod à Rege fuerit lata, h præsertim cum illa lex ad sacra pertineret, de quibus, quæ leges à Numa Pompilio constitutæ fuerant, semper obseruatas fuisse, plurium authoritate tradit B. Augustinus, i vel quod omnes leges, à Regibus latę, ex quibus ius Papirianum colectũ fuit, Regiæ solerent appellari. K

G Stephanus Viuandus Pighius in annal. lib. 1. pag. 34. vers. Legem postumiam.

H Berrutius in indice legum Rom. de lege Regia, & super eadem lege annotauit Anton. Augustin. & Ioan. Rosin. antiquita. Rom lib. 8. cap. 5. p. 329. A. Angelus Matheacius de via & rat ione iur. lib. 1. cap. 31. num. 16. Tiber. Decian. tract. criminal. tom. 1. lib. 2. cap. 25. num. 2.

I De ciuitate Dei, lib. 2. cap. 16. Onuphrius Panuinius de ciuitate Roma. pag. 32. Stephanus Vinandus vbi supra.

k l. 2. ff. de origine iuris, Ioannes Azor institutio. moralium 1. par. lib. 6. cap. 62. pag. 608. vbi legum Regiarum enumerat duodecim capita inter quæ est illud, cuius meminit Pomponius I.C. in l. fin. de rerum diuisio.

§. Quartus.

Monarchicus Magistratus vnde fluxerit, & in Aragonia quomodo, & qualis in suos Reges lege Regia translatus.

Regnum Aragonum ab electione ortum fuit. 1.

Imperatoris nomen an olim fuerit inferius quã Regis. 2.

Reges nostri quare Aragonum, & non Aragoniæ soleant appellari. 3.

Regnum Aragonum iure sanguinis defertur. 4

Regni successio per electionem, licet sit natura prior, sed iure sanguinis est melior. 5.

Regnum Castellæ, & Legionis, an electione, an iure sanguinis fuerit in principio delatum, 6.

Apud Gothos an deferretur Regnum electione, vel iure sanguinis. 7.

Monarchia aliquando cœpit à violenta tyranni ocupatione, & consensu populi superuenientę iusta redditur, 8.

Monarchicum regimen licet sit excellentius, tamen regimen mixtum est vtilius. 9.

Primus Rex Aragonum quare Ramirus vocatus, 10.

Regum Aragonum maiestas non minuitur, quod non possint nisi de consensu populi leges ferre, & quare, 11. 13.

Rom. Pont. in arduis, an teneatur Consilium Cardinalium accipere, vel sequi, 12.

A lege Regia originem ducit consuetudo condendi leges per Reges Aragonum, cum consensu populi, 14.

Ablatiuus absolutus conditionem importat, & formam inducit. 15.

Consuetudinem moribus confirmatam difficillimum est destruere, maxime si à lege Regia prouenire coniectura sit, 16.

Ante annum 1592. *vnius dissensus legem ferre impediebat.* 17.

An sit melius à Regum absoluto imperio gubernari, quam à tyrannide legis. 18.

Epikeya quid sit, & cui maxime conueniat, 19.

Legum perpetuitas an sit vtilis Reipublicæ, 20

Redditur ratio fori Tirasonæ. sub tit. que en Cortes la mayor parte de cada Braço, haga Braço, 21. 22.

D. Andręas de Cabrera & Bouadilla Archiepiscopus Cæsaraug. & nomine Regis in Curijs Tirasonæ celebratis Præses, ibi defunctus fuit, 23.

Quando ex legibus latis omnibus vt singulis

ius

Ius competit, ad earum derogationem omnium consensus est necessarius, 24.
Rex & Regnum in Curiis vnum corpus constituunt, 25.
Regnum representatur per quatuor brachia, & quomodo in hoc, populo Romano in Curiis congregato assimiletur. 26.
Brachium ecclesiasticum præstans consensum legibus ferēdis solet protestari, dummodo non statuatur aliquid contra libertatem ecclesiasticam, 27.
Clerici fororum vinculis ligantur, & quare, 28

§. Quartus.

POtestas suprema cuiusque Principis aliquando cepit ab electione ipsiusmet populi, *a* & tunc Principatus dicitur iustus: qualis est regū † Aragonensium, qui
1 primo Enecho Aristæ, beneficio militum, traditur cōcessus, non ciuitatum, quæ nullæ fere eo tempore citra Pirinæum institutæ, aut à fidelibus prędomitæ erāt, sed militari coucursu, atque consensu ad eum delatum est Imperiū, vt certo iure, ac legibus militaribus, & ciuilibus in Maurorum perniciem sub vnius potestate cōuenirēt,
2 isque, ante regiæ dignitatis adeptionem, militariū copiarum ductor, atq; Imperator extitit, *b* quod nomen † apud antiquos inferius fuit dignitate regia, *c* non tamē, nisi insigniter strenuis, decernebatur; postea verò é dignitate imperatoria, rebus prędare gestis, ad regnū meritò accersitus apparet: vt cui summa totius belli omniū voluntate deferretur, is regnum iure obtineret, tāquam princeps, rectorq; populorum, subditorumq; caput, &
3 prędes: & ideo † non Aragoniæ, sed Aragonū Reges fuerunt appellati, quod non Dominatum, sed Principatum instituerint (& falso quidam neotericus *d* nouissime scripsit à Philippo Rege nostro, moderatissimum Principatum Aragonum, ad dominatum redactum), vt de antiquis Cantabris, post Andræam Poça *e* tradit Gutierrez: *f* bene namque gerendę rei, vt fertur, & iustitię foueędæ causa, bene morati Reges olim cognominati sunt.
4 & cōstituti, *g* à quibus postea, † iure sanguinis, fuit regnum

A Couarru. practi. quæst. c. 1. n. 4. versic, Reges vero. Mieres de maiora. 4. p. q. 1. n. 46. fol. 404. Bobadilla in sua polit. lib. 2. c. 16 n. 1. ibi, Eligido por elpueblo. Villadiego in prologo del fuero juzgo, l. 2. glos. 2 n. 5. & 6. Georgius Cabedo 1. p. decis. 8. n. 2. Leli. Zechi. de Principe, lib. 1. c. 3. n. 1.

B Ioan. Lup. de iusta retentione Regni Nauarrę 6. p. §. 10. Hiero. Zurita in indice rerum gestarū ab Aragoniæ Regibus lib. 1. fol. 10. Tapia de vera hominis nobilitate, pa. 188. colu. 1. versic. Atque his nimirum. & colu. 2. versic. Hanc ob causam, pa. 189. versic. Relinquitur ergo. Borrel. de Regis catholici præstantia, c. 46. nu. 53 & 56, Barnab. Brisonius de formulis lib. 4. p. 393. versic. vicisim etiam.

C Petr. Greg. sintagm. iuris vniuersi, 3. par. lib. 47. c. 20. n. 3. Alex. ab Alexan. dier. genial. lib. 1. cap. 2. pag. 5. versic. Nomen vero Imperatoris. vbi schoIi. Andr. Tiraq.

D Additionator ad auctarium aphorismor. politicorum in disquisitio. polit. c. 5. q. 11. p. 115.

E In suo libel. del antigo leguaje de España, c. 17. folio 57. colu. 1. & 2.

F lib. 3. practicar. quæsti. q. 17. à num. 23. & 25. cū seq. 34 212. & seq. 219. sed ibidem 218. caute legendus est, dum Aragonius, Castellani imperij ditionem esse dixit, cum hæc regna æque principaliter sint vnita, nec vnum alteri subsit. Rebuf. i procem. concordatorum, verb. Francorum. fol. 4.

G B. Augustin. post Trogum Pompeium, & Iustinum, lib. 4. de Ciuita. Dei cap. 6. ex Cicerone 2. officiorum; Iustus Lipsi. ciuilis doctrinæ, lib. 2. cap. 11. Guiliel. Benedict. in c. Rainutius, verb. Condidit, el 1. num. 34. in fin. versic. Propter quos. & num. 35. cum seq.

num delatũ,seu deriuatum,[h] quorum nos vassalli naturales appellamur,cosque nostros dominos,ac Reges naturales,merito dicimus: [i] & licèt modus succedẽdi per electionem † sit natura prior,secundus vero iure genti litatis,& sanguinis est longe melior,& receptior, quia minori Reipublicæ discrimine sumitur Princeps,quam quæritur, [k] sed aliqui volunt, ante Ramirum Primum, Sanctij Maioris filium, non bastardum (vt Rodericus nominat)sed ex prima vxore,Caya nomine, susceptum, neminẽ Aragonum Regem,sed tantum Suprarbij fuisse appellatum. [l] Dicitur quoque eadem ratione principatus Regis † Castellæ, & Legionis iustus, cum Pelagius à populis christianorum,qui in Asturiis latitabant, apud quos ius eligendi Regem residebat, fuerit electus; [m],licèt Rodericus Sanctius, [n] contendat,tanquam proximiorem consanguineum infelicis Roderici, vltimi Gothorum Regis, iure sanguinis, non electione fuisse ei regnum delatum, ita vt fuerit potius quædam iuris continuatio, quam noui dominij, & Principatus assumptio, immemor, apud Gothos, † non sanguine, sed electione solere regnum deferri: [o] licet sæpè dignum Imperio filium, etiam viuente patre, in sedem regni collocare, mos illisfuerit: vt constat ex oratione habita à Receswintho anno Domini 655. in octauo Concilio Toletano prouinciali, tempore Eugenij Papæ Primi. [p] Qui monarchicus principatus, nõ semper à voluntate ciuium, sed etiam aliquando † â violenta tyranni occupatione exordium capere solet, [q] vt illa, omnium prima monarchia Nini, Assyriorum Regis, quæ ex tyrannide cępisse fertur:sed cum postea illius tyranni successores,populum optimè, ac iustè gubernent, ac regant:eiusdem populi consensu, cursu tẽporis reducitur illius regiminis status [r] (licet difficile)ad monarchiã perfectam,quę volũtario subditorum consensu

5 6 7 8

H Aluarez Guerrero in Speculo iuris,cap. 31.nume.15. Villadiego in prolog.del Fuero juzgo, l.2. glos.2 num.7.

I Marcus Antonius Camos in microcosmia,1.p. dialog. 5. fol. 40. col.2

k Pluribus authoritatibus & exemplis comprobat Ioann.Cokier in the sauro aphorismorum politicor.lib.1. c.2. per tot. Portol. in scholiis adMol. verb.Rex, n.7.& 9.

L Rodericus Sancius hist or.Hispan. 1.par.cap.12, &113. Hieronymus Zurita lib.1.annal cap.13. pagi.17.colum.3 in princi. & cap.14.fol.18.colu.4.

M Couarru.pract quæst. c.1.Ferdinand.Vasqui. cõtrouers.illust.lib.1.c.2.n.16.& 20 & cap.43.col. 2. Garcia de nobilita.in præfatio.n.6 quibus addeAnto.Gouean,lib.2.cap.30. Orosci. in l.ex hoc iure, n.12.ff de iusti.&iur.Corras.in l.in summa,n.12.ff. de rerum.diuis. Corduba de Lara in repetitio. l.si quis à liberis. in princip. n.54.ff.de liberis agnoscendis. Quintana Dueñas de iurisdictione & imperio,lib.2.titu.1.num.17. &seq.pag.246.Valdes de dignitate Regum Hispaniæ,cap.14.n.17.

N Vbi sup.3.p.c.1.Gutie. lib.3.practic.quæst.q.13. n.63.& 64.

O Anton.August.in epitom.iur.Pontif veter.lib. 10.tit.8:communia de regib.cap.4.& 6 pag. 607. ex Conci.Tolet.5.c.3.& Tolet.6.c.17.& Tolet.8. c.10.Villadiego in prolo. Fori antiqui Gothorũ, l.2.glos.2.n.5.Couar.c.1.pract.n.7.Moli.de primog.lib.1.c.2.s.12.D.Garcia de Loaysa in collect. Cõcil.Hispa.in notis ad c.10.Conci.Tole.9.fol.475.Morales.3.p.histor.lib.13.c.6.Garcia de expens.c.16. n.17.Valdes de dignita.Reg.Hispa.c.14.n.16.Martinez á Villar in append.de innata fidelitate Regni Aragonũ in princ.p.92.

P Habetur vol.3.concilior.p.185.col.1.ibi,Etsi summus anthor rex me diuę memoriæ Dñi,&genitoris mei tẽporibus in regni sedẽ subuexit,&c.

Q Belarm.tom.1.controuer. gener.5.lib.3.c.2.versi.quartũ,pag.1315.&c.6.versi.Addo,2.pa.1322.&versi.Adde tamen,p.1323.

R c.principatus,2.q.1.

ſenſu ſolet concedi, & magis pro animi ſententia regi, ac gubernari, quam timore, & violentia. Qui monarchi
9 cus principatus, licet in ſe ſit cæteris † omnibus excellentior, tamen ex imperfectione, & imbecillitate hominum, qui cupiunt imperij eſſe participes, regimẽ mixtum vtilius eſt; ſ in quo, dum Princeps leges condere vult. aliavè ardua in Reipublicę vtilitatem expedire, ab optimatibus populi ſententiam petit, cum ijsque de rebus publicis conſultat, & decernit. Et ideo Ariſtoteles, & alij tradiderunt, Ariſtocratiam, rectè inſtitutam, præexcellere regiæ poteſtati, ac monarchiæ, quæ mera & abſoluta ſit: cum, quemadmodum conſtricto legibus principatu nihil eſt melius; ita ſoluto nulla peſtis grauior. Et ideo noſtri maiores, vt magis perpetuam, ac diuturniorem monarchiam principum ſuorum conſtituerent, ſanctioremque, ac beatiorem redderent, curarunt (Romulum imitati) prius legibus, quàm mœnibus regnũ, quod erigere decreuerũt munire: ſtatuentes; ne incõſulto populo, qui in quatuor Regni ſtamentis (quæ vulgõ, t brachia, dicuntur) repreſentatur, u eas mutare, vel alias, pro temporum diuerſitate, de nouo fere,
10 re, ſolis Regibus liceret. Et ideo † primus Aragonum Rex fuit vocatus Ramirus, vel iuxta Germanorum genuinam pronunciationem, Reychmayr, quod nomen cymbricum eſt, Principem, diuitem, & beneconſultum ſignificans, x non quod conſiliis populi voluerint Regem, vt imperatum, regi: ſed tantùm, vt melius imperaret, dirigi. y Ex quo eius ſumma, & ampliſsima poteſtas
11 † non minuitur. z Et comprobari poteſt exemplo Principatus Auguſti, Traiani, Alexandri, Theodoſij, & aliorum, qui nullas leges generales â ſe conſtitutas, ratas voluere, niſi Senatuſconſultis confirmatas, & feliciſima id circo Imperia geſſere. 1 * Quod conſilium, pro ferendis legibus, peti debet, de benignitate, & æquitate in aliis prouinciis, 2 * in quibus populus Principi, & in Principem ſimpliciter, & abſolutè, & pure, nihil penes ſe de regalibus reſeruans, omnem ſuam poteſtatem, lege regia, tranſtulit: & ideo in illis neque

S Caietan. in 1. 2. S. Tho. q. 96. art. 1. quem ibidem ſequitur Bartholomæus de Medina. & D. Thom. 1. 2. q. 95. atticu. 4. Ayala de iur. belli & diſcipli. milita. lib. 2 cap. 3 num. 5. Belarminius tom. 1. contro uerſia. generali. 3. lib. 1. de Summo Pontif. cap. 3. pagi. 465.

T Marcus Antonius Camos in microcoſmia, 2 p. dialog. 12. pagi. 140. colum. 2.

V Hieronym. de Blancas in commentar. Aragonéſ. rerum, titu. de comitiis Aragonum, verſic. In comitiis enim. pag. 375. Ioã nes Maria. de Rege & regis inſtitutione, lib. 1. c. 8 pag. 96.

X Andr. Poza de priſca Hiſpanorũ lingua. pa. 69. verſic. de iſtius nationis. Vvelfang. Lazius de aliquot gentium migrationibus, lib. 10. de Gothis, pag. 731. verſi. Raimirus.

Y Paleotus de conſultatio. p. 1. q. 2. in fin.

Z Paleotus vbi proxime 1. par. q. 3. art. 5. ad finem, verſic. Quare nihil de ſumma Auctariũ aphoriſmorũ politicor. de Republ. inſtituenda, lib. 2. cap. 7. n. 4 ibi, Nec minuit hoc maieſtatem Principis.

1 * Suet. in Auguſt. Plin. in panegyr. ad Traian. Lã prid. in Alexand.

2 * l. humanum. vbi Doctor. C. de ſegib. Auiles in procem. capitis, Prætorũ, gloſ. Auemos acordado. & gloſ. Ordenanças, Belluga in Speculo Princip. rubr. 2. de inuentione Curię. §. his præmiſsis, nu. 1. in fin. & ibi Camillus Borrellus verb. Procerũ. Sarmiento lib. 3. ſelectarum cap. 14. num 4. Menchaca controuer. illuſ. lib. 1. c. 2. n. 20. Bald. & Iaſ. in l. placet. n. 9. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

cogitur tale consilium accipere, nec si acceperit, sequi; sed quod illi soli, vt bono viro, & iusto Principi placuerit, legis habet vigorem, *a* provt in Romano † Pontifice, omnes ferè Canonistę respondent, non teneri accipere, vel sequi, etiam in arduis, consilium Cardinalium, *b* (quidquid Baldus *c* dixerit), cùm hæc sit natura consilij voluntarij, vt illud quis neque accipere, nec sequi cogatur. *d* Sed in Aragonia † consilium populi necessarium est pro legibus ferendis, eiusque consensus, Curijs mandato Regis conuocatis, solet ab eo, tanquam legum ferendarum forma, singulorum suffragiis exquiri, siue hoc fuerit lege regia, † quæ eius principatum stabiliuit, siue immemoriali prescriptione, ac consuetudine cautum, *e* quod antiquissima, & vniformi obseruantia subsequuta comprobatur; *f* cum semper Reges, in legibus â se latis, addere consueuerint, de voluntate, & assensu Curiæ; & hoc etiam docuit Rex noster Iacobus in procœmio Fororum illis verbis: *Omnium consensu penitus annuente*, qui ablatiuus absolutus † conditionē importat; *g* conditio autem formā inducit, qua nō seruata actus corruit; *h* quod etiā clarius significauit Iacobus Secūdus, anno 1301. his verbis: *i Cum consuetudo sit, & rationabilis, quod dominus Rex, de voluntate, & consensu Prælatorum, & religiosorum, Baronum, Mesnadariorum, Militum, Infantionum, & Procuratorum,*

12 13 14 15

A Vt in nostro text. Isernia in feudis, titu. de Capitaneo, qui curiam vendidit, num. 29. Menochi. de præsumptionib. lib. 1. quęst. 7. num. 64. Auenda. de exequend. mandat. Reg. cap. 1. nume. 8. ad finem.

B Omnes in rubri. de cōstitutio. vbi post Felinum Boschus Codecha nu. 69. & 77. & seq. Ferretus nume. 9. & 13. cum sequen. Antonius de Burgos nume. 71. 117. cum duobus sequentib. Andræas ab Exea num. 177. cum seqnent. Bobadilla in sua politica, lib. 2. capit. 6. num. 16. Albarez Guerrero in Speculo iur. cap. 24. num. 10. Medicis de legibus & statut. 1. par. quæst. 8 num. 9. glos. contingeret, in cap. fundamenta, de electio. in 6. & in cap. ad Apostolicæ. de re iud. li. 5 vbi Dominicus, Parisius, de resignation. lib. 3. q. 18 num. 124.

C In l. cum multa, nu. 2. ad fin. C. de bonis quæ liber. Cattelian. Cotta in memorabilib. verb. Papa. versic. Papa non potest ardua.

D Doctores in l. Titium & Mæuium. in princip. ff. de administratio. tutorū. & in l. 2. § fin. ff. mandati. Abb. in cap. nouit, num. 4. & 7. de his quæ fiunt à Prælat. & in cap. 2. num. 4. de Cleric. non resident. Felin. in cap. ex parte, de constitutio.

E Petrus Grego. de Republica, lib. 7. cap. 20. num. 24. & 26. Vasquius controuersiar. illustri. li. 1, cap. 23. num. 3.

F Alphonsus de Castro de potestate legis pœnalis. lib. 1. cap. 1. pag. 17. Molina tom. 1. de iusti. tracta. 2. disputatio. 23. pag. 177. versic. Cum potestate. Corne. consil. 193. num. 10. lib. 2. Alexand. consi. 6. num. 1. in 1. Menoch. consil. 75. num. 56. & consil. 390. num. 16. Moli. de Hispan. primogen lib. 2. cap. 6 à nu. 58. Deci. consil 283. num. 7. Aymon. consil. 226. num. 6. Natta consil. 192. num. 4. & consil. 764. num. 7. & cōsil. 406. num. 28. Beroius consil. 91. num. 10. in 1. Tiraquel. in tracta. de prescriptio. versic. Post annos decem, num. 24. Cephalus consil. 272. num. 144. Becius consil. 101. num. 49. Surd. consil. 297. num. 8. & decisio 129. num. 18. & seq. & decis. 133. num. 16. & decis. 134. num. 9. facit text. in c. cum dilectus, de consuetudine. & in cap. cum venissent, vbi Butrius & Imola de institutio. l. minime. l. si de interpretatione, ff. de legibus.

G Barbosa post Ias. & communiter Doctores in rubri. ff. soluto matrimonio. Bartol. in l. sub conditione, ff. eod. & in l. à testatore, ff. de conditio. & demonstratio. Medicis de acquirendo rerum domin. p. 1. glos. 1. num. 10.

H Doctor. in l. 2. § fin. ff. de vulgar. Bald. in Authentica, matri aut auiæ, col. 1. C. quando mulier tutel. offic. Tiraquel. de retract. conuention. § 2. glos. vnica, num. 3. Surdus decis. 202. num. 8.

I In Foro vnico, titu. quod dominus Rex, &c. Moli in reportor. Foror. verb. Curia generalis.

K Ste-

rum Ciuitatum, Villarum, & aliorum locorum Regni Aragonum, qui ad Curiam venerint, possit facere statuta, seu Foros. Reges enim nostri, non sibi solis, omnia quæ possent, vsurpantes, sed optimatum, Seniorumque consilio plurimum attribuentes, libertatem vtilem, ac conuenientem felicitati publicæ, vitæque commodis necessariam, & quædam magistratus ornamenta, ac iura comitiorum, eorum subditis indulserunt. [K] Quam consuetudinem, tam longo tempore, totque moribus con-
16 firmatam, † difficilimum esset destruere: [l] tum propter autoritatem consuetudinis, [m] tum quia illam à lege regia (quam peruertere, aut mutare nefas est) originem traxisse, ex coniectura obseruantię subsequutę credimus, qui populi consensus ita antea require-
17 batur, vt & vnius dissensus, † ex ijs qui in Curiis celebrandis intererant, ferre legem impediret. [n] Sed iam tam deprauata natura, singulisq; quadā cōmodorū suorum innata cupiditate, quam facile vtilitati publicæ anteponere non verebantur; & quia prope impossibile erat leges, quarum abrogatio, secundum temporum diuersitatem erat necessaria, tollere, & abrogare, sed qualitercumque à maioribus essent scriptæ, erant obseruandæ, quasi maiores iudicauerint,
18 vtilius esse legibus, quā † regum absoluto imperio gubernari; [p] cum tamen contrarium sit verius, si Rex sit optimus & iustus, provt nostri semper extiterunt, & extant. [q] Quis enim fructus sperandus est legis mortuæ sine lege loquente? quam Tullius magistratum, seu Fori magistrum, appellat: aliàs namque, si contra doctrinam Platonis, [r] neque in melius progredi esset concessum, peius esset sub tyrannide legis viuere, quàm sub tyrannide hominis, qui propter humanam naturam, & obsequiis poterat semper in meliorem statum gubernationis potentiam conuertere, ac legis rigorem temperare, † habita ratione lo-
19 ci, temporis, ætatis, personarum, & aliarum circumstantiarum, ex quibus ius scriptum ad æquitatem, & bonitatem reducitur; quam Græci, EpiKeyam,

k Stephanus Vinandus Pighius in septizonio Roman. pag. 9. in principio.

l Bald. consil. 370. volum. 3.

M Casane. in cathalo. gloriæ mundi, par. 12. consideral. 51.

N Faciunt tradita per Alex. consil. 124. nume. 2. & 3. in 2. & consil. 224. num. 5. in 6.

O cap. non debet, de cō sanguinitate & affinitate, for. 2. in principio, tit. de secunda cōfirmatione monetæ. ex Aristotel. 2. politicor. cap. 6. Castro de potest. leg. pœnal. lib. 1. cap. 2. fol. 33.

P Aristotel. lib. 3. politicor. cap. 11. Belarmin. tom 1. controuers. generali. 5. lib. 3. cap. 10. versic. Quod autem melius, pag 1328. Aegidi. Roman. de regimin. Princip. lib. 3. p. 2. cap. 29. Lelius Zechius de Principe lib. 1 cap. 4. nu. 2. in fine, & cap. 5. num. 2. pag. 78. & cap. 6. num. 16. p. 193. Gregorius Sairus in claui regia, lib. 3. cap. 3. nume. 3. pag. 121. Sanctus Thomas 1. 2. quæst. 95. artic. 1 ad 2. vbi Bartholo. de Medina, Sanctus Antoninus in summa, par. 1. titu. 17. c. unico §. 2. Castro de potestate legis pœnalis, lib. 1. cap. 6. Gregorius de Valencia tom. 2. disputatio. 7. quæst. 5. punc̄to 3.

Q Bartol. in l. præsenti, num. 1. C. de his, qui ad Eccles. confugi. Paleotus de consultatio. 4. par. quæstio. 8. versic. Sunt tertij generis. & in Archiepiscopali Bononiensi, 1. par. cap. 2. pag 7.

R in 6. de legib. Isabellus in epitome Platonis, tractatu 4. cap. 2. cō lum. 2.

appellant, quæ Comes est supremorum sapientium Principum, qui sensum legis seruantes, literam transgre diuntur; lex autem inflexibilis, quæ nulla rationis occasione mitescere potest, neque vlla necessaria suborta causa emendari valeret, bestia atrocior, cum Petro Gregorio ſ erit appellanda; qualis erat lex nostra, quãdo, vt leges perpetuæ † forent, t (cum earum assidua mutatio Principatum euertere soleat) singulorum erat expectandus assensus tam facilis ad dissentiendum; quia cũ creauerit Deus homines, diuersos aspectu, effigie, & opinione, difficilimũ † est omnes in vnã sententiã cõueni re. u Ex qua ratione, cùm mortalitas in cõtinuo cõsistat motu, & cõtinuo variet, natura, cursu tẽporum, & rerũ exigente, quod à principio bonum visum est, euentus rerum improbat; ideo prudenter nouissimè statutum fuit † in curiis celebratis Tirasonæ, Pręside, nomine regię maiestatis, populi Aragonensis antecedente consensu, x ptopter maximam, & vrgentem necessitatem, y quæ iuris regulis non subjicitur, z excellentissimo domino D. Andræa de Cabrera & Bobadilla, † Archiepiscopo Cæsarauguſtano a (quem, non sine magno totius regni dolore, tanti Mæcenatis fortuna inuida, apud eamdem ciuitatem ab oculis eripuit, dieq; functus est), vt valeat lex lata, dummodo vniuscuiusque stamenti maior pars assentiat; b exceptis tamen † quatuor casibus, sci licet tormenti, galearum in aliis quam latronibus, confiscationis bonorum, nouæ indictionis sisarum, vectigalium, seu tributorum; in quibus præcipue vnicuique ius formatum & ortum competere existimantes, & de singulorum vtilitate, & interesse pręcipue agi iudicantes, statutum fuit, vt circa illa nihil citra singulorum existentium in Curia consensum posset statui, sed quod omnium, nemine discrepante, voluntas expressa esset ad aliquid innouandum in illis necessaria, in aliis verò maiorem partem cuiusque stamenti sufficere: ex eo quod existentibus in Curia, non vt singulis, sed vt vniuersis, regni vniuersitatem, & Rempublicam re-- pręsentantibus, hoc ius, legibus ferendis assensum pręstan-

S de republi. lib. 7. c. 20. num. 9.

T Iulius Antonius Brancalassus in compendio artis catholice regnandi, lib. 5. de iustitia, §, 85. nume. 4. pag. 15. & §. 88. nume. 3. pag. 17.

V Cicero. lib. 1. officiorum, versic. Intelligendũ. Paleotus de consultat. par. 5. quæst. 6. versic. Et prętera. Montaluus in procem. legum Fori, glos. Son de partidos, & glos. No acuerden. l. item si vnus, §. principaliter, ff. de arbitris.

X Bardaxi de offic. gubernat. quæst. 5. num. 53 & 54. Thom. Mieres in constitutio. Cataloniæ Iacobi I. collatio. 2. c. 26. de celebratione Curiarũ, nume. 14. fol 13. & Anton. Oliban de iure fisci, ca. 4. n. 36. & cap. 6. n. 17. & 18 Fontanella de pactis dotalib. claus. 3. glo. 3. à nu. 67. cum seq. 74. fol. 27. & 28.

Y Belluga in Speculo, rubri. 1. num. 4. vbi eius addicio. Camil. Borrel. verbo, Ob necessitatem Reipublicæ. & verb. Præses prouinciæ, & verb. Locumtenens generalis.

Z Vt pluribus comprobat Camillus Gallinus de verbor. significat lib. 10. cap. 32.

A Vt meminit Bobadilla in sua politica, lib. 2. cap. 16. num. 134.

B Vt in Foro vnico anni 1592. titu. Que en Cortes la mayor parte de cada braço haga braço, iuncto Foro sequen. En que casos no ha lugar el Fuero precediente, Cagnolus in l. 12. nume. 145. versic. Item quando agitur, ff. de origine iuris. Surdus consil. 46. nume. 16. & sequen. Lancelot. Gallia consil. 55. n. 34.

pręstandi, competebat: c sed quia ex iam latis, & foris Regni vnusquisq; habebat ius formatum, & ortũ, ideo vniuscuiusquè dissensus legẽ nouã ferri antea impedie bat, d & ideo prædicta fori Tirasonensis constitutio fuit necessaria, cum in nostro Regno, maxime in legi
25 bus condendis, vel derogãdis, † vnũ corpus constituãt REX, & REGNUM, per quatuor brachia ibi existentia repręsentatum, sitquè tanquam vnus homo, multarum manuum, & multorum pedum, & multis sensibus in-
26 structus, e triplici namquè † ordini populi Romani f, (cuius imaginem nostra Aragonensis Respublica pręsefert) scilicet, senatorio, qui brachio optimatum, & nobilium: Equestri, qui brachio Infantionum, & militum: nec non populari, siue plebeio, qui brachio Vniuersitatum merito comparatur, additus fuit quartus ordo
27 Ecclesiasticorum, qui etiam, *Dummodo aliquid † contra libertatem Ecclesiasticam non statuatur*, suum pręstat legibus ferendis assensum: g Ex qua ratione euenit, vt cum leges nostrę à toto populo sint approbatę, cum à brachijs, quæ vniuersum populum repręsentant, approbatę reperiantur, h ab vniuerso populo, hoc est, tam à lai-
28 cis, † quam Clericis sint pariter obseruandæ. i

C l. quod maior, ff. ad municipalem, & in tract. de Curia Pisana, cap. 14. Iacob. de Calicio in extrauag. curiarum, 4. dub. col. 2. & 7. dubio principali, col. 8. fol. 11. Anto. Corsetus de potestate Regia, 4. par. q. 53. late Surdus cons. 65. per tot. volu. 1, Gracian. regul. 95. num. 4. Thom. Mieres vbi sup. nu. 4. Viuius decis. 42. num. 1. & 2. facit l. aliud. §. refertur, vbi Deci. & Cagnol. ff. de regul. iur glos. verb. non debetur, iuncto tex. in l. sicut. §. fiquid, ff. quod cuiusq. vniuers.

D Ludo. Roman. consilio 352. num. 14. & 16. Paul. de Castro. cons. 228. in 2. Farinac. cons. 60. nu. 499. & seq. facit l. 27. tit. 7. part. 1. ibi. E el fuero que home escoge, que por aquel se juzgue è viua, &c. quod omnes de reg iu. in 6. cap. cum omnes, vbi cõmuniter DD. de constitu. Modicius in § plebiscitũ dubit. 26. 136. & 158 n. 4. inst. de iure naturali, Capicius decis. 152. Franchis decis. 2. & 197. Sesse decis. 74. n. 15. & 24. 1. p. Surd. cõs. 323. n. 11. & cons. 390. n. 1. Port. in tract. de via priuil. §. 12. n. 14. Iacoba. de concil. lib. 6. art. 3. n. 28. & ita fuit obtẽta firma ne obseruaretur forus anni 1553. sub tit. vieda y prohibicion de vestidos, quia duo dissenserãt, & hoc idẽ fuit in alijs casibus decisum incuria D. Iust. Arag. in proces. Iuratorum de Venasque, super iurisfir. & in proces. Anto. Cardona, & Sebast. Serena.

E Cap. nouit de his quæ fiunt a prælat. c. quoniam in plerisq; de offic ordinar. c. cum non liceat, de præscript. l. rerũ mixtura, 30. ff. de vsucapionib. Rebuf. in concordat. rub. de conclus. Lateranes. concil. glo. Nos igitur, pag 755. Ioan. de Terra Rubea, contra rebelles, art. 3. tract. 3. concl. 1. cũ seq. Bouad in polit lib. 2. c. 2. nu. 14. Camos. dialog. 6. fol 53. 1. p. col. 1 & dialog. 4 pag. 38. col. 2. Hier. Merola in repub. originali, lib. 1. c. 25. & seq. Aluar. Guerrero in speculo iuris, c. 71. nu. 11. Petr. Grego. in prędudijs optimi Iure consult. lib. 5. c. 10. Hiero. de Blanc in comment. rerũ Arag. tit. de Comitijs Arag. pag. 375. vers. in Comitijs enim. Belluga in speculo rub. 6. num 18. vers. Nam prouincia Aragonũ. Anto. Oliuan de iure fisci, cap. 10. num. 8.

F Ioan. Rosin. antiquit. Rom. lib. 1. c. 17. & 18. Iustus Lipsius de magnitudine Roma, lib. 4. cap. 2. pag. 200. Blancas in commenta. rerum Aragonensium, pag. 374.

G Mieres in prohem. constitutio Catalon Regis Petri III. collat. 6. fol. 2. Bardaxi in comment. ad forũ. sub tit. de la competencia de iurisdiciones, n. 3. 4. & 6. fol. 308. & 309 Remig de Goni in tract. de charitatiuo subsidio, Iacob Cancer var. resolu. 2. p. c. 1. nu. 122. Anchar. cons. 112 num. 3. Cattelian. Cotta, in memorabili. verb. Papa, vers. Papa confirmando generaliter, Ambro. Opizonus in repet. l. filius familias § diui, nu. 85 ff. deleg 1. Plotus cons. 111. num. 112 Bonacosa in quæst. criminal. verb. statuta laicorũ, Gallia. in consuetud. Alexan. verb. maritus, q. 4. nu. 6. & seq. optime Bald cons. 496. vol. 4. Mandel. cons. 8. n. 3 Medicis, de legib. & statut. 4. p. q. 6. nu. 2. & 3. late plures referens Horatius Carpanus in prędud. ad statuta Mediolani, à num 579. cum seq. explicans, quando dicatur contra libertatem Ecclesiasticam, & 2. p. c. 180. num. 18. & seq. Foro vnico, tit. de Prælatis, & religiosis, noster Molin. in repertor. fororum, verb. Clericus, vers. Clericus etiam si sit Episcopus ad medium, & ibi Portol. in Scholijs, à nu. 17. cum seq.

H Glos. in rub. C. quæ sit longa consuetud. Alexan. cons. 101. vol 1 & Angel. cons. 63.

1 Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 81. q. 8. vers. Secundus casus, de constitutio. cap. cum veniss̃et:

vbi

vbi Abb & Bald.de eo qui mittitur in poſſeſ. Aretin.in cap.quod Clericis,de for.compet. Caſaneus.in conſuetud.Burgund.rub.8.§.5.num.2.plures per Tiraquel.in tract de vtroque retract.§.1. glo.13.n.2. Remig.de Goni in tract.de charitatiuo ſubſidio.in quæſt.princip.74.quęſt. minus principal.an ordinatio facta per tres ſtatus.liget Clericos & Eccleſias,pag.263.Lugdun.1550. Eguinabaro, in comment. ad l.2. de origin.iur.circa ius Gallicum, fol.10. verſ. leges & plebiscita , Guido Papa, q.83.196.371. 381.389.402.& 494.Alexand.conſ.210.in prin.vol.2.

§. Quintus.

Rex eſt caput Regni, & de eius munere, & officijs.

QVare Rex capiti comparetur.1.
Rex fuit introductus propter vtilitatem Regni non è contra.2.
Tyrănus in quo differat a iuſto Principe. 3.
Exechielis locus aduerſus Principes non curãtes Vtilitatem ſubditorum cum B.Hieronymo explicatur.4.
Princeps debet eſſe melior, & ſanctior ſubditis.5.
Reges debent vitia ſua ſi quæ forte habeant curare omni ſtudio ne populo ignoteſcant, 6.

§. Quintus

VT clarius appareat,hoc corpus politicum ad imaginem corporis phyſici eſſe compaginatum,[a] dicendum eſt,quod iſtius corporis caput eſt Rex,[b] quod multipliciter † comparatur ad membra , primo quia eſt altius,& excellentius illis,[c] non ſui,ſed cæterorum membrorum vtilitate in altiori loco erectum, ita Rex † non ſui,ſed Regni vtilitate præeſſe debet, [d] iuxta illud Ciceronis, [e] aſſerentis,quod qui Reipublicæ præfuturi ſunt, neceſſe omnino eſt,vt duo præcepta Platonis teneant, vnum, vt vtilitatem ciuium ſic tueantur, vt quidquid agunt, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum, & totum corpus Reipublicę ita curent , vt nedum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant. Vt enim tutella,ſic procuratio Reipublicæ ad vtilitatem eorum , qui com

1

2

A Paul.1.ad Corint.c.12. cap.quoniam.§.nos vero, de offic. ordinarij. Alex. Turaminus,de legib. lib. 2.cap.6 num.3.

B Auendaño de exequẽ. mandat.Regis,cap.1.n.6. in fin.Garcia de nobilita. §.2.gloſ.2.nu.33. & ſeq. Ripa in rub. de conſtitu. num 17.Auiles in c.Præt. in prohem.gloſ.regimiento. & gloſ. acordado, & gloſ.ordenanças,Azebed. in 4.tit.1.l.4.nu.12. poſt med. Belluga in ſpeculo, rub.45. §.quamuis, nu 5. Lelius Zechius de Principe,lib 3.c.1.nu.2.p.422. Valdes de dignitate Regum Hiſpaniæ in prohe. num.16. Zaballos tom.4. cõmun.q.final,nu.400.P. Franciſcus Soarez in defenſ. fidei cathol. aduerſ. errores Anglicanos,lib.3 c.1.n.5. & facit tex.in c.plurimi,6.q.1.c.ſicut 2. q.7. c.miramur, diſt.61. Sapiętiæ c.7. Eccleſ.c.10.Iſai. c.1.&Paul.adRo.12. &adEpheſ.4. C l.cum in diuerſis 44.ff.de religioſ.Caſaneus in cathalogo gloriæ mundi,p.12.conſideratione 46.D.Chryſoſtomus homil,5.ad Theſalonicẽ.2.c.3.Ianus Gruterus in Cornel.Tacit.lib.3 annal.tit.mores Principum mores populi.p.50.

D Ferdinan.Vaſquius in prefat.lib.1.controuer.illuſtri.arg.9.num.102.& ſeq & cap.1.nu.10 & cap.2. num.1.Burg de Paz in prohem.leg.Taur.ibi,al bien deſtos mis Reynos,nu.440. facit l.fin. ibi ſubditorum comodis proſpicientes, C. de religioſ.pluribus cõfirmat Iuſtus Lipſius lib.2.ciuil.doctrinæ,cap.5. Borrellus de Regis cathol.præſtancia,cap.66.nu 3.& ſeq. E Lib.1.officiorum,pag.mihi 34. Paris de Puteo in tract de ſindicat.tit.de exceſsib.Reg.§.Rex autem,nu.20.Tapia de vera nobilitate,lib.2. pag. 176.col.1.verſ.ſed quoniam,& pag.183 col.2.verſ.nunc extrema,Ayala lib.2.de iur. belli. & diſciplina militar.cap.1.num.7.Cermenatus in rapſodia,cap.20.

commissi sunt, non ad eorum, quibus commissi gerenda est, iuxta illam duodecim tabularum legem asserentem: *Salus populi suprema lex esto.* f Ex qua multa, propter publicam vtilitatem, contra priuata commoda fuerunt recepta: nequè enim Regnum fuit propter Regem, sed Rex propter Regnum, ad hoc à Deo in Regem constitutus, vt vtilitatem populi procuret, non vt propria lucra quærat: g in hocquè, † inter alia, maxime differt à tyrãno, quod ille ad bonum commune, iste ad proprium tendit, h optimus namquè Princeps subditorum commoda propria existimat, ac suæ vtilitati, quod communiter omnibus prodest, præferre non dubitat: i sub cuius patrocinio, publicè omnes, priuatim singuli, ab iniuria tuti sunt. Ex qua ratione dicebat Antigonus, k *Regnum nihil aliud esse, quam nobilem seruitutem*, cum omnium somnos illius vigilantia defendat, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius occupatio: Atqué ita, licet Regis clarissimum nomen sit, durissimum tamen est officium, omniumquè difficilimum ministerium, l quia tutor est status publici, & Regni æconomus, ac procurator, Reipub. author, Ecclesiæ cultor, refugium pauperum, tutor pupillorum, defensio viduarum, oculus cęcorum, lingua mutorum, baculus senum, vltor scelerum, metus malorum, gloria bonorum, malleus tyrannorum, ac deniq; pater Regni, quem vt talem se gereret erga Rempublicam monuit Claudianus m Honorio his verbis.

Tu ciuem, patremq; geras, tu consule cunctis,
nec tibi, nec tua te moueant, sed publica vota.

Contra facientes minatur Deus † per Ezechielem, dicens: 4 n *Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Nonne greges à pastoribus pascũtur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis,* & paulò infra, *sed cum authoritate imperabatis, & cum potentia*: vbi Beatus Hieronymus exponit de Principibus secularibus, qui sunt patres, & pastores popu-

F Refert Cicero. lib. 3. de legib. & facit l. 4. ibi salutem Reipublicæ tueri, ff. de offic. præfect. vigilum.

G Mexia in pragm. taxæ panis, conclu. 2. nu. 14. & 17. Caldas Pereira in l. si curatorem habens, verb. hunc contractum, nu 47. vers. huius autem resolutionis in fin. Garcia de expens. c. 21. nu. 32. Vasqu. controuer illustri. c 45. n. 4. & c. 43. nu. 3. & de successio. progres. in præfa. à n. 44. Ioã. Chokier in thesauro Aphorismor. polit. lib. 5. c. 19. p. 398. & 399

H Glos. regum, in Clem. vnic. de Baptism. Riminal. cons. 45. n. 57. in 1 Iabel. tract. 2. polit. Christian. 3. p. c. 2. pag. 697. Tapia de vera nobilit lib. 2. p. 190. col. 2. vers. est quidem, Soto de iust. & iur. lib. 1. art. 2. corolario 1. Ioan. Marian. de Rege & Regis institut. lib. 1. cap. 5. Petrus à Ribadeneyra, en la institucion del Principe Christiano, lib. 2 cap. 9 vers. El verdadero Rey, pag. 320. Anto. Zara in Anatomia ingeniorũ, & scientiarum sect. 2. memb. 16. pag. 330 & 335.

I l. vnic. § fin. C. de cadu. tollend. Lucas de Pena in l. vnica, glo. iudicio, C de super indicto, lib. 10. Forcatul. in rub. de iust. & iure, num. 5 & 6

K Aelian. lib. 2. de var. histor. c. 20. Petr. Greg. sintagma. iur. 3. p. lib. 47. c. 20. n. 17. Orozco de Couarru. lib. 2. emblem. 33. & 34.

L Rodericus Zamorensis in speculo vitę humanæ, lib. 1. & 2. & Iust. Lipsius. lib. 1. politicorum, per tot. & lib. 2. cap. 6. ad fin.

M In panegyri. in 4. Coll. Honorij, pag. 165.

N Cap. 34. Castro de lege pœnali, lib. 1. cap. 10. pag. 201.

populorum, qui per gregem ſignificantur; ſicut & magiſtratus, & præfecti per canes, defendentes gregem aduerſus lupos. o Talis deniquè ſit Rex, qualem Xenophon Cyrum depingit, † qui non cenſebat conuenire cuiquam Imperium, qui non melior eſſet ijs, quibus imperaret, p quod facile aſſequetur, ſi Deum, cuius imaginem in terris gerit, q quantum in ſe ſit, curet imitari, proprium ſemper commodum vtilitati publicæ, poſtponendo, ac curando maxime omnis reprehenſionis, & criminis eſſe expertem, non enim ab ijs qui Rempublicam gerunt, tantum de publice dictis factisquè ratio eſt reddenda, ſed & in cœnam eorum inquiritur, & cubile, & matrimonium, & quicquid Serij, ioci vè agunt; quod ſi non facile † omnia arcere animo vitia valeant, ea tamen amolire, ac diminuere quæ maxime in promptu ac conſpectu ſunt curent. Quia ſicut in facie lens, & berruca moleſtiores ſunt, quã reliquæ corporis maculæ, ſic exigua peccata, vbi in Principis cernuntur vita, pro magnis habentur, propter opinionem, quam vulgo de Principatu gerunt, rem eam eſſe magnam, & quę vacare debeat omni errore, atq; vitio, & ideo Principum peccata minus conuenit reprehendere coram populo, r qui pronior eſſe ſolet ad maledicendum, & obtrectandum de ipſis. 5 6

O Abulenſ. ſuper 4. Reg. fol. 168. colu. 2. C. Cermenatus in rapſodia, c. 28 Vitus Amerpachius in interpreta. ad Phocylidem, pag. 64. & ſeq.

P Iuſtus Lipſius lib. 2. ciuil. doctrinæ, capit. 7. in princ.

Q Cap. hæc imago. 33. q. 5. & in authen. de inſtrumento. cautela. in prin. latiſsime, & eleganter Chriſoſtom. Iabellus, in tract. 2. politicæ Chriſtianæ per tot. à pag. 673. vſq; ad pagin. 699. Caſaneus in conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. gloſ. Di Prince, nu. 9. & in Cathalog. glor. mundi, 5. par, conſiderat. 35. verſ. & vt ſemel, & conſideratione 24. nu 62. & 208. Chachera, deciſ. 30. nu. 2. verſ. Secundo. Rodericus Zamorenſ. in ſpeculo vitę humanę lib. 1. c. 1. cum cõcor. per Bouadillã in politica. lib. 3. cap. 2. num. 3. B. & facit. l. quoties, ibi, numinis. C. vbi ſenator. vel clariſ. cap. 1. ivt Eccleſiaſt. benefic. & l. 1. & 7. tit. 1. & l. 3. tit. 4. part. 2. & l. 2. tit. 18. part. 3.

R Ioan. Lorin. ex B. Paul. in commen. in Acta Apoſtol. cap. 4. ver. 10. p. 202. verſ. quẽ vos crucifixiſtis.

---

§. Sextus.

Connexio inter caput Reipublicæ, & eius membra eorumquè adequatio, & comparatio.

Reſpublica quid ſit, & eius diffinitionis explanatio remiſſiue. 2.

In Republica vnum tantum debet eſſe caput. 3.

Membra Reipublicæ debent eſſe conformia capiti ſuo. 4.

Subditi ab obedientia Regis diſcedentes ſunt ſicut membra à capite ſeparata. 5.

R *Ex gerit nomen, & imaginem Reipublicæ. 1.*

§. Sextus.

QVIA eſt quędam connexio, eleganter à Baldo *a* conſiderata, inter iſtud caput Reipublicę, & eius membra, ita vt nihil habeat authoritatis Rex in ſuo Regno,

A In c. 1. de feudo Marchiæ. nu. 1. verſ. Vnde Imperator. Lopez Madera de las excellencias de Eſpa-

niſi

1 nisi tanquam Resp ublica,† cuius nomen, & imaginem gerit, cum omne Regnum sit possessio Reipublicæ, & non respublica possessio Regni; *b* quia Rex, & Respublica pro eodem præsuponuntur *c* sicut Cyprianus dicebat *d* Episcopum in Ecclesia esse, & è contra Ecclesiã in Episcopo, quo sensu inquit Alciatus, *e* Imperium Regni tẽporalis in capite, & in membris existere: quod maxime in nostro Regno verificari potest circa primum, & maximum gradum meri imperij, hoc est condendarum, & derogandarum legum facultatem. Comprobantur prædicta, si consideremus quid sit Respublica,
2 † quæ nihil aliud est, quam rerum, & vitæ quædam cõmunitas, vnius societatis, quæ efficit vnum quoddam corpus ciuile, ex pluribus, & diuersis membris compositum, sub vna suprema potestate, veluti sub vno capite, & vno spiritu, ad bene & cõmodius viuendum in hac mortali vita, vt facilius in æternam perueniamus. Cuius diffinitionis singulas partes eleganter, suo more, explicat Petrus Gregotius. *f* Itaquè in republica, & Re
3 gno † vnum tantum debet esse caput, *g* (quia monstruosum esset in vno corpore duo capita reperiri) ac penes vnũ rerũ omnium summa potestas, à qua pendeãt, reliqui, qui sub eo Rempub. vel Principatum, seu Regnum, per partes sibi creditas, moderantur, & cuius voluntati membra istius corporis † debent esse conformia. *h* Si-
4 cut enim in corpore physico membrorum concordia, & colligatione actiones suas mens exerit, & perficit, & vnico spiritu eadem membra colligat, sed à capite decisa, & separata arescunt: ita & subditi, † si discedant
5 ab obedientia Regis, sicut membra ab vnitate capitis separata, arescent, & putrefient. Quemadmodum illi, qui in Christo, eiusquè Vicario, corporis Ecclesiæ capite, non manent, eijcientur foras, & arescent, & in ignem mittentur, & ardebunt, *i* ita pariter corpus Reipub. politicè sub tuto manere non potest, nisi quatenus sub capite, eiusquè obedientia, & vera fidelitate continetur: Quia omne Regnum in se diuisum (vt ipsamet veritas inquit) K dessolabitur, cum sicut vnitas, quę principiũ est

fia, cap. 2. in fin. facit l. 4. tit. 26. part. 2. vers. La primera.

B Renatus Chopinus de Demanio Regni Franciæ lib. 1. tit. 9. n. 5 Regnerius Sixtinus de regalibus, c. 1 nu. 23. & 26.

C Glos. 1. in l. non est ambigendum, ff. de bonor. possess. Iacob. de Calicio in extrauag. curiarum prę rogat. 190. in 7. dubio principal. Andræ. Isernia de prohib. feũdi alienat. per Lothar. num. 1. Auendaño de exequend. mandat. 1. par. cap. 1. nu. 2. & 3 Paris. de Puteo in tract de sindicatu. tit. de excess ib. Reg. in princ. num. 78 Anton. Oliuan. de iur. fisci. cap. 6. nu. 32. facit tex. in cap. cum Clerici, de verb signif.

D Cap. scire. 7. q. 1.

E In l. placet, nu. 4. C. de sacrosanct. Eccles. & consil. 201. numer. 16. allegat Cardinal. cons. 137. nu. 6.

F Lib. 1. de republi. cap. 1 num. 6. & seq. Camos in microcosm. 1. p. in 4. dialog. col. 1. pag. 35. Nico. Biesio lib. 1. de repub. & Simancas lib. 2. cap. 1. nume. 4. Antonius Zara in anatomia ingeniorum, & scientiarum, sectione 2. membro 16.

G Cap. in apibus, 7. q. 1. Pinel. in l. 1. 3. par. nu. 16. C. de bon. mater. Tiraqu. de iur. primogen. q. 4. nu. 15. & seq. Bouadilla in politica, lib. 1. cap. 16. nu. 14. l. 26. tit. 13. partita 2.

H Cap. cum non liceat, de prescriptio. c. de neptis, 31. q. 2.

I Ioan. cap. 15. & cap. loquitur, 24. quæst. 1. Lactancius lib. 6. diuinarum institutio. c. 9.

K Lucæ, cap. 11.

est numeri, & punctum principium lineę, quæ ex punctis consequentibus oritur, diuisionem non recipiunt, quibus monarchia Regni comparatur, nulla ratione, sine totali eius interitu, diuisionem admittet.

§. Septimus.

Maiestas in Rege comparatur cerebro, & quis honor Regi, & eius Magistratibus sit exhibendus, & illi erga subditos quo modo se gerere oporteat.

Explicatur dictum Bald. asserentis cerebrum populi Romani esse in Roman. Pontifi. 1.
Maiestas vnde dicta. 2.
Princeps vnde deriuetur. 3.
Honor & reuerentia debetur maiestati Regiæ. 4.
Iniuria afficitur Rex si eius Magistratibus, & familiaribus non exhibeatur honor & reuerentia, & qualis sit exhibenda?
Magistratum non salutans puniri potest. 6.
Non persona in Magistratu, sed officium contemplandum est. 7.
Quare fuerit statutum in Aragonia, quod iudices & consiliarij Regij induantur veste talari. 8.
Mulctatur in Regno Aragonum qui Magistratui iniuriam infert, vel coram eo in alterum iniuriosa verba profert. 9.
Nimia humilitas in Magistratibus reprobatur, quia est vitium per excessum 10.
Exempti à iurisdictione iudicis secularis an possint in Aragonia saltim in pœna pecuniaria mulctari vt in notorio, si verba iniuriosa proferant. 11.
Iniuria illata alicui post depositum officium cõtemplatione officij, punitur, ac si esset facta officiali. 12.
Magistratus salutati debent subditos resalutare. 13.
Expenditur locus Callistrati. I. C. 14.
Expenditur dictum Regis Assueri in Esther. 15.
Conditio eorum qui non meritis, sed ambitione ad officia promouentur, 16.
Referuntur plures qui ex maxima fortuna fuerunt lapsi, & reducti ad miseram, & infimam. 17.
Familiares Principum monentur, quomodo se gerere debeant, vt gratiam eorum conseruent. 18.
Ramirus Rex Aragonum, quare occiderit vndecim nobiles. 19.
Vassalli, Regi suo naturaliter tenentur obedire, 20.
Causæ ob quas maiestas Regia comparatur cerebro. 21.
Ob capitis tuitionem membra, debent se cuilibet periculo exponere. 22.
Tres operationes cerebri, conueniunt maiestati Regiæ. 23.
Tres animæ potentiæ, & sensus communis quæ in cerebro residet, quomodo debeat maiestas Regia eis vti, 24.
Duæ meninges quibus cerebrum inuoluitur, misericordiam, & iustitiam in maiestate Regia demonstrãt, ex quibus quæ frequentior, & quomodo hæc à Principe exerceri debeant. 35. & 30.
Regis optimi conditiones. 26. & 29.
Romani cur fasces, seu secures non solutas, sed virgis alligatas portarent. 27.
Quæ res potissimum subuertant imperium. 28.
Craneum quo cerebrum circundatur, denotat fortitudinem. 31.
Fortitudinis officium quod sit. 32.
Tres celulæ in parte anteriori, posteriori, & media, quid significẽt in Regia maiestate. 33.
Prudentia politica, seu ciuilis in quo consistat. 34.

Ianus cur gemina, & ab alijs quadruplici frõte depictus. 35.
Philippus Secundus alios Principes imitatus codicem habebat cui commendabat ea quæ illi memoratu digna videbantur. 36.
Prudentia habet in se donum Consilij. 37.
Virtus nulla esse potest sine prudentia. 38.
Sal cur signum prudentiæ extiterit. 39.
Vitia sæpe velamine virtutum conteguntur. 40.
Subditi facile imitantur mores, & affectus sui Principis. 41.
Magistri Principum, quam diligenti eorum eruditionis, & virtutis indagatione sint eligendi. 42.
D. Galcerandus Albanellus Magister nostri Principis laudatur. 43.
Quod capilli in capite, hoc in Rege ea quæ ad pompam & ornatum ac eius voluptatem, & recreationem constituta sunt significant. 44.

§. Septimus.

SVPREMA pars capitis est cerebrum, quod in maiestate Regia representatur, ex qua omnibus de Regno est excellentior; vnde cum maiestas populi Romani lege Regia fuerit in Imperatorem translata, & is omnimodam in populum Romanum iurisdictionem, & potestatem Roman. Pontif. contulerit, † merito, inquit
1 Baldus, [a] quod cerebrum totius populi in eo resideat: inde maiestas dicta, † quasi maiorem statum, seu po-
2 statem in Republica, [b] ac præ cæteris excellentiam honoris, & dignitatis habens, & aliquando Princeps Regni, seu imperij vocatur, † quasi primum caput, & prę-
3 cipuum illius, ac primum in Republica capiens locum, [c] quod in ea, in pace primus sit ciuis, & in bello primus miles. [d] Ex qua ratione debetur maiestati Regiæ honor, † & reuerentia, & ideo Poetæ fabulantur, ma-
4 iestatem esse honoris, ac reuerentię filiam, [e] quæ non solum verbis, sed etiam factis, in subiectionis signum, exhibenda est: [f] quæ si, vt decet, non exhibeantur, merito irascitur Princeps, quia, ex sententia Philosophi, videntur tunc illum contemnere, & despicere, cum debitum, & solitum honorem ei non im-
6 pendunt. Non solum autem si ei, sed etiam si alijs, † qui ordinantur ad ipsum, aliqua irrogatur iniuria, vel si debita non exhibetur reuerentia, [g] maxime eos reuertenter salutando, [h] non vt aulicæ

F muscę

A In l. non ambigitur, num 6. ff. de legib.
B Redin de maiest. Princip. glos. Imperatoriam maiestatem, num. 25. Afflictus in prohem. constitu. Neapol. 3. par. vers. cum igitur, num. 1. Casaneus in cathalog. glor. mundi, 1. par. consideratione 70 Camillus Borrellus de Regis Catholici præstantia, cap. 60. numer. 20 & 26. cum seq. l. 1. ibi Regiæ maiestatis, C. vt nemo priuatus, Lelius Zechius de Principe, lib. 1. cap. 6. nu. 29. Celius Rhodiginius lectio. antiquarum, lib. 2. per tot. & cap. 39.
C Petrus Gregor. de Republi lib. 6. cap. 4. Casaneus in consuetud. Burgundi. rub. 1. §. 5. glos. fin. Bobadilla in politica lib. 3 cap. 2. num. 2. B. glos. in cap. fundamenta, §. proinde, de electio in 6. glo. Principatus, in l. numerarios. C. de aparitor. Magist. milit. lib. 12. Boher. de auctorit. magni consilij, num. 106. Lelius Zechius de Principatus administratione lib. 1, cap. 2 n. 1. Mirabellius & Amantius in polyanthea, verbo Princeps, pigin. 662. & 665.
D l. familiæ 196. ff. de verbor. signifi.
E Claudius Minois in 9. emblema. Alciati.

F l. 17. & 18. tit. 13. part. 2. G l. 1. §. interdum, vers. spectat. ff. de iniurijs. H l. 1. ibi tam in adoranda nostra serenitate, quam in salutandis nostris administratoribus, C. de silentiarijs, lib. 12. Casaneus in catalog. glor. mundi. 1. par. consider. 26.

muſcę, quæ cum potentiorem ſalutant, veſtem, vel partem aliquam corporis, manu illi tangunt; eamquè ſtatim cum veneratione quadam ad os reportant: veſtigium priſcæ adorationis, *i* ſed vt hodie ex vſu, & politica obſeruantia caput aperientes, tanquam omnia noſtra illis patere debeant, equo deſilientes, aſſurgentes, ſemita cędentes, locum dantes, deducentes, ac reducentes. *K* Quæ licet erga alios vrbanitatis ratione fiant, erga iſtos tamen ita neceſſitatis cauſa, vt nolentes eos ſalutare, † incurrant quaſi in pœnam ſacrilegij; *l* cũ 6
enim magiſtratus res ſacra, & ſancta ſit, non vulgariter, ſed Religioſe contrectanda eſt, & quæmadmodum tragediarum Principes † humili Hiſtrioni ſolent, cædere ac venerari, dum vti Iouis, aut Agamenonis, 7
momento aliquo perſonam fingunt, & imitantur, in Republica, quæ vera & perpetua ſcęna eſt, ſedentem in puppi nobilis deſpiciet plebeium? & pauperiorem diues? Minime quidem, nec pater filium, dum agit perſonam publicam, vt eſt illud vulgare Quinti Fabij maximi exemplum. *m* Ex qua ratione in noſtro Regno, in Curijs Tiraſonæ celebratis ſtatutum † fuit, 8
n quod Iudices, & Conſiliarij Regij inſula induantur, quæ proprie ornamentum honoris dicitur, & eſt magna adiectio honoris deferenti, *o* & vulgo dicitur veſtis talaris, *p* & oſtendit illam deferenti eſſe debitum honorem tribuendum, ita vt mulctetur, *q* non ſolum † 9
qui verba iniurioſa in magiſtratum aliquem profert, ſed etiam ſi coram eo alteri iniuriam inferat, quia qualiſcumquè ſit magiſtratus, in magno pretio haberi, ac venerari oportet: ne veluti contagione quadam vitium perſonæ ad dignitatem, & officium tranſeat, nec pati debent Rex, vel eius Magiſtratus, ſe ab aliquo contemni, *Ne dum nimia*, vt inquit Diuus Auguſtinus, *ſeruatur humilitas † regendi frangatur auctoritas.* Quinimo inordinata ſui abiectio, eſt vitium, humilitati 10
per exceſſum oppoſitum, & ſi ex puſilanimitate prouenìat, magnanimitati, (quæ Principibus & Magiſtratibus

I Lipſius electorum. c. 6. lib. 2 pag. 466.

K Polidor. Virgil. de inuentorib. rerum, lib. 4. c. 13. verſ. Magiſtratibus vero. Seneca epiſto. 65. Lipſius elector. lib. 1. cap. 23. p. 427. & 428. & in lib. de Amphiteatro, cap. 19. & 20.

L Ioan. de Platea in l. 1. C. de domeſtic. lib. 12. & in l. 1. C. vt dignita. ordo ſeruetur, Ioan. de Terra Rubea in prohem. tract. contra rebelles, Petrus Erodius rerum iudicatar. lib. 6. tit 5. cap. 4. & ſeq. Auiles in prohem. capit. prætorum, ver. ſalud, & ver & in ſcriptis. Stephanus Gracian. diſceptatio. forenſ. tom. 2. cap. 284. Polidor. Virgil. de inuẽto. rerum lib. 4. cap. 13. verſ. Magiſtratibus.

M Plutarchus in apothegma, pag. 423. tom. 1. moral. Caſaneus in cathalog. glorię mundi, p. 7. conſideratione 24. verſ. in tantum eſt etiam honorandus Iudex.

N Foro vnico, verſ. Y paraque no puedan allegar, tit. de los que injuriaren a los officiales Reales.

O l. 1. C. de temporib. & reparatio. appellatio. l. fin. C de prmicerio. lib. 12. l. fin. in prin. C. de decurio. lib. 10. Caſaneus vbi proxime.

P Cap. penultim. 23. diſtin.

Q Foro 1. & 2. tit. de proceſſu ſuper notorio, & foro vnico, tit. de la facultad de acuſar los que dãnificaren, o injuriaren a Lugartenientes, iuncto foro nouo Tiraſonæ, tit. de los que iniuriaren a los officiales Reales, Molin. verbo iniuria, & verbo Notorium, & ibi Portol. in Scholijs numer. 1. & verbo iniuria, num. 5. 7. & 36. Villadiego. in ſua politica. cap. 5. §. 2. 2 nu. 8.

R In cap. quando, 85. diſt.

tibus maxime conuenit,) contrarium, *f* & ideo Magistratus, & officiales Regij possunt ex officio, quemuis quantumuis priuilegiatum, & ab eorum iurisdictione, quorum maiestatem, & auctoritatem offenderunt exemptum, mulcta pecuniaria coercere, licet corporaliter punire non possint. *t* Quæ theorica in Cle-
11 ricis communi Doctorum *u* calculo impugnatur, † sed in Aragonia receptam, & praxi obseruatam à meis antiquis magistris accepi, cum etiam Clerici sint sub Rege, *x* & illi teneantur debitum honorem seruare, vt præcepit B. Petrus, *y* dicens: *Deum timete, Regem honorificate*, quod adeo verum est, † vt & si alicui depositio of-
12 ficio ocasione eorum, quæ in officio gessit iniuria inferatur, possit qui iniuriam intulit perinde puniri, ac si Magistratum gerentem offendisset. * Qui tamen salutati, † non debent dedignari respondere, *z* nec mo-
13 re Anabaptistarum vti, qui neminem resalutare solebant, *a* sed (vt inquit noster I. C.) *b* authoritatem dignitatis † ingenio suo augeant; non grauitate vocis,
14 & toruitate aspectus, ac morum asperitate, ac insotiabili quadam vita in eorum subditos, & inferiores excandescendo, cum nihil sit tam deforme, quam ad summum Imperium etiam acerbitatem naturæ adiungere: *c* sed vt inquit D. Gregorius: *Tales erga subiectos nostros debemus existere, quales nobis si subiecti fuissemus nostros vellemus esse præpositos.* sunt namquè multi, qui in nimia fiducia, ac humanæ fragilitatis obliuione (quę rebus lętis vt plurimum interuenit) alios præ se nihil faciunt, ac potius despiciunt, maxime eos, quos impotentiores, vel inferiores vident: ex quo inuidiam (communem aulæ pestem) sibi parant, de quibus dicebat ma-
15 gnus *d* ille Rex Artaxerxes, † quod bonitate Principum, & honore, in eos collato, abutentes in superbiam, non solum subiectos Regibus nituntur oprimere, sed cum (vt inquit Philosophus,) *e* non

S Leonardus Lesius de iust. & iur. lib. 3. c. 2. dubitatione 3. nu. 28. pa. 707. & lib. 4. cap. 4 dubitat. 8. vers. alterũ vitium. p. 790
T Arg. eorum quæ tradit glo. in l. nullum, vbi Bald. C. de testibus, Marian. Socin. in cap. postulasti, q. 18 num. 12. de foro compet.. Federicus de Senis cons. 93 Afflictis decis. 230. n. 2. vers. Tertia fuit opinio, obseruan. 1. tit. de aduocatis, Casaneus in consuetu Burgun. rub. 1. in prin. num. 110. fol. 21. colu. 2. vers. Item etiam cognoscunt. Molin. in reportor. verbo Clericus quando vtitur officio, fol. 81. col. 4. in fin. & verb. Iusticia Aragonum, in quibus vertic. quando singularis turbat eius iurisdictionem, iuxta for. vnicũ. tit. quod impetrans literas ad impediendum, & vers. quando singularis est depositarius, fol. 203. col. 4. ad fin. & verbo literæ D. Regis sigillatę, fol. 212. colu. 2. Felin. in c. at si Clerici, col. 7. de iudi. Bart. in l. si quis obrepserit ad fi. de falsis. Oliu. de iu fis. c. 14. n. 140.
V Vancius de nullitate sententiæ ex defectu iurisdictio. num. 50. fol. 81. Afflict. d. decis. 230. & late Roland. à Valle consi. 12. nu. 33. & seq. vol. 2.
X Glos. Ecclesia in c. tributum, 23. q. 8. Menoch. cons. 1000 ex n. 26. Azebed. in 4 tit. 3. l. 13. nu. 5. & l. 15. tit. 13. part. 2. & l. 65. tit. 5. part. 1. Regina. Polus in lib contra Enrri cum 8. pro Ecclesiasticæ vnitatis defensione, lib. 1. fol. 9. in prin. Cenedo in quæst. pract. q. 45. nu. 21.
Y 1. Epistola cap. 2.
* Qua ratione fuit con-

F 2 sit

demnatus Michael Cerdã. dñs loci de Sobradiel, die 9. Septemb. 1575. in Curia D. Iust. Arag ad exilium vnius anni à ciuitate Cæsaraug. in proces. proc. fiscalis, super criminali, quod dixisset verba iniuriosa, & minatoria, aduersus Didacum de Funes Locumten. extraordinarium, in causa de Moçota, & Meçalocha post depositum officium. Z Glos. processisset in l. 1. C. de senten. passis. A Petrus de Bollo in auth. probat. sacrif. Missæ. p. 31. B In l. obseruandũ. ff. de offi. præsidis. C Cicer. epist. 1. ad Quintũ fratrẽ. c. quo rũdã, ad med. dist. 74. D Esther. c. 16. E Lib. 5. polit. c. 8. vbi Ferd. Rhoen. p. 118. col. 2. vers. nec cuiusuis.

sit cuiuscúmquè hominis ferre prosperitatem, datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos, qui dederunt, molitũ tur insidias: fictas, ac simulatas proditiones illis susurrando, zizanias, ac seditionum discordias seminando, insinuando aliquos ambitiosissimos ad Regni gubernacula, quibus non tam iucundum est, multos post se videre, quam graue, aliquem ante se: *f* quorum cupiditas vltra se porrigit, † & felicitatem suam non intelligit, quia 16
non vnde venerit respicit, sed quo tendat; *g* qui cum primum redempta commendatione, & aulico artificio gubernacula arripuerunt, semel obstrictos insinuationis auctoramento, tanquam Vicarios habent, tuendarumquè partium suarum institores, illos, quos decepe-runt, vel obsequijs, vel fucato quodam virtutis, ac peritię velamine, *h* dum loco Sapientiæ audaciam, & loquacitatem habent, sunt tamen vani, grauitatis experres, & vt spicę vacuę, ob leuitatem sursum attoluntur; vt de Galua dicebatur: *Maiorem priuato vissum, dum priuatus fuit, & omnium consensu capacem imperij, nisi imperasset*, sicut enim inter vacua vasa non facile discernere possumus, quod eorum integrum, quod vitiosum sit, vbi aliquid in eis fuerit infussum, statim apparet, quod perfluat: *i* ita isti infussam potentiam non continent, sed foras diffluunt, cupiditatibus, iris, arrogantijs, ineptijs, & opibus; & gloria elati, quasi capitis vertigine corripiuntur: quibus multoties vidimus fortunam (quę in altissima sede constitutis studiosius insidiatur, & quos beneficijs lustrat ad duriorem casum reseruat) eripuisse quod dedit, ac eandem gratiam, qua fuerunt abussi (Deo permittente) fuisse versam in odium, & ab eisdem Principibus, † à quibus amore complectebantur, odio habi- 17
tos: quia nec fortunam, quæ inuita teneri non valet, cum lubrica sit, & super rotundum lapidem constituta; pressis manibus tenuerunt, nec felicitati suæ fræna imposuerunt: vt Aman ab eodem Artaxerxe, k Lysimachus ab Alexandro, Scianus à Tiberio, (qui eum tantum extulit, vt ob nimiam potentiam suspectum coactus sit occidere,) *l* Gellius ab Augusto, Belisarius à Iustiniano, *m* qui è vili Tugurio mendicans, dicebat: *Date obolum Belisario, quem virtus extulit, inuidia obcecauit.* (Quæ eminentis fortunæ assidua Comes est) Aluarus de Luna à Ioanne Secundo Rege Castellæ,

F Seneca epistol. 74.
G Lib. 2. de benefic. cap. 27.
H Plutarch. lib. de doctrina Princip. tom. 1. moral. pag 231. & tom. 2. de animi tranquilitate, p. 317. Camillus Borrellus de Regis catholici præstantia, cap. 26. numer. 38. & 39. Guliel. Budæus in annotatio. in Pandectas, 1. par. pag. 59.
I Ex Plutarch. Ianus Gruterus in Cornel. Tacitum lib. 1 histor. p. 38. titulo Magistratus ostendit virum, sed & corrumpit.
K Esther vbi supra.
L Iustus Lipsius in notis ad lib. 3. politicor. cap. 11 vers. Nihil rerum mortalium, pag. 74. Sueton. in Tyb. in cap. 55. Dion. lib. 58. Guidus Pancirolus in vtraq; notitia, c. 5. fol. 7. pag. 1. vers. Augustus Seneca de tranquilitate animi cap. 11. Ioannes Chokier in thesauro aphorismorũ politicorum, lib. 5. cap. 5. exemplo 1. p. 320.
M Ioan. Orozco de Couar. in paradoxis, lib. 1. paradoxa 5. fol. 40. Petrus Crinitus de honesta disciplina, lib. 9. cap. 6. Ioannes Chokier vbi sup. lib. 5. cap. 6. exemplo 1. pag. 329.

Castellæ,

Castellæ, *n* & alij, quos cõsulto ommitto referre; *o* quorum exemplo admonendi veniunt † familiares Principum, vt ita se gerant, quod eorum moribus adsit affabilitas, non popularitas, quæ plerumquè Principibus suspecta est, existimantes suæ demptum gloriæ, quidquid cedit alienæ, sed faciles in adeundo se prębeant, & sit in eorum verbis vrbanitas, sine vlla in audiendo difficultate, in respondendo mora, nihil suæ industriæ tribuentes, *p* sed Principis fortunę, & prouidentiæ adscribant. Magnę enim imprudentiæ est, animi sui excellentiam cum Principis pręstantia conferre, & stultissimum prę eo velle videri, & perspicax, & prudens, & circunspectus. Et ita nemo eis inuidebit, quos prosperis rebus affluentibus, moderato animo conspexerit; nec Princeps odio prosequetur, quos nec se ingenio præstare, nec obligatione rei bene gestę obstrictum sentiet, cum gratia, & amicitia Principum periculosior ab aliquibus sit iudicata, quam odium, & amor facilius dissoluatur, quam nascatur, maxime in Regibus, quorum voluntates (vt inquit Salustius) *q* vt vehementes, sic mobiles, sępe ipsæ sibi aduersæ, & cum Claudiano *r* dicere possumus.

Desinat elatis quisquam confidere rebus,
Instabileque Deos, ac lubrica numina discat.

Cum vt inquit Seneca *s* sępe inter maximã, & vltimam fortunam nihil interfit, & per maxima pericula peruenitur ad grandius periculum, egre namque conscenditur ad eminentem statum, anxie ibi consistitur, grauiter inde, & repente descẽditur, vnde his qui in sublimi sunt loco constituti suadet Ouidius. *t*

Tu quoque formida nimium sublimia semper
Proposiiquè prector contrahe vela tui.

Quia vt inquit Spiritus sanctus, *u* *Qui altã ædificat domum suã, quærit ruinam*, & ideo suadet, *x* *Quod si mel inueniſti comede, quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud*: Sed aliqui, ne gratiã Principum parui pẽdere videãtur, labores aulicos, vsq; ad vltimũ vitę spiritũ ferre nõ recusant; vt fecit ille familiariũ Regũ typ⁹ & exẽplar Princeps Rui Gomez de Silua, qui gratitudinẽ beneficiorũ à Regę Philip. *y* aceptorũ, pprię quã desiderabat quieti domesticę prętulisse fertur:

N Iustus Lipsius vbi proxime Rodericus Sancius, in histor. Hispan. 3 par. c. 32. & 33. Volaterranus in geograf lib. 2. col. 33. in fin. Baptista Fulgosius factorum, & dictorum memorabilium, lib. 6. cap. 11 Ioannes Chokier vbi supra, lib. 5. cap. 6. exemplo 5 pag. 331.

O Refert Petrus de Ribadeneyra, en su institucion del Principe Christian, c. 28. vers. No se fie, pag 430. & seq. Hieron. Zurita lib. 9. de sus annales cap. 57. Iulius Anton. Brancalasus in sua Philosophia Regia, lib. 21. enel labirinto de corte, cap. 1. dela lastima de los priuados, §. 2. & 3. & §. 6. n. 6. & c. 3. causa de la desprivança, §. 2. per tot.

P Ioannes Chokier lib. 5. aphorismorum politicorum, cap. 5.

Q In bello Iugurth.

R In Rusin. p. 76. lib. 2.

S lib. 6. de benefic c. 23.

B. August lib. 8. suarũ confessio. c. 6. Oña en sus pastrimerias, p. 250. & pluribus Ioannes Chokier in thesaur. aphorismorum lib. 5. cap. 7.

T Tristium elegia 1.

V Prouer. c. 17. num. 16.

X Prouer. 25. nu. 16

Y Iulius Antonius Brancalasus in philosophia Regia, lib. 21. en el labirinto de Corte, cap. 5. §. 3. n. 5. & cap. 8. §. 3. vers. Rui Gomez de Silua, p. 93.

Sed prouocandi sunt filij ab infantia ad dilectionem Regis, instituendiq; quomodo honorare, & obedire Regi, eiusq; consiliarijs, domesticis, & magistratibus oporteat: ne irati Reges (quorum indignatio nuntij mortis) si viderint se, [a] vel sua mandata contemni, quod nulla ratione pati debent, manu forti, & potenti eos vindictæ appetitu, vel maiestatis conseruandæ causa puniant. Vt fecit noster Rex Ramirus, † qui, cum irrisui Aulicis esset, 19
ad extremum exarsit, & vndecim viros nobiles, ad se vocatos, gladio percuti iussit, vt re ipsa ostenderet, periculosum esse leonem vellicare: [b] sed veri vassalli, † & natu 20
rales, quales nos sumus, debent Regi suo obedire, ac honorem, & reuerentiam impendere, [c] non metu pœnę, neq; spe remunerationis, sed sola naturali debitæ fidelitatis obligatione deuicti, in quo nullam exercent liberalitatem, cum ad id prestãdum sint necessitate astricti. [d] Multis de causis maiestatem Regiam † cerebro com- 21
parauimus. Primo, quod cum illud cęterorum mẽbrorum sensationis causa sit, ipsum tamen non sentiat: ita Regia maiestas omnium subditorum vtilitatem curare debet, sed non propriam. Secundo, quia sicut in eo residet præcipua sedes animæ viuentis: [e] ita in hac maiestate consistit vita, & salus totius corporis politici, & quæmadmodum anima, tam totum corpus, regit, atquè gubernat, quam totius corporis omnes artus viuificat: sic & Principis authoritas cunctis in vniuersum sibi subiectis, ac singulatim vnicuiquè, siue sint nobiles, siue ignobiles, siue pauperes, siue diuites, debet adesse pręsens: ita fiet vt membra omnia, suis veluti neruis, connectantur, & quod ob sui capitis tuitionem † (sicut faciunt serpentes) cuicumquè se exponere periculo non dubi- 21
tent, [f] vt fecerunt Persæ, [g] qui vt Xerxem imminenti periculo liberarent, & Nauim in qua ipse in Asiam vehebatur leuarent, sese in mare conieceruntAd quod adduci potest illud Thomæ Mori [h] Epigrama.

Totum est vnus homo Regnum, idque cohæret amore,
Rex caput est, populus cætera membra facit.
Rex quot habet ciues (dolet ergo perdere quemquam)
Tot numerat partes corporis ipse sui.
Exponit populus sese pro Rege, putatq;
Quilibet, hunc proprij corporis esse caput.

Tertio,

Z Ægid. Roman. de regimine Princip. lib. 3. 2. p. c. 35. Iabel politi. christianę, tract. 5. c. 3. p. 710.
A Prouer. c. 16. vers. 14.
B Post Roderic. Sanciũ, meminit Iustus Lipsius, in lib. 2. ciuil. doctrinę in notis ad c. 17. vers. Conuicia si irascare.
C B. Petrus epist. 1. c. 2. Anton. August. in epitome iur. pontifi. veter. lib. 10. tit. 7. c. 2 p. 605. ex Cõcil. Paris. sub Ludouico, & Lothario, lib. 2. c. 8.
D Afflict. decis. 307. nu. 8. & 16.
E Cap. nulla. 93. dist. Galenus 1. regiminis acutorum, Casanc. in catalog. glor. mundi, p. 12. consideratione 46.
F Anton. August. in epitome iur. pontifi. veter. 1. p. lib. 10. tit. 7. subditi Regi obediant, & opem ferant. cap. 8. ex Concil. Parisiens. sub Ludou. & Lothar. lib. 2. cap. 8. in fin. Epiphanius in phisiologo cap. 15. Guillelmus Benedictus in cap. Rainutius, verb. condidit, el 1. n. 33. in fine de testamentis.
G Brisonius de Regio Persarum Principatu, lib. 1. p. 33 vers. proferam, ex Herodoto lib. 8.
H Refert Simancas de republica lib. 3. cap. 7.

23 Tertio, quia sicut tres sunt operationes, † & officia præcipua cerebri, scilicet dirigere membra in operationes suas, cum in eo vigeat sensus, & imaginatio, necnon animare, & influere: ita regia maiestas dirigere debet subditos iustis legibus, *i* in bonos plurima beneficia conferendo, vt illis fiat amabilis, & ab eo vitam, & libertatem habere fateantur: improbos verò pœnis coercendo, vt istorum reprimatur audacia, & illorum tuta sit inter improbos innocentia. Animare quoque debet leges, vt obseruentur, potentiamque, & authoritatem in magistratus, earũ executores, influere; vt, vultum potentum nõ extimescentes, facilius eas exequantur: in quo vera magistratus authoritas consistit, parum enim interest, in Republica optimas esse leges constitutas, si executioni non tradãtur. Regalis denique maiestas iniquos fugat, insolentes castigat, obtrectatores despicit, bonos præmiis afficit, atque fouet, & in cunctos influit vitæ & honoris alimẽta, veluti in naturali corpore caput. Quar-
24 tò residet in cerebro, sicut in arce † tres animę potentię; *k* scilicet, memoria, intellectus, & voluntas: ita regia maiestas debet esse memor beneficiorũ Dei, & quod quanto, eius gratia, in altiori culmine dignitatis, in subditorũ vtilitatem fuit constitutus, tanto magis Deum, & subditos diligere debeat, memor quanta illi tempore belli, & pacis ei seruitia præstiterint, immemor tamen iniuriarum (sicut Iulius Cæsar, qui à Cicerone laudatur, *quod nihil obliuisci soleret, nisi iniurias*), quia excelsi animi est, nunquam irritari iniuria, nec se sentire percussum; *l* facit enim se dignum contumelia videri, dum vult ea indignus probari, *m* & fortior est, qui se, quam qui fortissima vincit mœnia, neque enim immanis, & generosa fęra ad canis latratum mouetur, vt canit Ouidius: *n*

Quo quisque est maior, magis est placabilis iræ,
Et faciles motus mens generosa capit,
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,
Pugna suum finem, cum iacet hostis habet.
At lupus, & turpes instant morientibus vrsi,
Quæcumque minor nobilitate fera est.

Et hoc suasit Virgilius *o* Romano Imperatori his verbis:

Parcere subiectis, & debellare superbos.

Prętera, residet intellectus in cerebro, quem quoad religionem (quæ in omnibus primum locum debet obtinere) *p* maiestas regia, sicut cętera omnia corporis politici

I Bart. in tract. de regimine ciuitatis, n. 9.

k Aristot. lib. 1. de histor. animal. cap. 15. Celius Rodigin. lib. 2. lection. antiquar. cap. 23. & lib. 11. cap. 13. Macrobius lib. 1. in somnum Scipionis, capit. 6.

L Petrus Aerodius rerũ iudicatarum, lib. 7. titu. 1. cap. 1.

M D. Ambrosius 1. offic. c. 6.

N lib. 3. tristium, eleg. 5. pluribus prosequitur Ioã Chokier lib. 5. aphorismorum politicorum, cap. 8. & 9.

O lib. 6. Aeneid. p. 261. Faber in procem. institut. verb. Pius. Orozco de Conarru. lib. 2. emble. 16.

P Vt latissime contra Machiauelum & alios, prosequitur Petrus à Ribadeneyra en la institucion del Principe christiano per tot. lib. 1. & alij infra referendi.

politici membra, tenetur captiuare in obsequium fidei, iuxta sacrorum Canonum, & æcumenicorum Conciliorum decisiones, ac sanctorum Patrũ sententias: quoad politicã vero corporis politici administrationẽ, leges seruare, negotiaque, tam gratię, quàm iustitiæ consilio sapientum, & peritorũ, ac expertorum virorum, circa vniuscuiusque prouinciæ & regionis leges, consuetudines, & ritus expedire. Residet etiam in eo voluntas, qua amore prosequi tenetur Deum, & populum, sibi subditum, Reipublicæ prosperitati, augmento & paci totis viribus incumbens; irascibilem, & concupiscibilem ex ea originem trahentes, causamque absolutę potestati (imó & dissolutæ tẽpestati) præstantes frenans, cohibensque â malo, & trahens ad id, quod bonũ & æquum est. Tribuitur etiam cerebro sedes sẽnsus communis, cui species, à sensibus exterioribus perceptę, comittuntur, apud seq; retinet, & conseruat, repręsentatque memorię, ne in expeditione negotiorum (maxime si serioſa sint illa, & ad publicam vtilitatem pertinentia) retardetur, & differat: cum soleat hoc, maxima corporis Reipublicę incommoda, & detrimenta afferre: *q* licet aliquando negotiorum qualitas cunctationẽ requirat, & is, qui de salute publica agit, cunctatorem esse oportet, vt de Fabio Maximo ex Ennio tradit *r* Cicero. *s* Sed prius deferet in intellectum, vt ea, secundum dictamẽ rationis, quid æquius, magisq; conueniens Reipublicę, aut vtilius sit discernat; necnon in voluntatem, vt secundum id quod intellectus decreuerit exequendũ, eligat; & in memoriam, vt in executione eius rei, quam maturè, & consultè decreuit intellectus, & voluntas elegit, non sit tardus, sed velox, & præceps, cum semper intellectus, quod verum, vel sub ratione veri, & voluntas, quod bonum, vel sub ratione boni, tanquam sua obiecta amplectantur. Inuoluitur prętęrea hoc cerebrum duabus meningibus, † quarum altera, magis cerebro adhærens, vocatur à Medicis pia mater: altera verò, quæ magis à cerebro distat, vocatur dura mater. Quę duę meninges, regię maiestatis misericordiã, & iustitiã demõstrant; quarũ vtraq; debet Princeps supremus ita inuolui, lenitatemq; cũ seueritate cõiũgere, vt (quasi vinũ, & oleũ simul infundẽs *t*) nec multa asperitate subditi exuberẽtur, nec nimia benignitate soluãtur, cum *u* (vt inquit D. Chrisost.) *Iustitia sine misericordia nõ sit iustitia, sed crudelitas; & misericordia sine iustitia nõ sit misericordia, sed fatuitas.* Atque ita debet intelligi illud

Q Ayala de iure belli & disciplina militar. lib. 2. c. 6. n. 2.

R Lib. 12. annal.

S In lib. de senectute.

T Lucæ cap. 11.

V Latissime Petrus Faber lib. 3. semestrium, capit. 17. & 18. Nicolaus Vlesius lib. 4 de Republ. cap. 6 Bobadilla in politica lib. 3. cap. 12. nume. 6. & seq 10. & 15. Ayala de iur. belli & disciplil. militar lib. 2. cap. 4. nume. 4. Iustus Lipsi. 2 politicorũ, cap. 13. Belluga in Speculo, rubri. 11. §. compendiose, à nume. 1. cum seq. facit cap. disciplina, 45. distinct. late & elegãter pluribus exemplis comprobat; & notis prosequitur Ioannes Choxier in thesauro aphorismorum politicorum lib. 2. à cap. 5. cũ quatuor sequentib. Cyrillus in summa criminali, rubri. 2. §. 4.

Ecclesiast

Eccleſiaſt. x *Noli eſſe iuſtus multum*, & paulò ante: *Iuſtus peribit in iuſtitia ſua*. Sed vt inquit Seneca: y

Qui amare vult, languida regnet manu.

Quia, vt inquit Cicero: z *Et monuit, ac ſuaſit Periander, a malus eſt cuſtos diutur nitatis metus, contraq́, beneuolentia fidelis ad perpetuitatem.* Quod ſi benignitas, & manſuetudo careat animi fortitudine, & zelo iuſtitię, non benignitas, ſed puſillanimitas erit appellanda. Vnde, hæc inter ſe ita concordari oportet, vt beneuolentia, & benignitate erga bonos vtatur, iuſtitia, & fortitudine prauos corrigat, vt hi eum timeant, illi diligant: b duriores namque morbi mordaci curatione indigent, ſecari enim oportet membrum, ne totum corpus intereat. Sed ita, (vt inquit Marcellus c I.C.) vt ne quid durius, aut remiſsius conſtituatur, quam cauſa deposcit, non enim aut ſeueritatis, aut clementię gloria eſt affectanda, ſed in leuioribus proniores ad lenitatem, in grauioribus ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi; non enim eſt crudelitas, crimina pro Deo punire, ſed pietas: d & licet moleſtus videatur medicus furenti phrenetico, & pater indiſciplinato filio, ille ligando, hic cędendo, ſed ambo diligẽdo: (quemadmodum haſtiliam detortã adhurimus, nõ vt frangamus, ſed vt corrigamus;) quos ſi negligant, & corrigere prætermittãt, iſta mãſuetudo falſa, potius crudelitas eſt: Non tamẽ tam Manliana legum imperia ſunt probanda, vt ſicubi in leuiſsimis parum obtemperetur, illico (vt dicebat Thomas Morus e) ſtringãt gladiũ, quia *qui vehementer emungit, eliciet ſanguinem.* f Vnde in prouerbium abiit: g *Summum ius, ſummam eſſe iniuriã.* Neque etiam tam ſtoica ſcita, vt omnia peccata adeò exiſtimẽt paria, vt nihil iudicent intereſſe, occidat ne aliquis hominẽ, an gallum gallinaceum, inter quę, ſi quidquam æquitas valet, nihil ſimile, aut affine: quare neque omnia pariter puniri, neque omnia remitti oportet; cum vbi totũ punitur, regia ſeueritas crudelitate polluitur, vbi vero totum remittitur, facies maieſtatis ſine metu diſciplinę contemnitur. Quod vt intelligatur, inter iuris aſperrimi rigores æquitati & benignitati locum fore, diuina quadam mente euenit, vt inter leonem, & ſcorpium

X c.7.& c.poteſt.23.q.4 & c.ſerpens, de pœniten. diſt.1. & c. plerumque, 2. q.7. Tiraq. de vtroque retract. §.35.n.13. gloſ.1.

Y Tragedia 3.

Z Lib.2. officiorum.

A Diogenes Laert. in eius vita. Alexan. ab Alex. dierum genial. lib.2.c.32 in princip. verſic. Atque hic, pag.267.

B Oroſco de Couarru. lib.3. emble.30. Elegantiſsime S. Petrus Damianus tom.1. lib.7. ad ſeculares Principes, epiſt.11. & 12.

C l. reſpiciendum. ff de pœnis. Petrus Gregor. de Republi. lib.22. cap.8. num.11. Menoch. de arbitrar. quæſt.90. nu.38. Cephal. conſil.39. nume.37. Magon. deciſ. Lucenſ.30. num.35. & deciſ.36, nume.20 l. Pedius, ff. de incend. ruina, &c. cap. diſciplina, cap. omnis, c. vera, 4. diſtinct. Ioannes Choki. aphoriſmo.c.6. per tot.

D cap. legi, 23.q.8. c. officia, cap. non eſt iniquitatis, 23.q.5.

E de optimo Reipubli. ſtatu, deq; noua inſula Vtopia. Arnoldus in tracta de æquitate iuris, tito.15. num.7. & titu.18. n.8.

F Prouerbior. cap.30. in fin.

G Ex Cicerone 1. officiorum. & Terenc. Budæus in annotatio. ad l.1. ff. de iuſti. & iur. pag.15. cap. ſerpens, de pœnitent. diſtinctio.1.

pium,virgo,& libra ſitæ ſint: *h* quaſi gemino ſepto miſericordię iuſtitia incluſa ſit,vt notat B. Ambroſius ſuper illud Pſalmi, *i Miſericors, & iuſtus Dominus,& Deus noſter miſeretur.* Rex ergo optimus † omnibus debet eſſe be- 26
nignus,ſed nemini blandus,ne eũ malum eſſe expediat,dum nimium dici bonum,& benignum ſtudet;quia clementiæ duo extrema vitioſa opponũtur, ſcilicet crudelitas per exceſum, & nimia lenitas per defectum, *k* quod vitiũ prouenit ex nimia alieni mali compaſsione;cùm fortuna & calamitas, quam quis patitur,non cauſa ſpectatur;paucis familiaris,ne nimia familiaritas,& ęqualis conuerſatio pariat dignitatis cõtemptum: *l* ad iracundiã tardus,quaſi inuitus ad caſtigandum veniens,non tam volens punire delicta,quàm tollelere,&amputare membra,quæ ſine totius corporis pernitie,illi adhærere nõ poſſunt; *m* ad vindictam lentus,ita vt vnius ſupplicio multorum improbitatẽ coerceat,& pœna ad paucos,metus ad omnes perueniat,vt fulmina, quæ paucorum periculo cadunt,omnium metu:ad clementiam pronus;in aduerſis firmus; & in proſperis cautus: magnanimus,pecuniæ contemptor: haud obnoxius affectibus,ſibi ipſi imperans:dominans voluptatibus:ratione vtẽs, acri iuditio, perſpicax,& circumſpectus,valens conſilio,iuſtus,ſobrius,numinum curam agens,hominum negotia curans,magna cogitans,conſtans,facilis aditu,pacis amãs,comis in congreſſu, cõmodus alloqui volẽtib⁹,induſtrius cõfector negotiorũ, ſolicit⁹ pro his,quib⁹ imperat: qui ducẽ agere,& ſtrenue bellũ gere re,necnõ leges ſalutares cõdere ſciat,& omnib⁹ prodeſſe,&nulli nocere curet: ac deniq; talẽ eſſe,vt ridẽs timeri,&iratus poſsit amari,ita vt ira(etiã cũ delinquẽtiũ culpas exquirit) non præſit menti quaſi domina, ſed poſt rationis tergum velut ancilla famuletur,vt ad faciem iuſſa veniat, *n* ita vt nec facilitas authoritatem,nec acerbitas amorem diminuat:ſed ſic alterũ condiatur ex altero, vt & boni habeant amando quod caueant,& praui metuendo quod diligant. *o* Cuius rei exemplum † Roma 27
ni dedere *p* in inſignibus &faſcibus ipſis,neq;enim ſolutæ erant ſecures,ſed alligatæ virgis, vt, ſi quem ferire Prætor imperaſſet,mora ipſa gladij expediendi ſubrogaret acerbitati clementiam; cùm iſtę duæ res potiſsimum † ſint, quæ ſubertunt Imperia, odium ſcilicet, & contemptus:odio opponitur beneuolentia;contemptui authoritas. Itaque Principis partes erunt, diligenter obſeruare, quibus beneuolentia, & authoritas 28

paren-

H Conſiderat Forcatulus in dialog. ſpheræ legalis,nume 108. & Luys Valle de la Cerda en ſus auiſos de eſtado.conſideratio.11.fol.60.pag.1. verſic.Y no ſin cauſa.

I 114.Dilexi.

k Leſius de iuſtitia & iure,lib.4.cap.4. dubitatione 5.num.42. & duobus ſequentib. pag.784.

L Petrus Aerodius rerũ iudicatarum,lib.6. titu.5. cap.5.1 obſeruandũ,de officio.Præſidis.

M Seneca de prouidentia,cap.3.& lib.1. de ira, cap.5. Caſiadorus 1.variarum,cap.30.

N Ex B.Gregorio in epiſtola ad Recared. Regem Anton. Auguſtin. in epitome iur.Pontif.veter. lib.10.tit. 2. c.8 &c.13

O B.Grego.epiſto.8.libro 9.

P Petrus Aerodius rerũ iudicatarum,lib.2.titu.9. cap.12.

parentur; contemptus, & odium (quod facilius omittitur, quam excitatũ plã
29 cetur) vitentur: & omni cura, † & cogitatione saluti populi studeat, in regẽdo cor solicitum, in operando facta modesta, in decernendo iuditia iusta, in conquirendo studia parca, in conseruando vota syncera, in parcendo pectus promptum habeat, & tanto gloriam regni cum felicitate retentet, quanto iura regiminis, & mansuetudine conseruauerit, & equitate direxerit; ita vt, religione Deum, pietate patriam, charitate propinquos, liberalitate egenos, clementia singulos, iustitia vniuersos complectatur. Tunc itaque vere Rex est, & potentia maximus, si culmen Regiæ dignitatis sanctæ religioni subjiciat, si magis in timore seruire Deo, quàm in tumore dominari populo delectetur, si in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas potestatem, si se magis diligendum, quam metuẽdum cunctis exhibeat, si subiectis salubriter consulat, si iustitiam sic teneat, vt misericordiam non relinquat; si præ omnibus se sanctæ matris Ecclesiæ meminerit filiũ, & eius paci, atque tranquillitati prodesse suum principatum faciat, magis enim propagatur regnum, dum ecclesiastico statui consulitur, quam cùm in parte quacũque terrarum pro temporali securitate pugnatur. *q* Sed
30 vicinior, † & amicabilior debet esse maiestati Principis misericordia, & clementia, *r* sicut pia mater cerebro: melius est enim Deo de misericordia rationẽ reddere, quam de nimia seueritate, *s* vt sensit Ouidius *t* his verbis:

Sit piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox,
Quiq; dolet, quoties cogitur esse ferox.

Cùm hęc sit prima, & pręcipua regũ dos, nullumq; magis deceat esse clementẽ, quam Principem, â cuius cõspectu, dicebat Titus Vespasianus, neminẽ oportere tristem discedere: quod Theodosius Honorio filio apud Claudianum *u* salubriter consuluit his verbis:

Sis pius inprimis, nam cum vincamur in omni
Munere, sola Deos æquat clementia nobis.

Et alibi: *x*

Diis proximus ille est,
Quem ratio, non ira mouet, qui facta rependens
Consilio punire potest mucrone cruento.
Se iactent alij, studeant feritate timeri,
Abductoq; hominum cumulent ærraria censu.

Q Simancas lib. 3. de Re publi. cap. 10. num. 15. & ex pluribus Concil Anton. Augustin. in epitome iur. Pontif. veter. lib. 10. tit. 2. c. 14.

R l. fin. ibi, Nihil tam peculiare Imperialis maiestatis, C. de donatio. inter virum. Petrus Faber lib. 2 semestrium, cap. 2. Petrus Aerodius rerum indicatarum, lib. 7. cap. 5. & 10. titu. 1. Ayala de iure belli & discipli. milita. cap. 1. num. 15. pluribus exornãs Iustus Lipsi. ciuil. doctrinæ, lib. 2. cap. 12. & 13; Camil. Borrel. in additio. ad Bellug. in directione operis, verb Benignus, & rubri. 8. verb. Pietatem, & clementiam. Petrus de Ribadeneyra en la institucion del Principe christiano, lib. 2. cap. 18. & 19 Villadiego in prolog. del fuero juzgo, l. 3. glos. 1.

S cap. alligant, 26. q. fin. cap. vsque adeo, 33. distinct. cap. licet, 45. distinctio. Et pluribus sacræ paginæ authoritatibus comprobat Didacus Lopez de voto, quæst. 6 num. 68

T 1. de ponto, eleg. 3.

V In panegyri in 4. Cõsulatu Honorij.

X In panegyr. in Consulatu Manlij Theodori, pag. 208.

Hocque rerum omnium opifex, & parens naturę demonstrasse videtur, dum Regem Apum sine aculeo exarmatum esse voluit, quod si dedit, vsum tamen eius negauit, y iuxta illud Alciati. z

Vesparum quod nulla vnquam Rex spicula figet,
Quodq; aliis duplo corpore maior erit,
Arguet Imperium clemens, moderataq; regna,
Sanctaq; iudicibus credita iura bonis.

Hoc etiam docuere Philosophi, & Poetę, dum maximum Deorũ Iouem solum, prodesse, cæterorũq; Deorum consilio fulmina mittere affirmant, quod etiam significarunt Aegyptij, dum sceptra regia in summa parte ciconię capitibus insignita faciebant, inferiori verò, vngulam Hyppopotami subjicientes. a Ex quo clementiæ bono extollitur Alexander apud Græcos ab Erodiano, apud Latinos, à Lampridio: ex eo denominatus est Antoninus Pius, & Cęsar à Cicerone laudatur, & à Virgilio b Aeneas his verbis:

Rex erat Æneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis,

Et ipsemet:

Sum pius Æneas, raptos qui ex hoste penates
Classe veho mecum.

Nostrique Hispanię Reges à Claudiano c illis verbis:

Quid dignum memorare tuis Hispania terris,
Vox humana valet
Diues equis, frugum facilis, pretiosa metallis,
Principibus fœcunda piis, tibi secula debent
Traianum, &c.

Et noster Rex Alphónsus, d cum argueretur, quod nimis mitis, ac lenis esset: *Malo* (inquit) *multos mea clementia, & mansuetudine seruare, quàm paucos mea seueritate perdere.* Et Paulus Iouius e inquit: *Moserit Hispaniæ Regibus, eos indulgenter obseruare, à quibus coli, quam metui mallent.* Ita fiebat, vt nobili pudore, potius quàm terrore regiæ potestatis adducti, imperiis, & legibus parerent: ingenia enim nostra, vt nobiles, & generosi equi, melius facili fręno reguntur, cum vt inquit Conc. Tridentinum: f *Sæpe plus erga corrigẽdos agat beneuolentia, quam authoritas, plus exortatio quam comminatio, plus charitas quam potestas:* & misericordia, & veritas custodiant Regem, ac roboretur clementia

Y Paris de Puteo in tract. de sindicatu, titu. de excessib. Regum. in princip. num. 9. Simancas de Republi. lib. 3. cap. 10. nume. 7. & cap. 17. num. 27. Seneca lib. 1. de clemencia, id Neronem, cap. 19. Basilius Magnus in exameron, homel. 8. Pierius Valerianus de sacris Aegyptiorum literis, lib. 26 pag. 240. E. Cokier in thesauro aphorismorum politicorum. lib. 1. cap. 13 exemplo 13.

Z Emblemat. 148. vbi schol. Claud. Minois, pagi. 626.

A Pier. Valerianus de sacris literis Aegyptiorum lib. 17. pag 158. & lib. 29 versic. Id quod tantæ, pagi. 271.

B Aeneid. lib. 1.

C In laudem Serenę v. xoris Stiliconis, pagina 275.

D Panormita. 2. de eius gestis.

E lib. 42. suæ historiæ, pagi. 555. refert Simancas de Repub. lib 9. cap. 5. à num. 1.

F Sess. 13. de reformatione, cap. 1.

mentia thronus eius: g sicut, à contrario mendaciis, & crudelitate deprimitur: quia Princeps, libenter audiens verba mendacij, omnes ministros habet impios; h quo sensu potest illud vulgare dictum defendi, quod beatæ sint ciuitates, vbi aut Philosophi imperant, aut Principes philosophantur; cùm Philosophia vbique veritatem defendere iubeat. Inde Solon i apud tyrannum, qui sibi multum honoris, gratięque offerebat, manere noluit, dicens, quòd qui apud tyrannum manet, eiusque placitis iniustis adulando assentit, Philosophiam dediscat, eiusque præceptorum obliuiscatur necesse est, quibus traditur, magis Principem curare debere, quomodo subditis amabilis reddatur, quam terribilis. Erit ergo optimum Principibus consilium, quod sic se gerant, vt volentibus præsint, nam inuitis dominari tyrannorum est proprium, non Regum: k & quod violentum est, perpetuum statum stabilire nequit. l Præterea, circundatur cerebrum † craneo durissimo, quod fortitudinis virtutem
31 ad tuendum Principem, eiusque maiestatem conseruandam, maxime necessariam denotat, qua in aduersis non cadat, sed cęteris omnibus virtutibus concomitata, maxime Dei timore, in quo fiducia est fortitudinis, constantem, vniusque aspectus, tam prosperis, quàm aduersis Princeps se ostēdat, m cuius nec lęta extollant animū, nec tristia frangant, nec nouercanti fortunę cedat, vt Rex noster Philippus, cuius tanta erat oris, oculorum, & totius vultus constantia, & quasi perennis quędam serenitas, vt cum res, seu lętas, seu acerbas acciperet, vultu nunquam mutabatur: quod idem de Carolo eius patre fertur; n & in filio hanc fortitudinis virtutem hereditariam, paternam, & auitam continuari perspeximus: cum huius virtutis sit officium † superbiam retundere, & desperationem arcere, hoc est, moderari formi-
32 dines, & confidentiam, & illa sola (vt inquit Diuus Ambrosius o) omnium virtutum ornamenta defendit, & iustitiam custodit, & inexpiabilis prelio aduersus omnia vitia decertat: inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduersus voluptates. Sunt etiam in cerebri medulla tres cellulę, † in parte anteriori, posteriori,
33 & media: in quibus pręsentia aduertuntur, & ordinātur pręteritorū recordatur, ac futuris prouidētia medetur: quę denotāt prudentiā politicam, seu ciuilē, maxime in

G Prouerbior. cap 20. versic. 28. ex pluribus Concil. Antonius Augustin. in epitome iur Pontif. veter. lib. 10. titu. 2. cap. 1. pag 597.

H Prouerbior. cap. 29. versic. 12. Petrus Gregorius de Republ. lib. 22. cap 7. per tot. Simancas de Republ. lib. 3. cap. 13. num. 1.

I Diogenes Laertius in eius vita.

k Petrus Gregorius de Republ. lib. 22. cap. 8. nume. 4. Iabellus in epitome politicorum, tract. 4. cap. 4. versic. tertio, pagi. 226.

L Ex Nazianzeno oratione 5, Simancas dicto cap. 12. num. 15.

M Iabellus in epitome, lib. 3. ethicorum, tracta. 2. cap. 1. & 4. & per tot. pag 43. & 46. Petrus de Ribadeneyra en la institucion del Principe christiano, lib. 2. capi. 34. & 35. cum seq. 37. & 38.

N Ioannes à Chokier in thesauro aphorismorum politicorum, cap. 16. exemplo 11. pag. 165.

O lib. 1. Officiorum.

horum † animaduersione cõsistere, p quę est oculus ani 34
mę, & imperantis propria, & vnica virtus, Principis ma
iestati, tamquam sal, & condimentũ cæterarum omniũ
virtutum, maxime necessaria, q cùm illa sit, quæ consi-
lium ministrat, fortitudo vires, illa iubet, fortitudo iussa
perficit, illa difficultates prospicit, fortitudo illas fran-
git; ac denique illa est, quæ pręit, & ducit ad recte impe
randum, sitque norma verę gubernationis, quidque a-
gendum, quidque fugiendum sit docet, ad instar Iani,
primi Ręgis Italiæ, cuius vt summam prudentiam † an- 35
tiqui significarẽt; alij quadruplici, r ad quatuor anni tẽ
pora, & qualitates se referentes; & ideo Latini prudentẽ
hominẽ quadratũ appellant, sed nostri Aragonenses ex
quadruplicis .F. obseruatione, videlicet Fidei viuę, Fi-
delitatis verę, Fori, ac Firmę; quibus Deum, Regem, ac
Patriam venerantur, ac colunt. Alij tamen s gemina frõ
te depinxerunt, qua & pręterita, & futura prospiciebat,
iuxta illud Alciati t emblema:

Iane bifrons, qui iam transacta, futuraq; calles,
Quiq; retro sannas, sicut & ante, vides:
Te tot cur oculis; cur fingunt vultibus? an quod
Circumspectum hominem forma fuisse docet?

Istud enim est sapere, vt dicebat Terentius, u non, quod
ante pedes modo est, videre, vt ordinet: cùm ista virtus,
non solum sit lumen illuminans intellectum, vt sciat
quid, quando, & qualiter sit agendum; sed etiam cale-
faciat affectum, & moueat voluntatem, vt appetat bo-
nũ post iudicium, & fugiat malũ. Secundò ad illam spe-
ctat, etiam illa quę futura sint, prospicere, vt prouideat,
idest procul videat, ad hoc, vt si illa bona sint, sciat mo-
derari; & si mala, sustinere: cùm minus iacula feriãt, quę
pręuidentur, & tanto quisque minus aduersitate, quan-
to contra illam pręsciendo paratus inuenietur, vincitur
quia (vt inquit Seneca) *Prouidentia, vel mala futura*
vitat, vel temperat, vel animum præparat, vt ea leuius fe-
rat. Vltimò, debet pręteritorum recordari, vt quæ
vel

P Iabellus Philosophiæ christianæ, 2. p. tracta. 4. à cap. 1. cum sequen. late à pag. 431. vsque ad pa. 436 & in epitome lib. 6. ethicor. tracta. 2. cap. 4. pagi. 82. & in morali Platonica, tracta. 5. cap. 4. p. 6 pag. 307. Ioann. Botero lib. 2. de la razon de estado en los capit. de la prudencia. late Vincentius Balbacẽsis in Speculo morali, lib. 1. p. 3. distinctio. 36. cum seq. Casane. in cathalog. glorię mundi, p. 12. consideratio. 38. Menochi. de arbitrar. casu 426. num. 6. & sequen. glos. prouidentia, in §. 1. in procem institutio. Petrus de Ribadeneyra en la institucion del Principe christiano, lib. 2. capi. 31. cum duobus sequẽtib. In quibus locis, & in genere, & in specie, plura de prudentia, & eius præceptis referuntur. Azor institut. moral. 1 par. lib. 3. cap. 26. ver. Prudentiæ verò, pag 190. & capi. 29. ver. Secundo quæritur, pag. 198. Lelius Zechius de principatus administratione, lib. 1. cap. 6 à num. 3. cum seq.

Q Cerdan de Tallada in veriloquio, c. 1. pluribus exornans Iustus Lipsi. ciuil. doctrin. lib. 1. cap. 7. & seq & lib. 3. c. 1. & seq. & lib. 4. c. 1. & 2. Petrus de Ribadeneyra en la institucion del Principe christiano, lib. 2. c. 23.

R Pierius Valerian. in suis hieroglificis, lib. 32. titu. quadrifons, in princ. & verb. Quatuor anni qualitates.

S Petrus Crinitus de honesta disciplí. cap. 10 Rosinus antiquita Roma. lib. 2. cap. 3 pag. 41. F. Polidor. Virgil. de inuen. rerum, lib. 2. cap. 3. versic. Sed iste. Pierius Valerian. de sacris Aegyptior. liter. lib. 32. pag. 296. F. & 299. A.

T Emblem. 18, vbi schol. Claud. Minois, pag. 95.

V Adelph Scœna 3. actu. 3. versic. 32.

vel experientia consequutus est, vel lectione librorum agnouit, reducendo in memoriam, recte rebus agendis consulat; nam prudentiam vsus genuit, & mater memoria peperit, cum ex memoria præteritorum, quæ legimus (maxime in historiis, quæ prudentiæ, & sapientiæ initium præbent) quæ audiuimus, vidimus, experti sumus, ex intelligentia præsentium, & prouidentia futurorum cum ratione, vsus prudentiæ, in consultando, & iudicando deducatur: x qua ratione Augustus Cæsar codicem habebat, quem *Breuiarium Imperij* veteres appellabant, quod & Alexandrum Seuerum, & Assuerum
36 y & nostrum † Philippum (iure optimo prudentis titulo condecoratum) habuisse constat, in quo debent Principes, & accepti, & expensi compendia, necnon etiam publicarum actionum, quæ geruntur, ac subditorum, virtutibus, scientiis, artibusque illustrium nomina, breuissimis tabulis comprehensa, apud se retinere: quas sæpius intuendo, & suos prouentus, ad quam summam possint ascendere calleant: vt caueant, ne expensæ, & largitiones maiores quam redditus existant, & vt subditorum opera, suo loco, & tempore, tuto vti, atque dignioribus, honores, & beneficia elargiri valeant, ne quod virtuti debetur, ambitioni tribuatur. Aliæ namque partes integrantes prudentiæ, vel ad eam acquirendam pertinent, vt docilitas, & solertia, seu sagacitas; vel ad eius, quod prudenter consultum, vel iudicatum est, executionem; vt circumspectio, seu consideratio circumstantiarum, & cautio: sed prudentia habet donum
37 † consilij sibi correspondens, sine qua, tanquam † om-
38 nium virtutum, duce, capite, & matre, moderatrice & auriga, ordinatrice que affectuum, & morum doctrice, nulla potest esse animi virtus, cum illa medium, in quo virtus consistit, demonstret; nam vt inquit Horatius: a

Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

Sed vt ipsemet dicit:

Est modus in rebus, sunt certi denique fines:
Quos vltra, citraq; nequit consistere rectum.

Et ideo Deus b in omni oblatione † requirebat sal,
39 quia apud antiquos fuit symbolum prudentiæ, imprudentes namque virtutis velamine, vitia con-

G 2 tegunt

X Iustus Lipsius lib. 1. ciuilis doctrinæ, cap 8. Leonardus Lesius de iustitia & iure lib. 1. c. 2. dubitatio. 2 pag. 8, Ioannes á Chokier in thesauro aphorismorum politicorum, lib. 2. cap. 18. & 19. pluribus exemplis & notis exornans.

Y Apud Dionem lib. 33. & Suetonius cap. fin. & Lamprid. in Seuerum, & Sther cap. 6. Ioannes Chokier vbi supra lib. 2. capi. 21. pag. 188. versi. Id etiam Philippum Secúdũ Anton. Zara in anotomia ingeniorum, sectio. 2. mẽbro 16. pag. 391. Mambrinus Roseus de Principe, cap. 23. Brancalassus in Philosophia regia, lib 22. cap. 9. en los predicamentos de la Corte, §. 1. num. 2. & cap. 8. in princi.

Z D. Thomas 2. 2. quæstio. 47. artic. 6. cap præsentium, 1. quæstio. 5. Menochi. de arbitrar. centur. 5. casu 426. num. 7. Ioannes Baptista Valençuela in defensione monitorij aduersus Ducem, & Senatum Venetorum, 5. par. á num. 176. cum sequen. Ioannes Azor institut. moral. par. 1. lib. 3. cap. 30. versic. Secundò quæritur, pag. 202.

A 1. Satyra 2.

B Leuitic. c. 2.

tegunt, † vt prodigitatem, & luxuriam liberalitate; auaritiam parsimonia: rigorem iustitia: pusillanimitatem clementia, superstitionem religione: audaciam, & temeritatem fortitudine: calliditatem, & solertiam sapientia, cuius est imitatrix, c de qua inquit Beatus Paulus: d *Prudentia carnis mors est.* Et de qua loquens Dominus noster, e inquit: *Quod filij huius seculi prudentiores sunt filiis lucis, in generatione sua.* Nam inquit Iuuenal: f

Fallit sæpe vitium specie virtutis, & vmbra.

De regia ergo maiestate (vt vno verbo complectar) dici potest, quod de cerebro, scilicet, quod sit causa, principium, & radix salutis, & vitæ totius corporis polici, cùm integritas præsidentium subditorum, sit salus, à cuius incremento salus, & augmentum istius corporis pendet, & in cuius decremento infirmitas, ægritudo, ac morbus Reipublicæ consistit: cum eius mores, & affectus † facile subditi imitentur, g & tales regulariter sint, qualis est eorum Princeps, & in earum rerum affectionem ducantur, quas à suo Principe diligi, & amari perspexerint, credunt enim magis exemplis, quam legibus, & genus obsequij putant principum studia imitari, siue praua illa sint, siue salutaria, vt dicebat Claudianus his verbis. h

Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quam vita regentis,
Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

Recte enim facere ciues suos, Princeps optimus faciendo docet, vt de Tiberio dicebatur, quod licèt maximus esset Imperio, maior tamen erat exemplo: si enim ad virtutem ille pręit; sequimur: ad vitia; inclinamus; bene, beateque agit; floremus: improspere; labimur, aut ruimus cum illo: vt extat apud sacram paginam i elegans exemplum Reginæ Vasthi, de qua, quia Regis Assueri viri sui pręceptum contempsit, dicitur: *Non solum Regem læsit Regina Vasthi, sed & omnes populos, & Principes, qui sunt in cunctis*

C Cermenatus in rapsodia, cap. 29. versic. Præterea cauendum. & capi. 35. Mariana de Rege, & Regis institutione, libro 2. cap. 11. pag. 215. versic Virtutibus veris. Iustus Lipsius ciuil. doctri. lib. 2. cap. 17. facit l. quæ sub conditione, 8. ibi, Vsque ad superstitionem, ff. de conditio. institurio. l. si cum dotem, §. eo autem, ff. solut. matrimon. §. 1. in Authent. de consulibus, collatione 4 cap. origo 32. quæstio. 4.

D Ad Romanos cap. 8.

E Lucæ cap 16.

F Satyra 4.

G l. nam salutem, ff. de offic. Præfect. vigil. cap. miramur, 61. distinctione. Ianus Gruterus in commentariis ad Cornelium Tacitum lib. 3. annal. titu. Mores Principum, mores populi, pag. 47. & sequen in illa verba, Obsequium inde in Principem, & æmulandi amor, validior, &c.

H In 4. Consulatu Honorij, pag. 166. & plura Tapia de vera hominis nobilitate, lib. 2. pagi 174. colum. 1 versic. Hæc igiur. Iustus Lipsius ciuil. doctrinæ. lib. 2. capi. 9. & in notis ad illud Ferdinand. Vasqui, controuers. illustr. lib. 1. capit. 43. num. 7. Federicus Scotus in comment. ad rubric. de noui. oper. nuntiatione, num. 127 & duobus sequentib. Ioannes Chokier in thesauro aphorismor. politicorum, lib. 1. cap. 9 pag. 46. & sequen. Velleius Patercu. 2. histo pag. 106.

I Sther ca. 1. Petrus Aerodius rerum iudicatarũ, lib. 4. titu. 17. de diuort. & repud. c. 1.

Eis prouinciis Regis Aßueri; egredietur enim sermo Reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos, & dicant, Rex Assuerus iußit, vt Regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit, atque hoc exemplo omnes Principum coniuges Persarum, atque Mædorum paruipendent Imperia maritorum. Hinc infertur, † qnanta sit diligentia adhibenda in eligendis Magistris Principum, cum vt inquit Isocrates, qui priuatos homines instituunt, hi solis illis prosunt: si quis verò populi dominos ad virtutem excitauerit; is vtrisque commoda parat, tum ijs qui imperant, tum ijs qui parent imperio: illis quod principatus tutiores, & his quod Respublicas leniores effecerit: sicut è contra, si male instituerint Principem, perinde est, ac si lethale venenum, non in vnum aliquem iniecerint calicem, sed in fontem publicum, quo vniuersos vti norint. Vnde, maxime congratulandũ est Regibus nostris, quod in his tantam curam adhibuerint: prȩcipue Philippo Regi nostro, qui ad institutionem † Principis nostri, & sibi charissimi filij D. Galcerandum Albanellũ præposuerit, illeque ei non solum studiorũ atque artium, verumetiam animi, ac virtutis magister datus fuerit, in quo an literæ, an morum compositio, & recta animi moderatio præualeant affirmare non audebo; sed quod illud Philippi Macedonum Regis dictum asserẽntis: *Non tam Alexandrum natum gaudere, quam quod eo tempore natus fuisset, quo sibi Aristotelem habere posset magistrum, ac præceptorem.* Nostrum Regem dicere valere non dubito. Sunt denique in hoc capite quædam exteriora, superflua quidem, sed saluti, & ornatui capitis, ac totius corporis maxime necessaria: vt sunt capilli, † qui in Rege denotant omnia, quȩ ad pompam, & regium apparatum diriguntur, vt sunt sceptra, anulus, ensis, diadema, trabea, cortinę, gemmæ, vestes auro, & purpura rigentes, superba aulæ structura, aulicorum ingens numerus, & satellitum ordo; & quæ ad voluptatem pertinent, vt sunt ludicra certamina, venationes, tripudia, more Hispanico tibię, sonitum pedum pulsu modulante musicæ, & aliæ licitæ, & honestæ delectationes, & ludi: non verò his spectaculis, his ludis delectari eum oportet, in quibus promptum est mortis periculum, vel vulnerum â communiter accidentibus, *k* nec inhonestis, *l* quales comicorum, seu mimorum representationes, quæ docent adulteria, dum fingunt, & simulatis eruditiunt ad vera, quorum spectaculis pudicitiam sæ-

42

43

44

k Alcocer de Ludo capi. 52. Amescua de potestate in se ipsum, lib. 2. capit. 11. Ioannes Chokier in thesauro aphorismorum politicorum, lib. 5. cap. 20. per tot. Nauarr. in Manuali, cap. 115. nume. 9 Lelius Zechius de Principe, lib. 2. cap. 1. nume. 6.

l Lactantius diuinarum institutionu. lib. 6. cap. 20 Ioannes á Chokier in thesauro aphorismorum politicorum lib. 5. c. 20. versic. Et Romani, pag. 402. Guilielmus Baldesano in stimulis virtutum adolescentiæ christianæ, lib. 1. cap. 19. cum duobus sequentibus. Fratr. Ioseph de Iesus Maria de las excelencias de la castidad, lib. 4. cap. 16. & duobus sequentibus.

pe extractam, ſemper impulſam vidimus: non enim natura in arboribus ſolos fructus conſtituit, ſed & floribus, & foliis ornauit, vt & aliis authoritatis & maieſtatis ſigna demonſtret, qua pręſtricti mortales ſe in officio cõtineãt; aliis veró, vt muſica, venatione, ludisq; licitis, & honeſtis, labores & curę cõdiãtur: vt intermiſsione breui in negotiis publicis facta recreationẽ aliquam animo tribuat, à tantisque regij oneris faſtidiis vacet pauliſper; quibus intermiſſum habeat animum, nunquam ſolutum, iuxta illud Catonis dictum.

Interpone tuis interdum gaudia curis.

1. Et illud Ouidij:

Quod caret alterna requie durabile non eſt,
Hæc reparat vires, feſſaq; membra leuat.

§. Octauus.

Oculi capitis politici, & de eorum qualitatibus, pupillis, palpebris, & obiecto.

Conſiliarij Principum oculis comparantur, 1.
Status publicus tutior eſt ſub malo Principe, ſi adſint boni Conſiliarij, quam è contra, 2.
Conſilium (ſecundum aliquos) eſt cor Reipublicæ, & quare, 3.
Maiora & illuſtriora conſilio magis quàm armis geruntur, 4. & 8.
Minerua, cur armata fingatur, 5.
Alphonſi Regis Aragonum dictum celebre, 6.
Philippus nobis Primus Rex noſter, conſilio ſedendo hoſtes vicit; & de vtriuſque Philippi laudibus, 7.
Milites an præferendi Iureconſultis, 9.
Pupillæ oculorum religio & iuſtitia, 10.
Obiectum religionis eſt Deus, 11.
Religio eſt cæteris omnibus rebus præferenda, 12.
Improbatur opinio Machiabelli, 13.
Maiori odio digna fraus quam vis, 14.
Iudæi Deum offendentes ratione ſtatus, accidit illis quod euitare cupiebant, 15.
Nulla ratio ſtatus moueat Conſiliarios, vt conſulant pugnantia religioni, vel quæ peccatum continent, 16.
Princeps non poteſt tuta conſcientia permittere liberam religionem, 17.
Hæretici nouatores religionis, diſsipandi, & comburendi, 18.
Philippus Primus maxime venerabatur Sacerdotes, & res ſacras; & quid filio moriens dixerit, 29.
Monarchia conſeruatur defenſione Eccleſiæ, & ſacrorum veneratione, 20.
Domus Auſtriacæ felicitas & augmentum, ex veneratione ſacramenti Euchariſtiæ cæpit, 21.
Religione neglecta, Reipublicæ ſtatus corruit, 22.
Iuſtitiæ obiectum eſt proximus, 23.
Iuſtitia diuiditur in commutatiuam & diſtributiuam, 24.
Palpebræ horum oculorum ſunt ſecretum, & ſilentium, 25.

Obie-

Obiectum horum oculorum est vtilitas publica. 26.

Mediũ per quod obiectum videtur est illuminatio diuina, seu donum Consilij, 27.

§. Octauus.

AD dirigendas actiones capitis ad vtilitatem membrorum, ac eorum conseruationem, ne ambo in foueam cadant, necessarij sunt oculi, † quales sunt Consiliarij Principis, *a* talibus qualitatibus ornati, & induti, quæ ad tale ministerium sunt necessariæ: *b* tutiorem enim statum publicum † dicebat Lampridius, *c* sub malo Principe, cui boni Consiliarij assident, quam sub bono Principe, cui mali adsunt consiliarij. Quia (vt aliqui volunt) cor Reipublicę † consilium est, *d* tanquam primo viuere debeat, & vltimo mori: nam qui cuncta agit cum consilio, regitur sapientia, vis autem consilij expers, mole ruit sua, *e* longeque plus conferunt Reipublicæ sapientum consilia, † quam arma fortissima, iuxta illud Ecclesiastici: *f Melior est sapientia quam arma bellica, & melior est scientia quam vires, & vir prudens quam fortis, & illustriora, & maiora intellectu, quam gladio conficiuntur*: Nam omnia Regna, *g* ciuitates, nationes vsquè eo prosperum Imperium habuerunt, dum apud eos vera consilia valuere; vbicumquè autem gratia, timor, voluptas ea corrupere, post paulò, imminutæ opes, deinde ademptum imperium, postremo seruitus imposita est: & hinc est, quod magis profuere Athenienſibus Solonis erudita consilia, qua Themistoclis armata victoria, Respublicaque Romana magis iuuata, aucta, & conseruata fuit consilijs Senatus, & Magistratuum prudentia

1 2 3 4

A Belluga in speculat. rub. 44. §. quia multitudo, n. 1. vbi Borrellus, verb. qui Principis membra sunt, l. quisquis, ff. ad l. Iul. maiest. glos. consilia. in cap. peruenit, 84. dist. cap estote, 1. q. 1. Andręas Isern. in prin. tit. hic finitur lex Cõrad. num. 6. & 7. Alphons. Montal. in prohe. fori Regij, glo. Ouimos consejo, vbi de consil. & Consiliarijs tractatũ breuem, sed doctum. & elegantem adiecit, ex D. Grego. & Ambros. Camos in microcosmia. 1. par. dialog. 14. pag. 173. col. 1. late Petr Greg. de repub. lib. 24. cap. 1. & seq. per tot. lib. Chrysost. Iabellus politi. christian. tract. 3. per tot. à pag. 669 vsq; ad pag. 673. Anton. Scapus de iure non scripto, lib. 2. c. 6. per tot. Bouadil in sua polit. lib. 2. c. 6. nu. 11. & seq. Ioan. Petrus Cermenat. in rapsodia. de recta. Regnor. ad ministratione, c. 18. Rebu. in prohe. concordat. glos. viros, pag. 46. Lelius Zechius de Principe, lib. 2. cap. 2. nu. 8. vers. & primò asciscat sibi consiliarios, pag. 276. cum. seq.

B Quas ex plurib. authorib. congesserunt Iustus Lipsius ciuil. doctrinę, lib. 3. cap. 4. cum quatuor seq. Afflict. in constitutio. Siciliæ, de conseruan. indemnita. Commit. Baron. & milit. in constit. incipienti. vt vniuersis, à nu. 41. vsque ad 58. Barthol. Philippus, in tract. de Consejo y Consejeros de los Principes, discurso 6. que calidades han de tener los Consejeros, per 27. §. seq. post Federic Furium in eod. tract. Burgos de paz in l. 2. Taur. à num. 32. cum seq. Bardaxi in comment. ad nostros for. tit. Reparo de la Audiencia Real. for. 2. num. 7. fol. 423. facit l. 5. tit. 9. part. 2.

C In. Alex. Seuer. Bartholom. Philippus vbi proxime discurso 10. per tot. Camil. Borrel. in addit. ad Bellug. in prohem. verb. Malos Consiliarios.

D Camos vbi supra, 2 par. dialog. 2. pag. 13.

E Alciat. Emblem. 175. in fin. & ibi Schol. Claud. Minois, pag. 598. Afflict. in constitutionibus Siciliæ, lib. 1. rub. 4. num. 6. & facit. Prouerb. 13.

F Cap. 9. & Sapient. cap. 6. G Salust. in 2. oratione ad Cæsarem.

dentia, quam armis. Inde in Prouerbium abijt, *Romanus ſedendo vincit*, h & ſancti Machabei, i audientes quanta fecerunt Romani in regione Hiſpaniæ, & quod in poteſtatem redegerunt metalla, argenti, & auri, quæ illic ſunt, & poſſederunt omnem locum conſilio ſuo, miſerunt Romam legatos ad coeundam amicitiam, & ſocietatem cum eis, *Quia cogitationes* (vt inquit Salomon) K *conſilijs roborãtur, & gubernaculis tractanda ſunt bella.* Quod ſignificauit antiquitas, † dum finxit Mineruam armatã, 5 & noſter Rex Alphonſus, † dum rogatus plus ne armis, 6 an libris deberet? Reſpondit, ex libris arma, & armorũ iura ſe didiſciſſe, quaſi aperte profeſſus, ſe omnia doctrinæ debere, & conſilio. Sed quid Athenienſium, & Romanorum perquirimus exempla? Cum intra proprios lares habeamus; quis enim vnquam † Rex, tamdiu in pace conſilijs ſuis regna gubernauit? & maieſta- 7 tis authoritarem auxit, hoſteſque acerrimos ſedendo vicit, quam noſter Philippus primus? cui merito illud Alciati l poſſit dici,

Conſilioque animi monſtra ſuperba domas.

Quia militis eſt gladio ſuperare, Imperatoris autem (vt ait Cæſar) m non minus conſilio, quam gladio: adeò quidem vt Philippus ille Macędo maioribus, ob imperatorium conſilium, quam ob virtutem militarem laudibus afficeretur, atque commendaretur. n In hoc noſtro Philippo veram Nume Pompilij, antiqui Romanorum Regis, effigiem contemplor, dum vtriuſquè inſignia facta, mente reuoluo, vel etiam in eo M. Furij Camilli virtutes conſidero, feruentem, ſcilicet, in Deum, ac ſuos amorem, generoſam animi moderationem, ac eximiam iniuriarum tollerantiam, et prudentiam à qua apud omnes orbis nationes cognomen eius nomini additum fuit. In cuius locum, ne omnino deſolati maneremus, alium Philippum noſtris Secundum conſtituit Deus, cuius iam ſacro meritos ornat diademate crines, in cuius perſona defuncti patris viuit ſapientia cum prudentia, iuſticia cum clementia, ſeueritas cum benignitate, conſilium cum fortitudine: ac deniqué maieſtas cum religione coniuncta, vt merito illi poſſit dici illud Claudiani. o

Etenim mortalibus, ex quo
Tellus capta coli, nunquam ſyncera bonorum
Sors vlli conceſſa viro: quem vultus honeſtat,
Dedecorant mores; animus quem pulchrior ornat,
Corpus deſtituit, bellis inſignior ille,

Sed

H Paulus Manunt. in adagijs, fol. 586. in editione Veneta. M. Varro de re ruſtica, lib. 1. cap. 2. Polido. Virgil. in prouerb. prouer. 112. Petr. Gregor. de Republica, lib. 10. cap 3. nu. 6. Bartholom. Philippus in tractat. del Conſejo y Conſejeros, diſcurſu. 1. §. 8.

I Machab. lib. 1. c. 8.

K Prouerb. cap. 20. verſ. 18.

L Emblem. 14.

M Lib. 1. de bello ciuili.

N Diodor. Sicul. lib. 16. bibliothe.

O Claudian in panegyric. in 3. conſulatu Honorij, pag. 151. & in panegyric. 1. in laudes Stiliconis pag. 213.

Sed pacem fædat vitijs, in publica felix,
Sed priuata minus partitum singula quemquê
Nobilitant, hunc forma decens, hunc robur in armis,
Hunc rigor, hunc pietas, illum solertia iuris,
Hunc soboles, castique tori sparguntur in omnes,
In te mixta fluunt, & quæ diuisa beatos
Efficiunt, collecta tenes.

8 Maioris namquè virtutis est prouidere consilio, † ne quid aduersum Reipub. accidat, quam postquam acciderit armis tueri ciuitatem. Nam qui armis hostes superant, à fortunæ varietate ducuntur, similesquè sunt nauigantibus, qui fortunæ flatibus agitati non eunt, sed feruntur: vnde Cicero, *p Plus*, inquit, *agere, qui sapientia, & consilio Reempub. dirigunt, quam qui iaculis hostium corpora exponunt*: Sicut gubernator nauis, qui in puppi sedens, quiescendo, & dirigendo plus agit, quam remigantes laborando: quod optimum est argumentum aduersus eos, † qui milites Iureconsultis præferendos contendunt, 9 *q* sed illud dicere possumus cum Cicerone, *r Cedant arma togæ*, sed aliqui egre ferunt Regna à togatis viris gubernari, asserentes non doctrinam in libris reconditam, sed Regnum, regnare docere: negari tamen non potest, quin Princeps necessario adiuuandus sit, consilio viroram doctorum, qui arcana Regni sciant, mores populi noscant, & legem Regiam qua Princeps & Imperium Regni quæsiuit, & conseruat, non ignorent: vt tali consilio eminentia mala inter regnandum vitet, caueatq; futura, prudentiamquè ciuilem in vtilitatem Regni dirigere, ac dominationis vim compescere sciat, nõ enim solum rescripta iustitiæ, sed etiam gratiæ regulis iuris subijciuntur, & ex arbitrio regulato non ex libero, & soluto pendent. 10 Pupillæ horum oculorum † sunt Religio, & Iustitia, quas animæ rationali & sensitiuæ assimilari asserit Brancalasus, *s* primæ obiectũ est Deus, 11 † cui est debita honoris cultus, & venerationis, signis internis, & externis exhibitio; *t* & ideo cæteris omnibus rebus † præferenda est: *u* quia primum, ac præcipuum cuiuscumquè Reipub. est fundamẽtum, non vtilitate

P 1. officior Barthol. Philip. in tract. del Consejo y Consejeros, discursu, 3. §. 3. exornat Bouadilla in polit. lib. 1. c. 10. nu. 19. & seq. Ayala lib. 2. de iur. belli, & disciplina milit. cap. 2. nu. 8. & 9.

Q Belluga in specul. rub. 6. nu. 11. & 12. Casaneus in catalog glor. mundi p. 9. consideratio. 2. eleganter Angel. Matheac. in sua apologia, Boher. de authoritat. magni consilij, n. 20. & 95. Bald in prohem. digestor. nu. 22. Martin. Laudens. de Principe, q. 65. Lanfran. de milite & Doctore, nu. 33. disputat. Lancelo. Conrad. in templ. omni. iudic. lib. 1. c. 1. §. 1. glos. armis, q. 1. & 2. concordat Alex in l. Centurio, nu. 13. & 14. ff de vulgar. communi calculo receptus ab Homodeis. Lanfranc. & Bolognino, in tract. de milite. & Doctore.

R In oratione 18. in Lu. Pisonem. pag. mihi 200. & in respons. in Sallust. pag. 517. Alciat in emblema. 180. vbi schol. Claud. Minois. pag. 617. & 621. Cerdan de Tallada in veriloquio, cap. 4. §. 3.

S In medulla politicorũ lib. 4. & 5. in princ.

T D Thom. 2. 2. q. 81. art. 1. D. Bonauent. lib. 3. sentent. dist. 9 q. 3 art. 3. Leonard. Lesius de iust. & iur. lib. 2. cap. 36. 37. & 38. à pag. 490. cum plurib. seq. Prouer. 7. ibi tanquam pupillam oculi tui.

V Cerdan de Tallada in veriloquio. c. 6. §. 1. p. 72. & seq. Ioan. Botero lib. 2. de la razon de estado, c. de la Religion, & Cermenat. in rapsodia, cap. 13. & seq. Paramo de origin. offic. S. Inquisitionis, lib. 2 tit. 3. c. 3. Madera delas excelencias de España, c. 6. in prin. P. Ribadeneir. del

Prin

litate metiendum, vt faciebat ille impius Machiabellus, † apud quem religio, & virtus omnis fuit nundinaria, principi suo suadens, quod religione simulata falleret, 13
vt fecerunt Maxentius, Iulianus apostata, & alij x pestiferum profecto dogma, y cum (vt inquit Cicero) z *Totius iniustitiæ nulla sit capitalior, quam eorum, qui tunc cum maxime fallunt, id agunt, vt boni viri † esse videantur*: cum in 14
bono viro non possit cadere, emolumenti sui causa mẽtiri, a sed talis non cauetur, dum non cognoscitur, & ideo equum Troianum fefelliſſe dicebat Diogenes, quia Mineruæ formam mentitus est. Isti namque sunt oues habitu, vulpes astucia, actu vero, & pernitie lupi: vnde Poeta. b

Nunquam te fallant lupi sub vulpe latentes,
Impia sub dulci sæpe venena latent.

Sed pastorem vniuersalem non fallent; cum enim duobus modis fiat iniuria, aut vi, aut fraude, fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur, sed fraus odio digna maiori. Quod si omisserint Consiliarij, non magis Reipub. consulent, quam oculi videbunt excęcati: eorumque Consilia aduersus eos deuoluentur, qui ob suam ambitionem, & conseruandum temporale dominium, Christum Dominum peccato occidere non formidant, vt euenit Iudæis, d qui ex hac † iniqua & impia ratione 15
statu, Christum Dominum occidendum consulue-runt: Pilato dicentes: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris*, & illi inter se. *Si dimittimus eum, venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem*: Quibus accidit quod consilio iniquo euitare cupiebant: iuxta illud Claudiani. e

Quam bene dispositum terris, vt dignus iniqui
Fructus consilij, primis autoribus instet.

Qui maiori pœna sunt digni, quam facientes, f cum si aliter

Principe Christiano, lib. 1 cap. 16. & lib. 2. c. 5. Ludouicus Torres lib. 4. philosophię moral c. 5. & lib. 2 cap. 7. Ioan. Azor inst. moral p. 2. lib. 11. c. 5. in princip. pag. 1232. & seq. Zechius de Principe, lib. 1. cap. 6. num. 12.

X Quos congerit Iulius Antonius Brancalasus in philosophia Regia, lib 4. de religione, pag. 42. & 43.

Y Petrus Coretus in defensione veritatis aduersus assertiones Catholicę fidei repugnantes inter opera Antonij Possenini. Petrus Gregor. de repub. lib. 13. cap. 12. nu. 21. Thomas Bozius in lib. quem de antiquo, & nouo statu Italiæ, aduersus Machiabelũ scripsit Claudius Minois in scholijs ad emblema Alciati, 145, pag. 519. & 520.

Z 3. Officiorum.

A Beatus Nilus præceptione 22. & 225. & ibi scholium Pauli Mineruæ, Ioannes Chokier, lib 1. aphorismorum politicor. c. 5. p. 31. & cap. 7 pa. 39. P. Marquez en su Gouernador lib. 2. cap. 7. Lelius Zechius de principe, lib. 2. cap. 5.

B Horatius in art. Poet.

C Eccleſiastici, cap. 27. Tiraquel. de retractu lignagier, §. 1. glo. 18 nu. 20. Ludouic. Torres philosoph. moralis, lib. 8. cap. 5 Ribadeneira lib. 2. de virtutibus Principis Christiani, cap. 28. Claudius Minois in schol. ad Alciat. emblema 173.

D Iosephus & Aegesipus de bello Iudaico, & excidio Ierosolimitano, Ioannes Nauclerus chronographię, par. 2. generatione 3. Pineda lib. 11. Monar. Eccleſiſt à cap. 10. vsque ad 24. suplementum chronicarum, lib. 8 & Suetonius in vita Titi. cap. 8. D. Auguſt in tract. 49. in Ioan. & D. Gregor. in moral. cap. 13. & D. Chryſoſto in Ioan. homil. 63. & 64. Ceballos tom. 4. commu. q. 906. seu fin. nu. 394. & 395. E Lib. 1. in Eutropium. pag. 84. F Cap. duo 26. dist. c. tanta, 86. dist. c. qui consentit, 11. q. 3. Constantius Rogerius in tract. de legis potentia, 1 p. §. reſtat. num. 7. & seq. Valançuela in monitorio, aduersus Ducem & Rempub. Venetor. 5. par. num. 211.

aliter temporali saluti consulere non possunt, nisi pec-
16 cando, abstinere debeant, † existimantes se iam non habere quid faciant: *g* cum obtentu humanæ politię non sit aliquid in religione nouandum, nec possit Princeps
17 tuta † conscientia in sua Prouincia liberam religionem permitere, *h* sicut enim impossibile est corpus vnũ plura capita habere, pluresq; animas, cum religio sit anima in humano principatu, si plures essent religiones, monstruosum corpus efficeretur: nam sicut inter sidera & planetas vnus sol emicat, vnum Regnum, Regem vnum, & non plures capit; exercitus vno Duce regitur, mundus vniuersus vno Deo imperante disponitur, ita impossibile est vniformes hominum rationales animas regi nisi ab vna dirigente Religione. Imo tales nouato-
18 res † perdendi, dissipandi, comburendi. Et ideo inter
19 alia Philippus † Rex noster (in cuius Regia dignitate sacerdotalem animum licebat agnoscere) tanta Sacerdotes, & res sacras veneratione prosequebatur, *i* vt moriẽs eius filio, nũc feliciter regnanti, commendauerit Religionis Christianæ defensionem, obedientiãquè Apostolicæ Sedi habendam, ac vt strenue hæreticos persequeretur: quod saluberrimum consilium etiam ipse à *K* patre Carolo acceperat recte intelligentes conseruari, & au-
20 geri Monarchiam, † defensione Ecclesiæ, & sacrorũ ve-
21 neratione: *l* indeque cępisse Deum, † Domui Austriacæ tot augmenta concedere, ex quo Rodolphus eius primus conditor, Sacerdotem corpus sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi ad infirmum rure gestantem, equo descendens, sublebauit, & pedester iuxta equitantem Sacerdotem incesit. *m* Religionis namq; cura neglecta, absquè dubio totius corporis Reipublicę subsequetur,
22 † Deo permittente ruina; cum nulli Reges feliciores, nulla Regna, nullęue Respublicę Catholicã, & Christianam vnitatem, & religionem amplectentibus, extiterint: at contra, paganis, infidelibus, & hæreticis nulli infeliciores enarrari possunt: *n* Quorum si aliquando felices

G Cap. facit. 22 q. 2.

H *P.* Ioan. Azor institut. moral. par. 2. lib. 11. c. 6. vers. an Rex tuta conscié tia, col. 1239.

I Sanctus Cardin. Borromeus in oratio. habita ad suum primum concilium Mediolanense in fin.

k Dionysius Paul. Lopis in tract. de quatuor Patriarchalium sedium erectione, cap. 12. num. 18. Sandoual. 2. par. histor. Caroli V. lib. 30. §. 5. fol. 106 Cerdan à Tallada in veri loquio, c. 9 § 4.

L Pluribus comprobat Petrus Binsfeldius de iniurijs, c. 7. quæst 1. conclu. 12. dubio. 2. pag 295. & seq. Iulius Anto. Brancalasus in philosophia Regia, lib. 4. de religione, p. 96. vers. Austriaca domus, & seq. §. 94.

M Vuelephangus Lazius Reipub. Rom. lib. 11. c. fin. pag. 886. in prin Brancalassus vbi proxime, pag. 104. §. 95 nu. 12.

N Petrus Grego lib. 13. de repub. c. 10. per tot. & lib. 22. cap. 14. Cerdan de Tallada, en el verdadero gouierno, c. 4. Ioan. Botero, vbi sup. Iustus Lipsius ciuil. doctrin. lib. 1. c. 3. & in notis ad illud. Paramo de orig officij S. Inquisit. lib. 2. tit. 3. c. 7 per tot. & olim multa me legisse memini, apud Bodinum, dum eius lectio erat permissa, Pater Ribadeneyra. en la institucion del Principe Christia. lib. 1. c. 27. cũ duobus seq. Ianson. Doc-comensis Frisius, in Gallo Belgico, tom. 2. lib. 8. pag. 198. & lib. 10 pag. 342. latissime Thom. Bozius de signis Eccles. tom. 1. lib. 10 signo. 41. c. 7. vers. ob hęc etiam contingit, pag. 776 & lib. 12 signo. 53. c. 7. & 8. pa. 961. & 966 & seq.

& latius tom. 2. p. 3. lib. 20. à signo. 89. & pag. 66. c. 8. vsque ad lib. 24. & signum 100. & pag. 624. per totos illos quatuor libros hoc institutum prosequitur, & pluribus comprobat Iulius Anton. Brancalassus in medulla politicorum 4. lib. de religione, §. 78. pag. 59. & seq.

lices exitus videantur extitisse, hoc Deo permittente euenit, vt eorum medio, tanquam iustitiæ diuinæ executorum, pro peccatis puniamur, & resipiscentes illi à nostris superati, lapsu grauiori ruant,[o] vt prædixit Deus per [p] Prophet. Isaiam, his verbis: *In indignatione enim mea percussi te, & in reconciliatione mea misertus sum tui*, & post pauca, *Gens enim, & Regnum, quod non seruierit tibi, peribit.* Et ita prædixit Remigius Episcopus Rhemēsis,[q] cū Clodouęum in Gallia Regem inungeret, tandiu Regnum duraturum esse, quandiu in eo Religio, & iustitia colerentur: quod non vanum fuit oraculum, cum nostris temporibus viderimus, quantas neglectu Religionis Regnū Gallicum acceperit calamitates, vltra quod sufficiat nobis pro exemplo proponere Regnum Angliæ, quod prędę, & maximis calamitatibus, ob contemptum Religionis expositum est.[r] Quid de Belgio dicemus? vbi aliquos legimus, quo acęphali dominarentur, non dubitasse Reipublicæ statum prosternere, ac pessundare, eiusquè tranquillitatem inuertere, auitam Religionem, ac pietatem violando: cuius neglectus, ac prolapsus nunquam sine noxa, & graui Reipublicę damno esse potest, vt in Germania, Austria, Polonia, Hungaria, Dania, Bohemia; in quibus variæ earum regionum Vrbes humano, ac ciuili sanguine maduere, euerso ad extremum Reipublicæ statu, quorum ruina stantium debet esse metus,[s] vt aliena pericula nos reddant cautos.[t]

Secundę vero pupillę obiectum est proximus,† quatenus ei ius suum ęqualiter reddi debet, tam † in commutationibus, secundum proportionem arithmeticam, quam in distributionibus, secundum proportionem geometricam: non solum respectu subditorum inter se, sed etiam subditorum quoad Principem, & superiores; & Principis, ac superiorū, quoad subditos[u]. Eorundem oculorum palpebræ sint † secretum, & silentium, quibus consilia Regia tegi oportet,[x] vt significauit ille. Qui Minotaurum labyrintho inclusum depinxit,[y] & ideo tradit Valerius Maximus,[z] nunquam patres conscripti taciturnitatem, optimum, ac tutissimum

23 24 25

O Claudian in Rufin. lib. 1. pag. 49. ibi iniustos creuisse quæror, tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.

P Cap. 60. Ver. 10. 12.

Q Petrus Faber lib. 3. semestrium, in notis ad c. 18 pag. 266.

R Ioannes à Chokier vbi sup. lib. 1. cap 5. & Valançuela vbi sup. 5. par. n. 214 & seq Baptista Fulgos. dictorum, & factorū memorabilium, lib. 1. cap. 2. de spreta Religione.

S Cap. si enim in fin. glos. lapsum, in cap. citius 44. de pœniten dist. 2.

T Cap. hi duo de consecratio. dist. 1. glos. in c. 1. 27. q. 1 glos. exemplum, in authen. de mandatis Principum, §. titulos, collatio. 2. & Valançuela vbi sup. nu. 217. & 218. P. Anton. Possevinus de theorematibus politicis, & militaribus, pag 11.

V Fernandus Rebellus de obligatio. iusticiæ. 1. par. lib. 1. de præludijs iustitiæ. q. 3. sect. 3 pag. 20.

X Glos in cap. de forma, vers. de secreto, 22. q. fin. Guerrero in speculo iur. cap. 71. nu. 5 & 16. Anton. Thesaur decis. Pedemonta. 1. in fin. Camillus Borrel. in additio. ad Bellugam, rub. 10. verbo capite plectendi.

Y Pier. Valeria. de sacris liter. Egiptio. lib. 3. vers. Apud Romanos, pag. 31. Hieronymus Ruscelli, en la empresa de Gonçalo Perez Secretario del Rey nuestro señor, que esta en el cielo, lib. 3 pag. 319.

Z Lib 2. de institutis antiquis. c. 1. & lib. 3.

mum administrandarum rerum vinculum labefactari volebant: imó omnes tanta charitate patriæ tenebantur, vt eorum arcana multis seculis nemo Senatorum enuntiauerit, quia (vt inquit Salomon [a]) *In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.* Et semel emissum vo-
26 lat irreuocabile verbum; [b] & nescit insipiens quid amittit. Obiectum † com mune oculorum erit vtilitas publica, quód videri nequit sine medio vi-
27 sus, † quod est illuminatio diuina, quæ donum consilij appellatur, [c] sine quo sæpé euenit, vt oculi non verum rerum colorem sensui communi representent, sed dicant album nigrum, & nigrum album, contra quos inquit Dominus per Isaiam: [d] *Væ, qui dicitis bonum malum, & malum bonum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras; ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.*

A Prouerb. cap. 10. versic. 19.
B Horat. in epistol. 19. lib. 1. ad Lolium.
C Guilielmus Peraldus in summa virtutum & vitiorum. tom. 1. tracta. de donis, pag. 577 & pagi. 609.
D cap. 5. versi. 20.

§. Nonus.

Aures capitis politici, quæ sint, & de earum officio, & ministerio.

SVMMARIVM.

Familiares, seu cubicularij Principum comparantur auribus, & quare, 1.
Aures quare sint geminæ, 2.
Princeps non tantum debet deferre familiaribus, vt nunquam ab eorum sententia recedat, 3.
Principem cunctatorem esse oportet in credendo, 4.
Prouerbium Augusti: Festinalenter, explicatur, 5.
Titi & Vespasiani in numismate imago quid significaret, 6.
Sententia cur debet ferri à iudice sedente, 7.
Celeritas reprobatur in decernendo sed laudatur in exequendo decreta, 8.
Principem non oportet esse nimis incredulum, nec leuiter ab his quæ maturo sunt decreta consilio recedere, 9.
Oculi & aures si pugnantia offerant Principi, quibus magis assentiendum, 10.
Tegere, & simulare quando Principi concessum, & necessarium, 11.

§. Nonus.

1 SVNT etiam in hoc capite aures, quales sunt familiares Principum, † qui Cubicularij dicuntur, seu Cancellarij palatini, cæteriqúe, qui secretorum eius sunt participes, ac in eius priuatã gratiam fuerunt admissi, quorum

medio debet Princeps intelligere, & audire subditorum querelas, pauperũ oppressiones, regni calamitates, ac denique totius Reipublicæ statũ; nam qui domi clausus est, vera nõ nouit: hoc tãtum cogitur scire, quod illi loquũtur, qui sĩ simul consilium capiant ad decipiendum Principẽ, facit iudices quos fieri non oportet, amouet à Republica quos debebat obtinere, ac denique (vt Diocletianus dicebat *a*) bonus, cautus, optimusque venditur Princeps.

Duæ sunt aures, † vt intelligant isti Principum familiares, alteram more magni Alexandri contradicenti seruari oportere, iuxta illud: 2

Cur geminas homini concessit Iupiter aures?
Posset vt hæc lesis, illa patere reis.

Quod si inter se pugnantia audiant sensui communi cõmittent, qui in intellectum deferet, cuius opera verum à falso, iustum ab iniusto, æquum ab iniquo secernẽtes, quod verum, iustum, ac æquum agnouerint, amplectantur, & credant, Principique fideliter referant, à quo tamen non † tantum familiaribus deferri oportet, vt nũquam liceat ab eorũ sententia, & opinione recedere; ne illos adeò audaces efficiat, vt sua ipsius bonitate abutẽtes, non Principi, sed sibi ipsis consulant, non publicæ vtilitati, sed proprię auaritię inseruiant. *b* Oportet itaque Principem cunctatorem, † & lentum esse in credendo: *Nam qui citò credit leuis est corde*, *c* vt suspensi familiares, quotidie meliora consilia excogitare, ac prębere nitantur, *d* & ne gratia principali confisi, aliqua iniusta, & inhonesta ab eo petere audeant. Inde Paulus Manutius *e* literis aureis in valuis principalium aularum depingendum, ac describendum esse tradit † illud prouerbium: *Festina lentè*, quod vulgò, ac passim, ab Augusto dicebatur: *f* per quod monebat, vt ad rem agendam simul adhiberetur & industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas. Ex quibus duobus contrariis constituitur maturitas. *g* Inde Titus Vespasianus † in suo numismate *h* Delphinum, & Anchoram apposuit, vt lentè festinandum Principi significaret, quod ostendit Alciatus his versibus: *i*

Maturare iubent propere, & cunctarier omnes,
Ne nimium præceps, neu mora longa nimis,

3 4 5 6

A Flauius Vopiscus in Aurel. refert Lipsius ciuil. doctr. lib. 3. c. 9. in fin.
B Cermenat. in rapsodia, cap. 18. pag. 194. & seq. pluribus exornat Petrus Gregor. de Repub. lib. 22 cap. 9. & 10.
C Ecclesia. c. 19.
D Pluribus eleganter cõprobat Lipsius ciuil. doctri. lib. 4. cap. 14.
E In Adagiis, pag. 619. in editio. Veneta.
F Suetonius in vita August. c. 25. Aul. Gelli. noct. Aticar. lib. 10. cap. 11. Macrobius lib 6. Saturnal. cap. 8. Ribadeneyra en la institucion del Principe christiano, libro 2. cap. 31. versic. Y por esto, pag. 451.
G Bartholo. Philippus in tracta. del Consejo, y Consejeros, discurso 1. §. 4.
H Antonius Augustinus dialo. 2. de las medallas, 8. medalla. Sebastianus Erizo de la medaglie de Tito, fol. 140. Hector Pinto 1. par. dialog. de la verdadera Filosofia, capt. 1. Ioannes de Torres licet aliter explicet 2 par. de la Filosofia moral, lib. 21. cap. 2. colu. 5. Pierius Valer. de sacris Ægyptiorum literis, libro 27 p. 254. E. & li. 40. pag. 433. A.
I Emblema 20. vbi scholi. Claud. Minois, pag. 99. & Francisci Sanctij.

Hoc

Hoc tibi declaret connexum echeneide telum:
Hæc tarda eſt, volitant ſpicula miſſa manu.

Nam qui tuto, citraque lapſum rem gerit, melior eſt quàm audax, & confidens, cùm tutiora ſint, quæ lentis conſiliis prouidentur, quàm quæ callidis conſiliis vrgentur. Nihil enim magni diſcriminis cõſiliis tam inimicũ, quàm
7 celeritas; † & ideo ius dicens debet pro ferenda ſentẽtia ſedere, *k* quaſi deliberatiore conſideratione fuerit proceſſum; breuitas enim temporis arguit fraudis ſuſpitionem, *l* & præſumptionem inducit, actum inconſideraté factũ: *m* quia tẽpore egemus, vt aliquid maturius agamus; *n* &
8 ideo † celeritas in multis reprobatur, & in multis laudatur. *o* Reprobatur in conſulendo, & deliberando; quia oportet lentè conſulere, & tardè deliberare. Laudatur in exequendo, quia conſulta, & deliberata feſtinãter fieri debent, & celeriter ſunt peragenda: vt ſignificarunt Aſtrologi, ſagitarij ſignum, ſemihominẽ, & ſemiequũ, depingentes, *p* quia tardum conſilium longè præſtantius eſt, præceps autem ſemper habet comitem pœnitẽtiam; & ideo Carolus Quintus *q* Rex noſter ſolebat dicere: *Tarditatem animam conſilij eſſe, celeritatem executionis, vtramque porrò ſimul iunctam, eſſe quintam eſſentiam laudabilis Principis, & Conſiliarij prudentis.* Nollem tamen Principem † nimium quoque incredulũ eſſe, verum in his
9 omnia recto iuditio temperari, non vt Nero, qui fidem omnibus delatoribus adhibens, delatos interdum bonis, & vita crudeliter priuabat: at contra Cæſar non ſuſtinuit credere, in ſe ipſum aliquos coniuraſſe; imò ne ſcripta quidem illorum nomina legere voluit; & Achab, Micheæ prophetę monitis credere noluit; *r* ergo moderatè, grauiterque Princeps cuncta veſtiget, veſtigata deliberet, deliberata exequatur; neque enim decet ab ijs, quæ maturo ſemel conſilio decreta ſunt, leuiter vllorum delationibus, aut perſuaſionibus remoueri; *ſ* quod ſi † oculi, & aures pugnantia inter ſe ad
10 caput deferant, magis oculis, quàm auribus, credendum eſt, ſimulans tamen, nedum timet falli, fallere doceat eos, qui à ſuis conſiliis diffidere Principem videant; cùm vnuſquiſque velit ſibi credi, & habita fides, ipſam plerumque obliget fidem: & (vt

k Bald. in l. 1. nume. 5. C. de ſentent. ex breuiloc. recitand. Rolandus conſil. 41. nume. 14. & 15. volum. 1. Camil. in additio. ad Bellugam, rubri. 5. verſic. Ius dicentium eſt ſedere, gloſ. 1. ibi, Vel ſi ſtando, in l. prolatam, C. de ſentent. & interlocutio. omnium iudic.

L Gloſ. in l. ſi ventri, §. eorum. vbi Ripa à nume. 3. ad plura inferens, ff. de priuileg. creditorum. Viuius deciſ. 375. du me 9. & 10.

M cap tum ex literis. de reſtitutio. in integrum. Socinus conſil. 92. num. 12. & 18. in 4. Pariſ. conſi. 89 num. 30. in 1. Medicis de legibus, 4. par. quæſt. 15. num. 3.

N cap. ſi Rector. 43. diſtinct. ca ponderet, 50. diſtinctio.

O Gloſ. celeritate, in cap. fin. de electione, in 6.

P Conſiderar Luys Valle de la Cerda en ſus auiſos en materia de eſtado, conſideratione 11. pag. 60. ad med.

Q Ioannes à Chokier in theſauro Aphoriſmorum politicorum, lib. 3. capi. 20. pag. 271. in fin.

R 3. Regum, cap. 20.

S Cermenat. in rapſodia, cap. 22.

dicebat Sigismundus) *Nescit regnare, † qui nescit dissimulare.* Et Tiberius r nullam ex suis virtutibus magis quam dissimulationem diligebat, quæ in priuata fronte releganda, sed in publica valde necessaria, u si illa iuxta piorum virorum consilium, & doctrinam, Principes, & magistratus vtantur, absque mendacio, & fidei violatione (in quo maxime Rex noster Ferdinandus Catholicus ab scriptoribus extollitur) quia nunquam regent, qui non tegent, nec aliter possunt hi, quibus commissa est tota Respublica, ad effectum consiliorum suorum venire, nisi multa dissimulent. 11

T Tacitus 4 annal.

V cap. vtilem simulationem, 22. quæstio. 2. Sanctus Thomas 2.2. quæstio. 40. ar. 3. vbi eius commentatores P. Binsfeldius in commentar. ad titul. de iniuriis & damno dato, cap. 8. quæsti. 1. conclusio. 34. pag. 541. Legatus Caroli Paschalij cap. 54. Paleotus de consultatio. 2. par. quæstio. 4. verrsic. Nec enim christianis auribus. Ribadeneyra en la institucion del Principe christiano, lib. 2. cap. 4. per tot. Pater Marquez en su Gouernador christiano, lib. 1. cap. 14. & lib. 2. cap. 7.

§ Decimus.

Nasus capitis politici quis sit.

Consilium supremum Aragonum est nasus Regis, 1.

Istius nasi nares sunt duo Regentes cuiusque Prouinciæ huius Aragonum coronæ, 2.

Consiliarij Principum debent habere sal scientiæ & conscientiæ, 3.

Ratio status nõ debet deuiare à lege Dei, & eius mandatis, 4.

Magister Ludouicus de Aliaga laudatur, 5.

Rex noster Philippus in omnibus suis actionibus vult suam voluntatem esse conformem diuinæ, 6.

Consiliarij debent esse sapientes, & timentes Deum, 7.

Regentes supremi consilij Aragonum laudantur, 8.

Camillus Borrellus notatur, 9.

Consilium supremũ Aragonum si non parem, saltim secundum, post supremum Castellæ locum habet, 10.

Appellatione Consilij supremi in Prouinciis coronæ Aragonum de quo intelligatur, 11.

Sardiniæ negotia in supremo Aragonum Consilio tractantur, 12.

Cæsaraugustanus, & Barchinonensis conuentus iuridici Hispaniæ, 13.

Causæ appellationum ex Valẽtia, Sardinia, & Balearibus insulis, ad supremum Aragonũ Consilium deferuntur, 14.

In Aragonia, & in Principatu Cathaloniæ non extrahuntur causæ extra regnum per appellationẽ, sed ibi est illarũ vltimus recursus, 15. & 16. 29.

Cõsiliarij liberè suũ votũ proferre tenentur, & quid si Regẽ contra sentire sciant, 17.

Ratio quare Consiliarios non nimis acutos, sed mediocris ingenij esse oporteat, 18.

Pertinacia est, quæ impedit recta consilia, sicut si neruus opticus obstruatur impedimento, est, ne oculi videant, 19.

Circumstantiæ rerum sunt in consultationibus expendendæ, 20.

Enume-

Enumerantur aliquæ qualitates boni Consiliarij, 21.
Euentus rerum non demonstrat bene vel male consultum, 22.
Cancellarius est caput & Præses Consilij Regis, 23.
Cancellarius habet primum locum apud Regem post primogenitum, 24.
Cancellarius in Aragonia debet esse Archiepiscopus Cæsaraugustanus, vel alter Prælatus Regni, 25.
Quod sit munus Vicecancellarij, 26.
Cancellarij officium, cur non sit in vsu, 27.
D. Andræas Roig Vicecancellarius laudatur, 28.
Regentis Cancellariam ministerium, 30.
Præsides curare debent ne animi sui votum pãdant lingua, aspectu, vel vultu, vt Consiliarij liberius suum proferant, 31.
Pragmatica Regni Balearium refertur, 32.
Doctor Michael Martinez del Villar laudatur, 33.

§. Decimus.

QVemadmodum aspectus, & auditus, organa (oculi quipè, & aures) editissimum occupant locum: Ita odoratus organum in eâdem capitis regia, tanquam arce est collocatũ, quod à Latinis † nasus appellatur, per quem
1 odorum omnium species ad cerebrum feruntur, cui ea ratione Consilium nostrũ supremum Aragonum recte comparatur, maxime cùm habeat
2 duas † nares, qui sunt illi duo cuiusque prouinciæ Consiliarij, vulgo Regen
3 tes nuncupati, qui vtrumque sal habent, † conscientiæ, cum eorum gubernaculum lex sit diuina; nullus enim prudentior consiliarius Christo, *a* qui nõ solum sapiens, sed ipsa sapientia est: Is ergo qui ante quam aliquid agrediatur, diuinam gratiam, & opem petit, nihilque aliud expetit, nisi voluntatem Dei explere, nunquam re vera deseret eum Dominus, quin lucẽ suam ei copiosè emittat, cum ipse lux mũdi sit, sine qua, quamuis aliàs perspicax, & oculatus sit Principis Consiliarius, ruet in multos errores, imó in omnes miseriarũ abyssus; cum à se solum habeat ignorãtiæ tenebras; quas illuminabit Dominus lumine suo, si non fiduciam inprudentia humana constituat, di-
4 uinique numinis benignitate, † & auxilio spreto, ad euanidas politici status rationes, vt Assà, *b* & Ephrain *c* confugerint, vt ille Nicolaus Perenotus Dominus Granbelle, qui offerenti cuidam illi Cæsaris locum in commentariis, ad probandum callida consilia in bellis vtiliora, cum Cæsar celeritate varias fuisset nactus victorias, respondit, illum, vnicum tantum sibi proposuisse finem, honorem. At christianis Principibus duos fuisse fines propositos, illum scilicet, & animæ salutem. Cuius curam cum commisse-

A D. Augustin. de verb. Domini in Matth. sermo. 8. in fin.
B 2. Paralipome. cap. 14. & 16.
C Oseæ 12. ibi, Iuxtà vias eius, & iuxta adinuentiones eius. P. Petrus de Ribadeney. li. 1. del princ. christia. aduersus Machauelum. Baron. in epito. pagi. 586. D. Augustin. lib. 5. de Ciuitate Dei, cap. 24. & 25. Ioanes Chokier in thesauro aphorismorum politicorum, lib. 2. cã. 22. & lib. 3. c. 20.

rit Rex noſter Philippus Magiſtro Ludouico Aliaga, † cuius naturæ lenitatem, religionem ; animi pietatem, integritatem, & ingenij vim, varia eruditione refertam,negare non poſſum, me ſemper vehementiſsime amaſſe & ſuſpexiſſe : ſanctiſsimé & prudentiſsimè eumdem ad tractanda iura maieſtatis,tanquam vnum ex ſuis Conſiliariis promouit, ne quid ratione ſtatus â lege diuina deuium ſtatuatur : cum ſemper intendat Rex catholicus, † in omnibus ſuis actionibus & conſiliis ſuam voluntatem diuinæ adęquare & conformem eſſe:ita vt nec etiam ob vniuerſi orbis monarchiæ interitum,vel in minimo ab ea recedere vnquam permitteret.Habent etiam ſal ſcientiæ,ne(vt inquit Iuſtinianus)ab aliis quęrant,quę ipſos ſcire oportet, ſed ſunt viri ſapientes, † & timentes Deum,in quibus eſt veritas;&qui oderunt auaritiam,quæ(vt inquit Apoſtolus *d*) *eſt idolorum ſeruitus*;& ideo vulgariter conſiliũ hoc ab omnibus Sanctũ appellatur, in quo adſunt duo † Regentes Aragonenſes, duo Cathalani,& duo Valentini. 1 * Quorum omniũ virtutes, &egregiæ animi dotes,adeó omnibus notæ ſunt ,vt melius ſilentio, quàm oratione breui laudari poſſe iudicauerim,cum ſint illi ætate, integritate, & iurisprudentia, ac rerum experientia inſignes; boni publici, ac iuſtitiæ amatores,paſsionibus vacui, ac in Reipublicæ adminiſtratione maxime periti,non adulatores,ſed veraces,in hiſtoriis,tam domeſticis, quàm externis verſati,graues,& non feſtini in conſulendo,taciturni, & ſecreti,ac in omnibus integræ,& probatæ vitę,omnibusq;virtutib⁹ refertiin quo Cõſilio vltra plures ſcribas minoris ordinis adſunt quatuor 2 * Secretarij, quorũ primus Prothonotarius appellatur,quod is negotia Regnis totius Coronæ Aragonũ † communia expediat:cum cæteri ſingularũ Prouinciarum tantum rebus gerendis ſint pręfecti.Sed Camillum Borellum *e* de hoc Conſilio diſerentem in quatuor cum nõ ita, vt in aliis, diligentem notaui. Primo,dum hoc Aragonię conſilium poſt plura alia conſilia,quibus iure pręferre debebat, † nominauerit, cum hoc iam decreto Regis Philippi noſtris primi,cęteris verò ſecundi;fuerit contradicto rio iudicio deciſum,vt à nullo alio, niſi à ſupremo Regis Caſtellę Conſilio, præferri poſſit; ita vt vbicunque ambo concurrere ſimul debeant, ſecundum locum , noſtrum obtineat; & in progreſſu manũ dexteram occupet Pręſes Regij conſilij Caſtellæ cũ ſuis Conſiliariis; ſiniſtrã verò Vicecancellarius cũ ſuis Regentibus. Secundo,quod per anthonomaſiã conſiliũ ſupremũ, † intelligatur conſiliũ Caſtellę,& quod dum Rex nominat Cõſilium

D Ad Epheſios cap. 5.

1 * Don Andres Roig Valentinus Præſes Conſilij. D. Philippus Tallada Valentinus. D. Thomas Martinez Bocli Aragonenſis D Saluator Fotanet Cathalanus. D.Lucas Perez Maurique Aragonenſis. D. Ioannes Sétis Cathalanus.

2 * D. Franciſcus Gaſſol. Auguſtinus Villanueua,& eius ex fratre nepos Ioannes Laurẽtius Villanueua, ac Dominicus Ortiz.

E de Regis catholici prę ſtantia.cap.66.nume. 22. 26. & 30.

filium ſuum, de eo per excellentiam intelligatur, quia hoc procedit inter Caſtellanos: inter Aragonenſes vero, Cathalanos, Valentinos, Sardos, & Balearium Inſularum incolas, ſemper de Supremo Aragoniæ Senatu intel-
12 ligitur. Tertio, dum inquit res Sardiniæ † in Conſilio Italico tractari, imo negotia vtriuſquè Siciliæ, mero iure, in Conſilio Supremo Regis Aragonum, tanquam Regnorum ad hanc coronam ſpectantium, eſſent tractanda: ſed iuſtis de cauſis nouum conſilium, non multis ab hinc annis, quod Italicum dicitur, fuit erectum. Quarto, & vltimo, dum, numerans Hiſpa-
13 niæ † conuentus iuridicos, obliuioni tradit Cæſarauguſtanum, quem inter Conuentus Hiſpaniæ enumerat Plinius, *f* & Tarraconenſem, qui hodie apud Barchinonenſem ciuitatem reſidet, quaſi extra orbem Hiſpanicum cõſtitutos: Valentinum non enumero, nec etiam Sardiniæ, & Balearium Inſularum cum in eis cauſæ non finiantur, ſed iſtorum regentium munus ſit, partibus, quæ ex illis
14 Prouincijs ad Regẽ † appellant, ius dicere. Nam Aragonenſium, & Cathala-
15 norũ cauſæ, † ſingulari priuilegio, intra ſuorũ Regnorũ reſpectiuefines, debent finiri, nec poſſunt inde extrahi; atquè ita contentioſę iuriſdictionis
16 tribunalia noſtri Regni † ſuprema ſunt, cum in eis ſit vltimus cauſarum recur-
17 ſus: quibus exceptis, in omnibus alijs tenentur bona, & iuſta Regi † conſulere, ita vt ſi videant tractari de rebus, quæ vergunt in detrimentum Regis, vel Regni, (quod idem eſt vt infra oſtendam) ea, qua decet modeſtia, & reuerentia; impugnando, curent impedire, non tacendo, nec dubiè loquendo, nec fugiendo conſilium, ſed conſulendo liberè, apertè, & ingenuè, dando rationes cur id fieri non debeat, perquirendoquè vias, & modos quibus illud non perficiatur, nec excuſabitur Conſiliarius, dicendo ſe fruſtra diſſentire, cum maior pars contra ſentiat, & odium ſibi fruſtra quærere is, qui gratiam expectat, ſummam eſſe dementiam, ex quo nullum fructum ſecuturum certum eſt, quia qui alterius ſententiam non ſequitur, non cum eo, ſed cum cauſa diſſidet; imo tanta eſt veritatis vis, vt ſperandum ſit alios mutaturos ſententiam. Quod ſi nihil aliud conſequatur, ſaltem hoc faciens muneri ſuo ſatisfaciet, fructumquè bonæ conſcientiæ, qui maximus eſt, colliget. Nec enim ciuitati, vel Reipublicę, Regi, vel Regno ſententiarum diſſenſiones quidquam officiunt, ſed vtilitatem potius afferunt, ſi libero, apertoq; pectore quiſquè quod ſentit, pro communi, & publica vtilitate, in nullius verba Iuratus, efferat. sed hanc libertatem in conſulendo, quam primam conſilij publici legem eſſe Dyomedes apud Homerum *g* ſic tradit,

F Lib. 3. hiſtoriæ naturalis, cap. 3.

Prima etenim lex eſt, in coetu quemq; loquentem
Dicere, quæ libeat, tum libera verba profari.

G Iliad. 7. pluribus comprobans Ianus Langleus, ſemeſtrium, lib. 7. c. 6.

Vellem

H 2.Regum cap.12.
I Danielis cap. 5. ibi. O Rex.
K In prohem.suasor:
L Ioan. Chokier, d. lib. 3.cap.1. per tot. Brancalassus in medulla politicorum, lib 5. de iustitia, §. 88.num 11.
M Osorius lib.7. de Regis institutione.
N Ouid.epistо. 2. Phillidis Cicero.in initio orat. pro Rabirio.

Vellem sic prudentiæ sale conditã, vt eam Consiliarius mitiget, & temperet morum iucunditate, lenitate, & breuitate, memoria virtutum, quibus maiores Reges floruerunt, similium rerum vituperatione, alienæ personæ introductione, vt in Nathan, *h* & Daniel, *i* aliqua pręmissa, vel postpositа laudatione, veniæ deprecatione, culpę translatione in alios, expositione vtilitatis, ac necessitatis; indicatione malorum, quæ ex intempestiuo silentio, ex adulatione, vel ex assentatione oriuntur, & alijs modis, quia Reges, & Principes habent palatum delicatum, & ideo melle lenire oportet, cum vt inquit Seneca, *K* apud Reges etiam ea quæ prosunt, ita tamen vt delectent sua denda sunt. Sint ergo isti Consiliarij *l* non nimis acuti, † sed mediocris ingenij, quia subtilia, & ignea ingenia, suo assiduo motu, nouandis, quam gerendis rebus aptiora sunt; præ multiplici inuentione, & rationum copia plerumquè natant, & ęgre expediunt aliquid, cui insistant, & obsequij sæpissime sunt ignara, nec aliorum sententijs libenter acquiescunt; sed perturbationibus agitata ea sibi proponunt, quę nec sunt, nec erunt, aliorum mentem, & consilia, à subtili sua mente ęstimantes: ideoquè peruicacia sapientibus consilijs inimica, quæ raro sine mixtura demētiæ inuenitur, & qui illam habent, ingenij sui vim ostendere cupientes, cæteris sapientiores videri, concertant in consultationibus suam semper obtinere sentētiam, etiam cum Reipublicę damno, ita vt non ęqui rerum ęstimatores sint, sed concertatores: & sicut oculi (quibus supra Consiliarios comparauimus) si neruus opticus, † qui à cerebro descendit, obstruatur, licet clari, & lucidi appareant, nihil vident: ita istorum pertinacia consilio aditum obstruit, & fumus arrogantię inficit, ac inquinat. Sicut enim constantia non sinit hominem depraua-ri, sic nec pertinatia, sinit corrigi, proinde illa laudanda, ista emendanda. Nec turpè est cum re mutare consilium, seu saltem interpretatione lenire, & illud rebus occurrentibus aptare, pensatis circunstantijs, † cum sępe vnus circunstantiæ articulus totam eneruet, si non euertat, consultationem. Sint etiam bonis † artibus eruditi, maxime togata sapientia, quæ est legum, iurisquè peritia, longo rerum vsu periti, in historijs diligentissime versati, nequè pręsentia tantum sagaciter odorantes, *m* sed longe in posterum, quod vtile Reipub, futurum sit, coniectura prouidentes: cum, vt plurimum, futura pręteritis similia sint, & consiliũ futuri ex præterito veniat, rectius de futuris deliberabũt, si pręteritorũ meminerint, non vulgi opinione, nec rei euẽtu, † sed ratione & prudẽtia consilia metientes, cũ euentuũ felicitas in nostra potestate non sit, sed tantum ratio, *n* &

18 19 20 21 22

Careat

Careat successibus opto
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

23 Cõsilij supremi caput, † & Dux est Cãcellarius, qui, quia
24 primum locum habet † post Regem, ad dexteramquè eius sedet post primogenitum: *o* Ideo statutum fuit per
25 Forum † nostri Regni, *p* quod non possit creari nisi Archiepiscopus Cęsaraugustanus, vel Episcopi Oscenſis, & Tirasonẽsis, vel alius Regni Prælatus, cuius loco hodie est cõstitutus Vicecãcellarius, qui & Domini nostri Re
26 gis † Assessor dicitur, per quem ille loquitur, & bona, ac mala Regni, non Regi, sed Vicecancellario imputantur, quia ad eum, tanquam Regem representantem, grauissima queq; totius Regni negotia referuntur, & ea omnia ipse cum Regijs Consiliarijs confert, *q* eiusque muneri præcipuę incumbit, operam dare diligentem ne quod rescriptum, edictum, decretum, contra ius, aut Rempub. impetretur, cum ad eum spectet literas Regias subscribere, & obsignare: *r* qui si aliquando hoc facere recuset, illasque quasi contra forum expeditas cancellet, idest transuersis lineis veluti cancellis expungat, & illiniat: *s* Non facit vt Regis voluntati resistat, vel Regiæ clementiæ, & largitatis censorem, & moderatorem se præbeat, sed vt, pro potestate sibi à Rege concessa, tanquam eius summus Magistratus, & officialis, caueat; ne quod rescriptum eliciatur ab occupato grauioribus negotijs Rege, vel non satis attento, per obreptionem supplicantium, aut inuerecundam petentium inhiationem, qua plerumque Principes constringuntur non concedenda concedere: quod Rex fieri velle creditur, & fraudis admonitus, idem fecisset, vel omnino non concessisset: cuius officium summum est honorum fastigium, vltra quod nihil sperare licet homini togato, quia omnes Magistratus præcedit, *t* officium † namque Cancellarij ab aula recessit, forsan ex ea-
27 dem ratione, qua ab vsu Romæ recessisse tradit Casaneus

O Boerius in tract de auctoritate magni Consilij, num. 10. & in additio. ad Io. de Montag. num. 117. Couar. pract. cap. 4. n. 10. Archidia. & Cardin. Alex. in cap. Hadrianus el 1. 63 dist. glos. in prohem. regularum Cancellariæ, p. 12. vers. nam ipse est preses late Lucas de Pena in rubric. C. de quæsto. & Magistra. lib. 12. Doctores in c. vt nostrum de offic. ordina. Albericus in dictionario, verbo Cancellarius l. 4. tit. 9 part. 2 & ibi Gregorius Lopez, & l. 13. tit. 18. partita 4.

P Foro 1. tit. de officio Cancellarij.

Q Lucas de Pena in rub. C. de quæstorib. lib. 12. & in l. neminem, C. de Decurion. lib. 10. Guillelm. Benedict. in cap. Raynutius, verb. & vxoré, decis. 2. n. 222. in fin. Boher. in tract. de auctorit. magni, consil. nu. 113, Belluga in specul. Princip. rubr. 6. vbi eius addit. Camil. verb. Quæstor. facit l. 2. tit. 9. part. 2. Purpurat in l. 1. nu. 93. ff. de offic. eius, Petrus Gregor. in sintagm. iur. vniuer. lib. 47. c. 29. Noster Iacob. Morlanes in resp. pro Regno, nu. 1319. & 1556. & Ludou. Martinez ibidem, nu. 828. Couarr. pract. quæst. cap. 4. nu. 10. col. 3. & 4. & nouissime Anton. Oliban. de iur fisci. c. 4. nu. 39. & seq. Bardaxi for. 1. nu. 2. tit. de offic. Cancellar.

R Foro de voluntad. tit. de officio Cancellarij.

S l. Cancellauerat, & l. seq. ff. de his quæ in testa. delentur. l. si chirographũ ff. de probatio. Couarru. vbi sup.

T Redin. de maiesta. Princip. vers. Sed etiam legibus oportet esse armatam, numer. 81. Casaneus in catalog. glor. mundi, 7 par. consideratione septima, in principio.

neus, u licet alij nullo tempore extitisse Rom. Pon. Cancellarium affirment. x Quam summam dignitatem nostris tẽporibus Doctori D. Andrę Roig, † viro nobili Valentino collatam fuisse, totę Regiæ Coronæ Aragonum maximè congratulandum est, cum ab omnibus, eius summa prudentia cum maxima iustitia, & religione cognita sit, & eius virtutes quotidiè a singulis inceſſabili laudum prædicatione extollantur. Sed quia, iure Regni y, causę non possunt † extra Regnum cognosci, nec partes litigantes ad litigandum extra Regni limites compelli, nec D. Rex possit literas quæ decisionem contineant concedere extra Regnum. Domino nostro Rege absente, vel etiam præsente (si Vicecancellarius non sit Regnicola) est Regens officium † Cancellariæ, cuius partes sunt illę, apud Locumtenentem generalem Domini nostri Regis, quas apud Regem Vicecancellarij supra diximus. 28 29 30

Hoc tamen vellem cuiusuis consilij præsides monere, † vt dum consiliarij, suum, in quouis negotio votum emittere debent, ne sui voti animum pandant, non tantum lingua, sed nec aspectu, vel vultu, ne consultoribus assentiendi materia detur; cum semper illis, veluti auctoribus, quæ ab alijs dictæ sunt sententiæ, adscribantur, rectiquè consilij accedat gloria: sed illius prudentissimi Senis Nestoris, Agamennoni Græcorum Principi consilij dati apud Homerum, z meminerint his verbis. 31

Quonian tu pluribus vnus
Imperitas, populosq; Regis, tibi sceptra ferenda,
Iupiter ipse dedit, qui nobis omnibus esses.
Consilijs Dux, & rebus, qua propter & ipsum
Te decet, & multos audire, & dicere multa.
Cedere deinde locum, verba opportuna volenti
Dicere, & vtilibus pensare negotia dictis,
Et quæ sunt meliora sequi, non fidere soli,
ipse sibi, &c.

Ex qua ratione sapientissimè Philippus Rex in pragmatica † Regiæ Audientię Regni Balearium (vt refert a eiusdem Regni Regens olim Cancellariam meritissimus, nunc vero in supremo Regis Aragonum Consilio Fisci Aduocatus, 32

V Vbi supra, 4. par. consideratione 13. Conrrad. in templ. omni. iudic. lib. 1 cap. 1. §. 4. vers. Cancellarius, cuius meminit glos. literarum, in c. statutum, de rescrip in 6. Benedict. in cap. Rainutius, verb & vxorem, decis. 2. nu. 203. Bardaxi in for. 1. nu. 3. tit. de offic Cancellarij.

X Gomez in prohem. regul. Cancellariæ, & post eum Grauat. in annotat. ad practi. Vestrij. lib. 1. c. 4. nu. 11. & nouissime Sigismundus Scacia de iudic. c. 20.

Y Obseruan. 2. tit. quod cuiuscumq; vniuersitatis, obserua. 4. tit. de appellatio. Foro Item que ningú Iudge, tit. priuileg. generale Aragonum, obserua. 1 tit. de iurisdictio. omni. iudic. Bardaxi in commẽ ad priuileg generale, nu. 13. & duob. seq. Molin. in reportor. verb. extra Regnum, vers. 1. 2. 6. 8. & 9. & verb. Rex, vers. D Rex existens extra Regnum quid potest, & sequent. cũ schol. Portol. ibi nu. 261. & 264. & verb. appellat. nu. 131. Iacob. Calicius in Margarita fisci, dub. 8. vers. 62. fol. 117. & vers. 213 fol. 134.

Z Iliad. 7.

A In eruditissimo appendice de innata Regni Aragonum fidelitate. § 9. p. 261. vbi allegat Paleot. de sacro consisto. 5 p. q. 2 fol. 229. & tacitum lib. 1. histo. asserentem rara temporum fœlicitas vbi sentire quæ velis, & quæ sentias dicere licet.

catus, maioribus magiſtratibus pro eius eruditione generis claritate ac virtu
33 te dignus † Michael Martinez del Villar) ſtatuit vt Locumtenens generalis
directè, vel indirectè, per interpoſitas perſonas, aut alias, tam in tractatu negotiorum, & cauſarum, in Regia Audientia, quam extra illam, intentum, aut votum ſuum non aperiat Conſiliarijs, nec inter dicenda ſuffragia dicentes interpellet, nec alia faciat, per quæ senatores ipſi minus libere ſuffragia ferant.

§. Vndecimus.

Os capitis politici habet dentes, & linguam, non tamen guſtum in palatu, & quare.

Prorex & Gubernator Regni, repreſentant os capitis politici. 1.

Ante legem Regiam Proconſules, & poſt eam Proconſules Auguſtales, Præſides, ac Præfecti Prætorio, in Prouincias mittebantur, 2.

Prorex eſt Vicarius Regis, 3.

Prorex in Aragonia iurat eadem ſolemnitate qua D. Rex. 4.

Aliqua ſunt in Regno quæ à perſona Regis ſeparari nequeunt. 5.

Prorex debet diligentiſſime obſeruare inſtructionem. 6.

Facta à Prorege contra inſtructionem tenent, licet à Rege poſſit reprehendi. 7.

Iuriſdictio Proregis, an ſit ordinaria, vel delegata. 8.

Prorex poſt depoſitum officium Excellentiæ titulo fruitur. 9.

Non exiſtente Locumtenente generali Domini Regis, gerens officium Gubernatoris præeſt Regiæ Audientiæ. 10.

D. Ioannes Fernandez de Heredia laudatur. 11.

Primogenitus maior quatuordecim annorum ipſo foro eſt Gubernator Regni. 12.

Gubernator Regni creatus à Rege, cuius conditionis eſſet olim; & cuius nunc ſit Regis officium Gubernationis. 13.

Regentis officium generalis gubernationis, & eius Aſſeſſoris quando ceſſet. 14.

Iuriſdictio per quem exerceatur abſente à Regno D. Rege, nec exiſtente eius Locumtenente generali, ac Gubernatore 15.

Dentes oris politici quid ſignificent 16.

In Aragonia non conceditur euocatio ad Regiam Audientiam ex cauſa miſerabilitatis perſonarum. 17.

Lingua quare labijs & dentibus circumcluſa. 18.

Lingua ad quæ vtatur præſes prouinciæ, & quomodo 19.

Lingua quare ſit vna. 20.

Linguam aliqui, aduocatis comparauerunt, & quare. 21.

Alij Regentem Cancellariam, vel Aſſeſſorem Gubernatoris linguam eſſe præſidum dixerunt. 22.

Quare guſtum Præſidem Prouinciæ non oporteat habere, 23.

Lege lata non de ea, ſed ſecundum eam iudicandum eſt 24.

Aſſuefacti veneno aliqui pro cibo vtuntur. 25.

Aliqui impugnant mores & leges ſuæ patriæ minime conformes. 26.

Leges cuiuſq; prouinciæ oportet eſſe diuerſas. 27

Æqui-

Æquitas pro locorum, & regionum ratione mutatur. 28.
Iuris principia apud omnes gentes eadem, tamen ex illis deductæ conclusiones sæpe variantur. 29.
Præses Prouinciæ, mores, & leges prouinciales debet scire illasq; diligenter obseruare. 30.
Nouitates vitandæ, tanquam maxime nocibiles Reipublicæ. 31.
Peregrinos cur à Republica exulandos aliqui statuerint. 32.

§ Vndecimus.

EST præterea in hoc corpore os: † per quod significatur Locumtenens domini nostri Regis, illo, ac eius primogenito, ab his Aragonum regiæ coronę regnis absente, cum amplissima potestate, & iurisdictione, in casu à Foro permisso, constitutus, *a* illi communicãdo vices, ac voces regias cum clausula, alter ego, quæmadmodum *b* ante legem Regiam † Proconsules ad Prouincias à republica Romana missi, Imperio, & insignijs Consularibus, maiestatem consulum, penes quos summa potestas populi Romani, & imago Reipublicæ posita erat, representabant, & post legem Regiam Imperatores, cum vbiquè esse non possent, Vicarios suos, amplissimis titulis ornatos, qui Proconsules Augustales, Præsides, aut Præfecti prętorio cognominabantur, ad regendas Prouincias mittebant. Si ergo Prorex Vicarius Regis est † eadem persona cum Rege, cuius vices gerit iudicabitur, *c* & idem vtriusquè tribunal, iurisdictio, atq; potestas, *d* & ideo eadem solemnitate † iuramentum pręstare tenetur *e* in Eccclesia Maiori ciuitatis Cęsaraugustę, coram eiusdem Iuratis & Dipputatis Regni 1 2 3 4

A Crassus in tract. de exceptio. exceptione 1. nume. 50. Maurus Burgi. de modo procedendi ex abrupto, q. 51 num 9. & 18. & facit text. in l. 2. C. de offic. eius qui vices alter. gerit. For. vnic. tit. quod dominus Rex non possit facere Locumtenent. vbi Bardaxi num 6. & de offic. Gubernat. quęstio. 5. titu. 3. pag. 53. colu. 2. & num. 51 pag. 78. col. 1. & q. 7. nu. 35. Cancer variaresolutio. 2. p. cap. 3. nume. 325. & seq. Thomas Gram. consil. 82. Casane. in consuetud. Burgun. rubri. 3. § 3. versic. Quila, folio 102. Tiraq in ll. connubiales, verb Contra te. glos. 3 num 131. Auenda. in dictionario verb. Visorey. fol. 208 Belluga rubri. 6. fol. 85. Raudensis decis. Pisana 44. num. 24. Molin. verb. Locumtenens generalis. For. 2. de pace, ibi: Vel tenentem locum regis.

B cap. legatos, de officio legati in 6 l fiin aliquâ. 7. §. cum plenissimam, ff. de offic proconsul. vbi obseru. Budæus. & Bald. Alexan. ab Alexand. dierum genialiũ, cap. 27. Vvolfangus Lazius in comment. Reipublicę Roman. lib. 2. cap. 6. Ioannes Lorinus in commentar. acto. Aposto. cap. 13. versic. 7. & cap. 18. num. 12.

C Cap. grandi de suplenda negligentia Prælato, vbi Perusin. nu. 5. Ancharran. not. 5. Cardin. Florenti. in Clement. 1. oppositione 6. de offic. Vicar. Archidiac. & Præpositus in cap Aretina. 63. dist. Capicius decis. 130. nu. 4. Iacob. in sua inuestitura, verb. Vicarius, num. 12. Gigas de crimine læsæ Maiestã. 1. p. q. 6.

D Cap. 2 de consuetudi in 6. l 2. ff. de offic eius, Casane. in cathalog glor. mundi. 7. p. considera. 25. Bart. in l hi quibus, §. 1. nu. 2. ff de lega. 3. Ias. in l. conuentionum nu. 2 de pactis, Aymo. cons. 144. num. 8. Nata cons 84 num 4 Riminal. cons. 3. num. 194. Auiles in cap præto. cap. 4. verb. Iusticia, Mandos. in praxi commissio forma 1. vers siue eorum Locumtenentibus, Belluga in speculo, rub. 6. nu. 8. & rub. 24. § fin. verb. Locumtenens, & rub. 25. num. 4 & eius additionator. Borrellus rubr. 1. verb. Locumtenens.

E Foro vnico, tit. coram quibus D. Rex, foro el Lugartenient. tit. de officio Iustiitę Aragonum, obseruan. 1. tit. actus curiarum,

F Cancer

gni in posse Iustitię Aragonum, sicut D. Rex, & eius primogenitus, vel non existente Iustitia Aragonum eovè impedito in posse eius locumtenentis, vel regentis officium Iustitiatus, vt iurauit D. noster Rex Philippus Secundus anno 1598, in posse Doctoris Ioannis Clementis Romeu collegæ mei. Qua ratione solum ea facere non poterit, quę iure patrię, † & moribus maiorum à regia persona separari nequeunt. *f* Quibus, vt inquit noster I.C. nec alium sufficere iudicarunt, quam Regẽ, â quo licet tan libera *g* mandata acceperit, tamẽ modestia, & reuerentia illum quasi remunerans, instructionẽ priuatam, † qua illius potestas moderari solet, diligentissime obseruare curabit: quod si non fecerit, licet reprehensione dignus † sit, & à Rege argui iure possit, tamen factum tenet, cum priuilegium tantum, & non instructionẽ, edere teneatur, *h* nec enim tam curiosa prouincialium procacitas est permittenda, vt audeant instructionem petere, vt liqueat, an cum ea facta Proregis cohęreant: sed est quasi quidam Regis institor, *i* pro cuius factis dominus Rex tenetur, & sibi debet imputare, qui præposuit eum, qui instructionem sibi datam nõ seruauit. *K* Hocque illum iusta de causa, ob singularem iuduſtriam, fidem, nobilitatem, ac grauitatem eorum, qui huic muneri præficiuntur, fecisse, pręsumẽdum est. Ncc credendum in illo particulari casu aliter dominum Regem iudicaturum, *l* quam eum, quem ad tanti officij magnitudinem euexit, & adhibuit. Cuius iurisdictio ordinaria † ab aliquibus, *m* ab aliis verò *n* delegata iudicatur: sed vt cumque sit, cum sit ad vniuersitatem causarum cum constitutione territorij morte Regis, cuius Vicarius est, non expirat, & post depositam administrationem † excellentia, & honore pristinæ dignitatis potitur, & fruitur; & quauis de causa *o* officium locumtenentis vacet, si D. Rex in regno non sit, is qui portat vices generalis gubernatoris: in regia Audientia † prœest, qualis est hodie D. Ioan-

F Cancer variarum p. 3. cap. 3. num. 329. & sequẽ. Marcus decisio. 317. nume. 24. & 421. nume. 1. lib. 1. Borrellus ad Bellugam, rubri. 24, ad fin. & noster Bardaxi de officio Gubernator. quæstio. 5. post princip. nume. 3. pagi. 52. versic. pro declaratione. & in commentar. ad For. vnic. titu. de officio Locumtenentis generalis, num. 3. fol. 72. Oliban de iure fisci, cap 4. nume. 58. & seq.

G in l. nam salutem, ff. de offic. præfecti vigil.

H Legatus Caroli Paschalij cap. 58. & 59. * & fuit decisum in processu Francisci Amigo super iurisfirma, licet contrariũ sentiat Cerdan de Tellada in veriloquio, cap 10. pag. 123.

I l. 1. §. est autem, & l. fin. ff. de institoria actionẽ, l. 1. §. 1. ff. nautæ caupones, Socinus cons. 144. colum. 2. & 3. volu 2.

k l 3. ff. de publica. § fin. instit. de obligatio. quæ ex quasi delicto. Georgius de Cabedo par. 2. decis. 80. nu. 5 decis. Genuæ 14. nume. 13.

L l. 1. de officio prœfecti prætor. glos. in cap. quę de causa 2. quæstio 4.

M vt voluit Oliban de iure fisci, cap. 4. num. 37. & alij supra relati sub nume 1. Craf in tract. de exception. exceptione 1. nnm. 50 & facit l. 2. C. de officio eius qui vices alterius gerit.

N glos. delegatus, in fin. in cap. cum causam, de appellation, glos. in cap. statutum, §. insuper, verbo, Moderatas, de rescrip. in 6. Ripa in l. quod iussit, num. 64. de re iudicata. Decius in cap. in literis, num. 20. de officio delega. cum concordan. per DD. in l. more, vbi Iason. num. 19. & 51. ff. de iurisd. Cerdan de Tallada in Veriloq. c. 1. §. 2. pag. 15. & 16.

O l. vnica. C. de comittibus, qui prouincias regunt, lib. 12.

D. Ioānes Fernādez de Heredia viribus, † & ętate iuuenis, fortitudine, animiq; cōstātia vir, sapiētia, prudētia, atq; cōsilio senex: qui licet vulgariter guberna tor regni nominetur; propriè tamen Regens officiū gubernationis vocatur; quia quēadmodū Prorex est locūtenēs generalis D. Regis, ita & iste Magistra tus est locūtenēs primogeniti eiusdē, qui maior quatuordecim annorū † gu bernator natus regni exiitit, p & equiparatur Cęsari, qui ab Augusto reg nante ad regendam aliquam prouinciam eligebatur ei post eius mortem in imperio succeſſurus, q quemadmodū Delphinus Francię Regi, ex eo enim solum quod succeſſor regni sit, à lege seu Foro habet pręrogatiuam, quod sit regni gubernator; & ideo natū diximus, Gubernator verò † à Rege crea tus datus appellatur, & tale officiū ante forū Regis Petri r personę magni sta tus solebat conferri. De qua, ratione magnę potentiæ, non audebant subdi ti cōqueri. Et ideo fuit statutum, quod regens officium gubernationis esset miles simplex, & media persona sui Assessoris iustitiā ministraret s quēadmo dum locumtenens generalis D. Regis media persona regētis Cancellariam, quorū munus cessat † eorū renunciatione; priuatione, vel morte, suspendi tur verò Assessoris iurisdictio, quādiu vacat officiū, Re gētis officiū gubernationis, vt fuit decisum anno 1554. quo obiit D. Franciscus de Gurrea, & anno 1590. quo obiit D. Ioānes de Gurrea, & 30. Augusti 1606. quo o biit D. Ioannes Fernandez de Heredia maior, quēadmo dum & Regentis Cancellariā si non sit in regno D. Rex vel locumtenens generalis ipsius, quod si fuerit defun ctus Regens officium † generalis gubernationis absente à regno D. Rege, vel eius locumtenente, iurisdictio, per or dinarios iudices exercebitur, sed in criminalibus consi liarij Regij ad hoc deputati illis cōsulēt, provt fuit respō sum anno 1554. per plures Iurisconsultos, ad hoc in do mibus diputationis congregatos.

Intra quod sunt † dentes, t quibus ostenditur fortitu do, qua resistere debet potentiæ diuitū & tyrānidi po tentum, ne opprimant inopes subditos, debiles, & viri bus inferiores: miserabilium namque causa, semper ab eo tractari, & pręcipua debet haberi, vt pos sit quando reddet rationem villicationis suę, dice re cum Iob: u *Oculus fui cæco, & pes claudo.* Atque ideo, si tales miserabiles personæ aduersariorū potētiā perhorrescant, deberet ad se libenter earum causas euo

c are

P Foro vnico, titu. quod primogenitus possit offi cium gubernationis, &c. Moli. in reportorio, ver bo, primogenitus. vers. 1. vbi Portoles, Bardaxi in tractatu de officio guber nationis, quęst. 2. & 3. & 5. num. 5. & 8. late & e leganter & in commentar. ad dict. For. vnicum. fol. 65. versic. difficultas & fol. 69. versic. notan dum. Oliba de iure fis ci, cap 3. num. 44. & ca pi. 4. num. 28.

Q Bardaxi dicta quæst. 3 pag. 17. colum 1. Caguo Ins in prooe. ff veter. n. 58

R Foro vnico, titu. quod regens officium guber nationis sit miles simplex

S Foro querientes, ti tu. de officio Cancella rij. Foro vnico, titu. de officio Locumtenentis ge neralis. Fo. o vnico de of ficio regentis officium gu bernationis, & vtrobi que Bardaxi.

T Eccles. cap, fin. ibi, Et nutabunt viri fortissi mi.

V cap. 29.

gni in posse Iustitię Aragonum, sicut D. Rex, & eius primogenitus, vel non existente Iustitia Aragonum eovè impedito in posse eius locumtenentis, vel regentis officium Iustitiatus, vt iurauit D. noster Rex Philippus Secundus anno 1598. in posse Doctoris Ioannis Clementis Romeu collegæ mei. Qua ratione solum ea facere non poterit, quę iure patrię, † & moribus maiorum à regia persona separari nequeunt. *f* Quibus, vt inquit noster I.C. nec alium sufficere iudicarunt, quam Regẽ, â quo licet tan libera *g* mandata acceperit, tamẽ modestia, & reuerentia illum quasi remunerans, instructionẽ priuatam, † qua illius potestas moderari solet, diligentissime obseruare curabit: quod si non fecerit, licet reprehensione dignus † sit, & à Rege argui iure possit, tamen factum tenet, cum priuilegium tantum, & non instructionẽ edere teneatur, *h* nec enim tam curiosa prouincialium procacitas est permittenda, vt audeant instructionem petere, vt liqueat, an cum ea facta Proregis cohęreant: sed est quasi quidam Regis institor, *i* pro cuius factis dominus Rex tenetur, & sibi debet imputare, qui præposuit eum, qui instructionem sibi datam nõ seruauit. *K* Hocque illum iusta de causa, ob singularem iuduſtriam, fidem, nobilitatem, ac grauitatem eorum, qui huic muneri præficiuntur, fecisse, presumẽdum est. Nec credendum in illo particulari casu aliter dominum Regem iudicaturum, *l* quam eum, quem ad tanti officij magnitudinem euexit, & adhibuit. Cuius iurisdictio ordinaria † ab aliquibus, *m* ab aliis verò *n* delegata iudicatur: sed vt cumque sit, cum sit ad vniuersitatem causarum cum constitutione territorij morte Regis, cuius Vicarius est, non expirat, & post depositam administrationem † excellentia, & honore pristinæ dignitatis potitur, & fruitur; & quauis de causa *o* officium locumtenentis vacet, si D. Rex in regno non sit, is qui portat vices generalis gubernatoris: in regia Audientia † præest, qualis est hodie D. Ioan-

F Cancer variarum p. 3. cap. 3, num. 329. & seqũ. Marcus decisio. 317. nume. 24 & 421. nume. 1. lib. 1. Borrellus ad Bellugam, rubri. 24, ad fin. & noster Bardaxi de officio Gubernator. quæstio. 5. post princip. nume. 3. pagi. 52. versic. pro declaratione. & in commentar. ad For. vnic. titu. de officio Locumtenentis generalis, num. 3. fol. 72. Oliban de iure fisci. cap 4. nume. 58. & seq.

G in l. nam salutem, ff. de offic. præfecti vigil.

H Legatus Caroli Paschalij cap. 58. & 59. * & fuit decisum in processu Francisci Amigo super iurisfirma, licet contrariũ sentiat Cerdan de Tellada in veriloquio, cap 10. pag. 123.

I l. 1. §. est autem, & l. fin. ff. de institoria actione, l. 1. §. 1. ff. nautæ caupones, Socinus cons. 144. colum. 2. & 3. volu 2.

k l 3. ff. de publica. § fin. institu. de obligatio. quæ ex quasi delicto. Georgius de Cabedo par. 2. decis. 80. nu. 5. decis. Genuæ 14. nume. 13.

L l. 1. de officio prefecti prętor. glos. in cap. quę de causa 2. quæstio 4.

M vt voluit Oliban de iure fisci, cap. 4. num. 37. & alij supra relati sub nume. 1. Craf in tract. de exception. exceptione 1. nnm. 50 & facit l. 2. C. de officio eius qui vices alterius gerit.

N glos. delegatus, in fin. in cap. cum causam, de appellation. glos. in cap. statutum, §. insuper, verbo, Moderatas, de rescrip. in 6. Ripa in l. quod iussit, num. 64. de re iudicata. Decius in cap. in literis, num. 20. de officio delega. cum concordan. per DD. in l. more, vbi Iason. num. 19. & 51. ff. de iurisd. Cerdan de Tallada in veriloq. c. 1. §. 2. pag. 15. & 16.

O l. vnica. C. de comittibus, qui prouincias regunt, lib. 12.

D.IoānesFernādez deHeredia viribus,† &ętate iuuenis,fortitudine,animiq; cōstātia vir,sapiētia,prudētia,atq;cōsilio senex:qui licet vulgariter guberna tor regni nominetur;propriè tamenRegens officiū gubernationis vocatur; quia quēadmodū Prorex est locūtenēs generalis D.Regis,ita &istēMagistra tus est locūtenēs primogeniti eiusdē, qui maior quatuordecim annorū † gu bernator natus regni existit, p & equiparatur Cęsari, qui ab Augusto reg nante ad regendam aliquam prouinciam eligebatur ei post eius mortem in imperio succeſſurus, q quemadmodū Delphinus Francię Regi, ex eo enim solum quod sucessor regni sit, à lege seu Foro habet pręrogatiuam, quod sit regni gubernator;& ideo natū diximus,Gubernator verò † à Rege crea tus datus appellatur,&tale officiū ante forū RegisPetri r persone magni sta tus solebat conferri. De qua,ratione magnę potentiæ,non audebant subdi ti cōqueri.Et ideo fuit statutum,quod regens officium gubernationis esset miles simplex,& media persona sui Assessoris iustitiā ministraret ſ quēadmo dum locumtenens generalis D.Regis media persona regētis Cancellariam, quorū munus cessat † eorū renunciatione;priuatione,vel morte, suspendi- tur verò Assessoris iurisdictio,quādiu vacat officiū,Re gētis officiū gubernationis,vt fuit decisum anno 1554. quo obiit D.Franciscus de Gurrea, & anno 1590. quo obiit D.Ioānes de Gurrea,& 30.Augusti 1606.quo o biit D.Ioannes Fernandez deHeredia maior,quēadmo dum &Regentis Cancellariā si non sit in regno D.Rex vel locumtenens generalis ipsius, quod si fuerit defun ctus Regens officium † generalis gubernationis absente à regno D.Rege,vel eius locumtenente,iurisdictio,per or dinarios iudices exercebitur,sed in criminalibus consi liarij Regij ad hoc deputati illis cōsulēt,provt fuit respō sum anno 1554.per plures Iurisconsultos,ad hoc in do mibus diputationis congregatos.

Intra quod sunt † dentes, t quibus ostenditur fortitu do,qua resistere debet potentiæ diuitū & tyrānidi po tentum,ne opprimant inopes subditos,debiles, & viri bus inferiores : miserabilium namque causa, semper ab eo tractari, & pręcipua debet haberi, vt pos sit quando reddet rationem villicationis suę, dice re cum Iob: *u Oculus fui cæco, & pes claudo.* Atque ideo,si tales miserabiles personæ aduersariorū potētiā perhorrescant,deberet ad se libenter earum causas euo-

care

P Foro vnico,titu.quod primogenitus possit offi cium gubernationis, &c. Moli.in reportorio, ver bo.primogenitus.versi.1. vbi Portoles, Bardaxi in tractatu de officio guber nationis,quęst.2. & 3. & 5.num.5.& 8. late & e- leganter & in commen tar.ad dict. For. vnicum. fol.65, versic.difficultas & fol. 69. versic. notan dum. Oliba de iure fisci,cap.3. num.44. & capi.4.num.28.

Q Bardaxi dicta quæst.3 pag.17.colum.1. Cagno lus in procœ.ff veter.n.58

R Foro vnico,titu. quod regens officium guber nationis sit miles simplex

S Foro querientes, titu. de officio Cancella rij. Foro vnico, titu. de officio Locumtenentis ge neralis. Fo.o vnico de of ficio regentis officium gu bernationis, & vtrobi que Bardaxi.

T Eccles.cap,fin.ibi, Et nutabunt viri fortissi- mi.

V cap.29.

17 care: x tamen † in regno, y nec ex causa miserabilitatis, licet quemquam à suo iudice ordinario extrahi.

18 Habet etiam os intra se linguam, † tot valuis munitam, & circumclusam, vt ostendat Locumtenentem, seu gubernatorem debere esse cautum in loquendo; quia (vt inquit Salomon: z *Qui custodit os suum, custodit animam suam; qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala.* Itaquè prudenter, & sapienter debet linguam suam moderari; ne aut loquatur, vbi non oportet, vel quando non oportet; vel taceat quando necessarium est loqui, ne pœniteat cũ Rege propheta dicente: a *Quoniã tacui, inueterauerũt ossa mea, dum clamarẽ tota die.* Quia:

Nobile lingua bonum, si fari in tempore nouit;
Nobile lingua malum, si fari in tempore nescit.

19 Sed illa maximè vti debet, † ad faciendum certiorem Regem rerum seriarum, & magni ponderis, quę in prouinciis, quas regunt, se offerunt, & eueniunt, vt possit Rex, illis cognitis, statui publico consulere: satis enim scimus b consuetudinem Romæ obtinuisse, vt Prę fecti prouinciarum, si quid noui de subito euenisset, id quale esset, summum imperium habenti Cęsari significarent, ac etiam eius medio membris, hoc est subditis, voluntas capitis supremi debet fieri nota, vt ita certiorati possint subditi suam voluntatem cum voluntate sui Principis vnire, in quo vera consistit fidelitas. Sed hęc

20 ideo † vna est, vt veritatem, & fidelitatem, qua in scribendo vti debet, demonstret; scio tamen alios lin-

21 guam † aduocatis comparasse c qui ideo, si impij sint, nimisque solertes, ex sententia Accursij, d absque lingua à seculo recedere solent, vt in eo plectantur, in quo

22 peccauerunt. Alij e verò † Assessorem, seu Regentem Cancellariã, linguam præsidum esse dixerunt, cum eorũ medio illi negotia expediant, nec aliter valeant literæ & prouisiones iustitiæ, nisi à Regente Cancellariã, seu Assessore respectiuè sint subscriptæ: qui, si benè se gesserint, sperare possunt, se, cum lingua à seculo recessuros, cum cuiusdam optimi iudicis, cæteris corpo-

x l. vnic. C. quando Imperator inter pupillum & viduam. Couar. in pract. c. 6 & 7. Anton. Thesau. in decis. Pedemont. 177. Iacobus Cancer varia. resolut. p. 2. c. 2. n. 1. cum seq.

Y Obseruant. penul. titu. actus curiar.

Z Prouer. c. 13. versi. 3.

A psalm. 31.

B Legatus Caroli Paschalij, c. 61.

C Marc. Anto. Camos in microcos. 1. p. dialog. 17. pag. 204. col. 1. Greg. Sayrus in clauiRegia lib. 12. c. 22. à n. 10. cũ seq. Casane. in cathal. glo. mun. p. 7 conside. 28. Bobad. lib. 3. c. 14. n. 65. de quib. plura elegãter per Prospe. Caraui. super ritib. magnę curiæ, rit. 99. cũ duob. seqq. Villadie. in sua polit. c. 5. §. 1. n. 55. Marta de iurisd. 4. p. casu 115. per tot. Sarnens. in repet. c. si pater. de testam. in 6. vbi plures sãctos qui fuerũt aduocati refert. *Inter quos posset enumerari Ioanes Martinus Mirauete de Blancas, qui postquã diu cũ summa laude officiũ aduocati fiscalis exercuit, & ad consilium supremũ electus, ordine Carmelitarũ discalciatorũ fuit ingressus. Et fr. Martin de los Martires vocatus, quorũ in æternis tabernaculis sociũ esse pie credendum est, cũ eos in hac vita maxima fuisset deuotione prosequutus.

D In §. item Surd. verb. Amittunt. iusti. quib. non est permis. facere testam. Bustos in eius Rosario, sermo. 8. par. 1. Burg. de Paz in prooem. legum Tauri, num. 385. & 389.

E Camos 1. par. dialog. 12. pag. 142. colu. 1. Fontanella de pactis dotalib. clausula 3. glos. 1. num. 8. For. 1. de officio Locumtenen. gene. For. Querientes. & For. De voluntad, tit. de offic. Cancell. Moli. verb. Literę D. Regis, versi. Literæ, seu prouisiones.

ris partibus destructis,& putrefactis, linguam reseruatam esse legamus: *f* & beati Gregorij *g* corpore putrefacto, & in puluerem redacto, linguam fertur fuisse illęsam,propter iustitiam, quam perpetim colebat, atque tuebatur. Pręses autem prouinciæ, (quem † os 23
Regis diximus esse,)gustum non oportet habere, sed leges, ac mores prouincię, quam regit, licet ei duri, insipidi, vel amari videantur; inuiolabiliter obseruando comedere, ac diglutire debet; *h* cum sufficiat legem scriptam reperiri,vt obseruetur, quamuis dura, & iniqua aliquibus videatur. *i* Postquam enim est cõstituta, † non de ea,sed secundum eam iudicandũ est, 24
K absque inquisitione rationis, *l* cum satis sit quod tẽpore quo fuit lata ab habente legis condendę authoritatem,illi iusta visa fuerit,potueritque aliquem finẽ honestum habere,vt obseruetur:cum non omnium,quæ à maioribus statuta sunt,vel consuetudine recepta, ratio reddi possit, *m* maximè cum consuetudinis tanta sit authoritas, & excellentia, vt sępe † assuefacti veneno 25
pro cibo vti, in sui, optimum nutrimentum conuertant, *n* atque ita cum leges, mores, & consuetudines sint alimenta corporis, cui pręest;non oris, nec in eius nutritionem destinata, debet secundum illa, prouinciam sibi commissam regere,gubernare, & administrare, nam(vt inquit noster I. C. *o*) *Magnifaciunt Prouinciales seruari sibi consuetudines, & prærogatiuas.* Et licèt sint nonnulli, † qui nihil rectum putant,nisi quod ipsorum, 26
ac prouinciæ vnde oriundi sunt moribus conueniat, quibus licet diuersis legibus, ac moribus secundum diuersitatem regionis, vnde oriundi sunt educatis, non iusta videantur, sed venenum iudicent,

F Rebuf.in procem.concordator. statim in princip.

G Mart. Polon. in vita D.Gregor. Ioannes Chokier in thesauro aphorismorum politicor. lib. 2. cap.1. exemplo 10. pagi 68.

H Petrus Gregor.de Republ.lib 22.cap.8. nu. 8. & lib.10.c.6.nu.17. Patricius de Repub.lib.3.titu.1. Bobadilla in sua politica lib.1.cap.5. num.9. Arnoldus in tract. de priuileg.statutor.lib.2.tit.8. num.10 & per tot. Aimó consil.463.num 12.Antonius Sola in constitutio. Subaudiæ,2 p titu.de obseruatione antiquor. decretor.num.4.& 5 Neuizanis inter consil.feudal. Bruni,consil.12. num.39. duobus sequentib.Vinius lib.2.decis.255.num.26. & seq.Casan.in cathalog. p.12.consideratio.51. & facit l.obseruare, §.ingressus,ibi, Magni enim faciunt prouinciales, seruari sibi consuetudinem istam.ff.de officio Proconsul.c.quis nescit, 11.disti. cum concord.per glo. in l.1. verb. a nullis. C. de excoctio.& translatio.militar. annonar. lib.12.

I l.prospexit,ff.qui, & à quib. De cuius intellectu aliis relatis Camillus Gallini.de verbor. signif. lib.10.cap.4 à num.12.vsque ad 24. Sebast.Medic. in repetitio.c.erit autem lex.n.73 & seq.4. distin. DD.commun.in l.1 & ibi Iaf.3.notab ff.quod quisque iur.Soci.Iun consi.15.n.19.& 20.lib.1.cum concor.perFeli.in c.si quando,n.11.&Ripa n.26.& 27. de rescrip.Corn.consi.73.in fin.lib.3.Roland.consi.99.n.47.lib.2.facit l.vnica,in princip.& in §.&cum lex.C.de cadu.tollen.Dec consi.452.&.563.ad fin.Iaf.consi.188.ad fin.lib.2.& in l.cum proponas, n.6. C de pact.Bald.consi.174.ad fin.lib.2.& consi.473.lib.5.Ange.consi.177.Osas.decis.67.n.12.Gallia.in consuet.Alex.præfa.8.n.45.Cepha.consi.408.Carpa.in prælu.ad statu.Medio.n.129.Beroi.in c.quæ in Ecclesiar.n.5.de consti.Sola in procæ.decretor.Sabau.glo.2.n.36.&37.

K l.& ideo.ff.de legib.DD.cõmunit.in l.Gallus,§.si eius qui,vbi Iaf.n.15.& 16.ff.de libe.& posth.Bald.in l.quid ergo.§.pœna gauior col,5.ff.de his qui notant.infam.

L argu.l.1.§.1.ff.de postulan.c illa,12.distinct.

M l.non omnũ,ff.de legib.Arnol.de priuileg.statutor.lib.2.ti.3.ad fin.

N Aul.Gel.noct.Attica.li.17 c,16.Casa.in cathalo.p.12.consid.51.

O in l.obseruare,§.ingressus.ff.de officio Proconsulis.

P In histo-

cent, tamen illi prouincię, cui prę-
sunt, erunt vtilia,
27 cùm omnes Prouinciæ † ab ipsius cœli naturali procliui
tate, & propensione sint diuersæ, & homines diuersarũ
conditionum, ac morum producãt: vt de locis mõtano
sis nostri regni, iuxta Aspensem saltum cõstitutis, dice-
bat Bernardinus Miedes. *p* Quare leges cuiuscumque
Prouincię oportet esse diuersas, secũdùm diuersos mo-
dos viuendi, & diuersas politias, ac mores hominum:
q non enim est expediens, omnes prouincias eisdem le-
gibus gubernari, (sicut videmus non qualibet in terra
sementem feliciter prouenire), *r* cùm singulę suos mo-
res peculiares natura, & cœli cõstitutione, habeant, qui-
bus gaudent, quibus vè ducantur: qui sępè simul cõcor-
28 dari nequeunt; *s* atque ita æquitas, † pro locorum, &
regionũ ratione mutatur, nec omnis naturalis ratio, est
recta in omnibus hominibus, cum quęlibet prouincia
abundet suo sensu, *& ignotæ Parthis virtutes, noua vitia.*
Cum (vt inquit Philosopus *u*) leges ad Rempublicam
accommodandæ sint, non è contra Respublica ad le-
29 ges, & licèt iuris principia † semper eadẽ pereq; sint apud
omnes gentes, et immutabilia omni tẽpore, quia vnus
est eorum magister, & Imperator Deus, *x* quæ qui cõtẽ
net, ipse se fugiet, & naturã hominis aspernabitur; tamẽ
cõclusiones, quę ex illis principiis deducũtur, variatis re
bus variantur; *y* hocq; prouenit à natura rerũ mutabi-
lium, & fluxibilium, ideoq; quædam seruantur in Castel
la, quę non in Aragonia, sed omnia hic, & illic, optimo
iure, rationeque naturali sustinentur: quia licèt varię sint
vniuscuiusque prouinciæ leges, tamen omnes opti-
ma ratione nituntur, quæ à prima dependet, *z* qua-
tenus æquitatis recta ducitur ratione, & suprema
autho-

P In historia latina nostri Regis Iacobi, I. lib. 1. fo. 38
Q Castro de legis pœnal. potestate, lib. 1. c. 2 pa. 27.
R Forcatul. in l. omnes populi, n. 5. ff. de iust. & iur.
S cap vltimo, 76. distin. cap. certificari. de sepult. argum. l. fine hęrede. §. Lu tius, de administratio. tutor. & l. si seruus pluriũ, §. fin. ff. de legat. 1. Rode-ricus Zamorens. in Specu lo vitæ humanæ, lib. 2. ca pi. 28. Camos in micro-cosm. 1. p dialog. 6. pa. 56 & 57. Arnol. de priuileg. statu. lib. 1. titu. 6. num. 9. Petrus Gregorius in præ-lud. optimi Iurisconsul. li-bro 2 cap. 2. & de Repu-bli. lib 4 cap. 4. nume. 2. Plutarchus ethicorũ mo-ralium, par. 2. in præcep-tis Reipublicæ gerendæ, pag. 534. Michael Vlzu. de regi. mund. 3. p. q. 2. nu me. 17. & 19. Brun. de sta tutis. art. 2 n. 7. Lancelot. Gallia. de statutis, verbo, Vxori, q. 4. n. 75. Capicius decis. 130. à num. 35. Bo-logninus de lege & iure, cap. 31. n. 15. Selua de be neficio, 3. p q. 22.
T Cor. Taci. li. 5. hist. ca. quia diuersitatẽ. vbi glo. de concess. præben.
V 4. policor. c. 11.
X Lactant. post Cicer. lib. de vero cultu, c. 8. & li. 6 institu. c. 8. Nicolaus Sera rius tom. 2. opusculorum Theologicor. disputa. de legibus articu. 19. p. 34
Y Sanctus Thomas 1. 2. quæstio. 94. artic. 5. So-to de iustitia & iure, li-bro 1. quæstio. 4. arti-

cu. 5. Fortunius Garcia in l. veluti, nume. 25. de iustitia & iure. Couarruuias in cap. quanuis pactum, par. 2. §. 4. nume. 6. Conanus lib. 1. commentarior. cap. 6. nume. 4. Aristotel. lib. 5. eticorum, cap. 7. Iosephus Gonçalez variarum quæstionum, cap. 38 à nume. 7. cum sequen. 14. & 77. Angelus Mathea-cius de via & ratione iuris, lib. 1. cap. 21. num. 33. & 35. & cap. 23. nume. 10 & 11. Cardinal. Belarmin. tom. 2. controuers. 4. principali, lib. 1. cap. 11. versic. Secunda, pag. 1024. Michael Vlzurrut de regimine mundi, qnęst. 1. quæstionis 3. principalis.
Z Beat. Thomas vbi supra quæst. 93. artic. 3. & quæst. 95. artic. 2. Soto vbi supra quæst 3. artic. 3. & quæst. 5. arti. 2 & Iosephus Gonçalez vbi supra cap. 41. nume. 1. & sequen. Medicis in tracta. de legi-bus, qnęst. 1. partis 1. nume. 5. glos. penult. in cap. penultimo, 103. distinct. & facit text. in §. quia igitur; in Authentico, de instrum. caut. & fide.

authoritate, nec ex eo, quod Forus vel obseruantia nostri regni aliqua iniusta impune permittat, a ab æterna recedit, quia non permittit, approbando vt bona, sed quia omnia scelera coercere non potest, impunita relinquēdo, b & vt inquit D. Chrisostomus: c *Permittimus, quòd nolētes indulgemus.* Quæ, quantumuis iniqua videantur, tamen ratione potestatis, & imperij ab æterna depēdet, quæ radix est omnium legum humanarum, quarum fructus sunt pax, & quies Reipublicæ. Præses ergo Prouinciæ, † quamprimum illam ingressus fuerit, dare debet operam, vt certior fiat morum, consuetudinum, & legum illius, vt secundùm illas imperare, & de Republica disponere valeat; morum enim ignoratio, impedit, irritaque facit cōsilia in ciuilibus negotiis, nam quos non nouit, regere non valet: nihil cogitans quod alienū, nouūque sit, † sed eam viam pergens, quam maiores instituerunt, quæque aliorum vestigiis sit attrita, iuxta illum Ennij versum, quem Cicero, vel breuitate. vel veritate, tāquam ex oraculo affatum censet: 30 31

Moribus antiquis res stat Romana, virisq;.

Et abiit in prouerbium Hispanum: *Mudar costumbre a par de muerte.* Nouarum enim rerum studium sæpè, Rem publicam labefactare solet, quā eam aliqua ex parte meliorem reddere, cùm omnes (vt inquit Plato d) eas leges colant, & innouare formident, in quibus educati sunt, maximè si illæ, diuina quadam fortuna, longis temporibus fuerint stabilitæ, & moribus vtentium confirmatæ: quas, si quis violare, aut innouare conabitur, cum rem tentet, neque facilem, neque tutam, ad quam & multum temporis, & magna requiritur potentia, omni studio prohibendus, & modis omnibus oppugnandus est, nam contēptus legum, & innouatio, ab antiquitate separata, non bonum ciuitati est studium: & ideo Romanus Pontifex, e quando cōtra ius antiquum, & maiorū institutiones aliquid innouat, sæpè excusatione vtitur, timens, ne reprehendatur, & causam, quę eius animum ad legem antiquam abolendam impulit, solet in principio nouæ legis præfari: quia in rebus nouis constituendis, euidens debet esse vtilitas, vt ab eo iure recedatur, quod diu æquum visum est: (*Cum imperium* (inquit Salustius f) *ijs artibus facile retinetur, quibus initio partum est,* Atq; ideo Augustus Cęsar, g inter præcepta benè administrandæ Reipubl. illud primum tradidit, leges firmiter retinere, neque

A Angelus Matheacius vbi supra cap. 23. num. 7. & 8. cum seq. Medicis vbi supra, par 4. q. 18. versic. Tertio modo dicitur illicitum & quæstio. 19. per tot.

B Barbosa 2. par. rubricæ, ff. soluto matrimonio, num. 11. cap. nerui, §. fin. 13. distin.

C Homil. 32. super 19. cap. Matthæi.

D lib. 6. de legib. & quæ tradit Arnold. de priuile. statut. & consuetud. lib. 2 titu. 6. per tot. Iulius Brá calas. in philosophia regia, lib. 22. cap. 11 §. 2. en los postpredicamētos de la Corte, pag. 187. & in naturali politica vniuersali, lib. 1. §. 29. Mambrin. Roseus de Principe, capit. 25.

E cap. non debet, de consanguinitate & affinitate.

F pro Catilina, & refert Iustus Lipsius lib. 2. politicorum, cap. 5. in fin.

G Dion. Cassius lib. 53.

neque quidquam in eis mutare, asserens, *Quod quæ eadem semper manent, & si sint vitiosa, vtiliora tamen sunt ijs, quæ subinde, etiam si in melius, innouantur*: Quia idem *h* prope est nouitas, quod non veritas, & vt inquit Aristoteles, *i* non tantum proderit legum mutatio, quantum cõ suetudo imperantibus non parendi nocebit, *K* cum tota vis parendi legibus, in more posita sit, qui nisi longo tempore non ingeneratur. Ex qua ratione aliqui tradiderunt, *l* aduenas, † peregrinos à Republica exulandos,
32 quia eorum admissio propter morum diuersitates solet sæpe in ea parere seditiones; quas omnem Rempublicam labefactare, ac in summam ruinam deducere certum est. *m*

H Quesada, quæst. 31. n. 24.

I 2. politicor. cap. 6. Castro de potest. leg pœnal. lib. 1. cap. 1. pag. 11.

k Duaren. in commen. ad tit. de constitut. Princip. cap. 1. vers. Illud præcipua animaduersione.

L Petrus Gregor. de Repub. lib. 23. c. 6. per tot. Marc. Anto. Camos in microcos. 1. par. dialog. 6. pagin. 56 & 57. Roder Zamorens. in speculo vitæ humanæ, lib. 2. cap. 28. Plutarch. in vita Licurgi. Alexan. ab Alexan. lib. 4. dierum genial. cap. 10. à ver. Solon vero, pag. 491. & vers. apud Indos, pa. 493.

Francis. Goelthasius de felici, & infelici Repub. fol. 18. col. 2. vers. Lacedemonij olim.

M Petrus Erodius rerum iudicatarum. lib. 8. tit. 4. cap. 41.

§. Duodecimus.

Collum coniungens caput ad membra, & è contra, quod sit, & stomachus cui comparetur.

SVMMARIVM.

Mvtuus amor inter Regem & subditos est collum corporis politici. 1.

Securior est custodia Principis, amor subditorum, quam armati milites, & arces. 2.

Per collum amoris, à Principe descendit in subditos iustitia & pax, & à subditis ascendit in Principem obedientia, reuerentia, & fidelitas. 3.

Propter conseruandum amorem inter caput & membra fuit institutus in Aragonia Magistratus Iustitiæ Aragonum. 4.

Stomacho quare tribunalia Regni comparentur. 5.

D. Martinus Baptista dela Nuça Iusticia Aragonum laudatur. 6.

§. Duodecimus.

1 COLLVM huius corporis † est mutuus amor, quo reciprocè se debent diligere membra, & caput; *a* cũ (vt quidam Pithagoricus dicebat) verus Rex eadẽ amicitia subditis est sociatus, qua Deus mundo, & in ipso contentis iungitur; omnemq; beneuolentiam primum à Rege

A Chrysosto. Iabellus in epitome 8. lib. eticor tractat. 2. c. 5. in prin. Ioan. Neuizan. inter Consil. feud alia, Bruni. cons. 12. numer. 67. cum duobus sequen.

à Rege in subditos, tum ab ijs erga ipsum, exhibere oportere; qualis paterna sit in filium, pastoris erga gregem, cum amor, & mutua dilectio sit compendium, & epithome totius diuini, & humani iuris, & ideo Apostolus, *b* docens, omnes Principibus secularibus subditos esse oportere, & teneri se inuicem diligere, inquit, *Quia plenitudo legis est dilectio.* Atque ita Princeps populum benigne complectatur, & diligat, iuxta illud.

Discite, qui populos ditione tenetis, & Vrbes,
Humanum vobis conciliare gregem.
Iustitiam colite, & mores seruate modestos,
Rex erit is populi, quem tolerabit amor,

Nam qui à subditis non diligitur, tanquam tyrannus dominatur. *c* Populus vero vicissim Principem reuereatur, obseruet, & amet, cum magnes amoris sit amor, qui est † in expugnabile munimentum, tutissimaq; Regum custodia, & non tam turribus, propugnaculis, mœnibus, satellitibus, præsidijs, aut armis continentur ciues in obedientia Principum, quam amore, vt inquit Claudianus. *d* 2

Non sic excubiæ, non circunstantia pila,
Quam tutatur amor.

Quia optimum Regni fundamentum, & præsidium, est subditorum amor, nullaque melior Principis custodia, quam vera, & firma eorum, quibus præest, beneuolentia. *e* Cum enim multi, & potentes ciues, non Principem formidare, sed pro illo timere, ac solicitos esse assueuerint; multis oculis, videt, multis auribus audit, & præsentit, quæ aduersus illum, qui cunctis optantibus viuit aguntur, & sub quo iustitia, pax, & securitas floret, quod si illum subditi non diligant, sed tantum metuant, odisse naturale est, & infestare, si possint, vt de Petro Primo, Rege Castellæ legimus, *f* propter summam sęuitiam à Fratre Henrico fuisse occisum, qui fratres occiderat. Quo amoris collo caput corpori, † & è contra coniunguntur, connectuntur, & colligantur, *g* cuiusquè medio à Principe in subditos, sicut à capite in membra, iustitia legalis emanat, & profluit; vnde culmen iustitię nuncupatur *h*: qua posita, in necessariam consequentiam, subsequitur pax, & tranquillitas 3

Reipub.

B Ad Romanos cap. 13.
C Casaneus in catalog. p. 5. consideratio. 31. fol. 139. Tapia de vera homini. nobilit. pag. 198. vers. nam si recte. Cermenat. in rapsod. cap. 20.
D In 4. consulatu Honorij. pag. 165.
E Cermenatus in rapsodia cap. 28, ex Plutarc, & alijs comprobat Iacobus Simancas lib. 3. de republica, cap. 12. nu. 4. & per tot. pag. 142. & seq.
F Rodericus Sancius in historia Hispan. 3 par. in eius vita, c. 15. cum trib. seq. Mariana in historia de rebus Hispan. lib. 17. cap. 13 pag. 824. ad med.
G Bart. in tract. de alluuionib. super verb. acquiritur, vers. Secundo viden dum Gabriel in 4. senten. dist. 15. q. 5. Ioan. Gerson. in remedio contra adulatores, considerat. 7. in 4. par operum.
H Petrus Gregor. in præ Iudijs opti Iur. Consult. lib 2. cap. 26. & 27. Cerdan de Tallad, en su verdadero gouierno, c. 3.

Reip ub. iuxta illud Psalmistę, *Iustitia, & pax i oſculatæ sũt.* Totius corporis augmentum, & prosperitas prouenit, cum illa dicatur omnis virtus, K qua homo bene disponitur, in ordine ab bonum publicum, eodemquè collo mediante à corpore in caput supremum ascendunt, debita fidelitas, obedientia, & reuerentia, ex quibus oritur obligatio in membris ad obseruationem legum, & mandatorum, á Principe emanantium: & Princeps, non solum propter ius, bene constitutum, atque redditum, sed etiam ob lenitatem, & mansuetudinem erga subditos, paternum quemdam ipsis in se amorem instillabit. Vt autem hoc mutui, atq; reciproci amoris vinculum,
4 inter caput, & membra non dissolueretur, † ille maximus Iustitiæ Aragonum Magistratus, cum initijs Regni fuit constitutus, qui vtrumque coniungit; & corporis & capitis faucibus adhęresćit: *l* tamen quia leges, &
5 mandata Principum, † apud sacra consistoria, Tribunaliaque Regia prius digeruntur, *m* ideo merito illa stomacho comparauimus. Hoc Iustitiæ Aragonum Magistratu cũ sũmo omniũ gaudio, & Regni felicitate fruitur
6 D. Martinus Baptista de la Nuça † vir sũma eruditione, ac maxima prudẽtia prædituś, quẽ, doctus prisca loquẽtem, & matura senex audit: cui, quod stipiti rami, quod radij Soli, quod capiti membra, quod fonti riuuli, hoc ei omnes Regnicolæ debere, & agnoscunt & fatentur: Cum omnia pro eius eximia sapientia, & disponat, & moderetur, per quem vt inquit Claudianus, *n* in Aragonia

Fixa manet reuerentia patrum?
Firmatur senium iuris, priscamq; resumunt
Caniciem leges.

I Psalm. 8. Quarum laudes & effectus tradunt Guerrero vbi supra, cap. 49. Simancas de republi. lib. 3. cap. 9. Bouadilla in sua politic. lib. 4. cap. 2. num. 5. G. Cermenatus in rapsod. cap. 31. Bald. de pace constantiæ. § hæc sunt, num. 3. D. Augustin. de sermone Domini in monte, sermo. 57. Casaneus in catalog par. 5. consideratione 16. Camil. Borrel. in Regia Aragonum, §. 1. glos. 1. per tot. & nu. 49. & in addit. ad Bellug in prohem. verb. incolumitas, & verb pacem, & rub. 8 verb. Iustitia & pace, & rubr. 11. § postquam. verb. nobilissima virtus; Anton. August. in epitome iuris Pontificij veteris, par. 3. lib. 29. tit. 1. per totum, Cerdan à Tallada in veriloquio. cap. 23.

K Iabellus in epitome lib. 5. ethicor. tract. 1. c. 1 col. 4 in pag. 65.

L Blancas in commentarijs rerum Aragonensium pag. 375. in prin.

M Bald in l. Aemilius, nu. 11. in fin. ff. de minoribus.

N In panegyri, in 4. con sul. Honorij, fol. 172.

§ Decimus tertius.

Cor corporis politici, & eius duæ auriculæ calorem temperantes quæ.

SVMMARIVM.

Nobiles, & Proceres Regni repræsentantur in cordẽ. 1.
Superbia primum hominis peccatum. 2.
Superbia commune nobilitatis malum. 3.
Duæ auriculæ cordis sunt religio erga Deum, fidelitas, & obedientia erga Regem. 4.
Superbiam nobilium quæ temperare valeant, 5.
Nobiles ingressum, progressum, & egressum

ab hac vita communem cum cæteris habent,6.
Nobilitas quando sit à Rege singulari gratia prosequenda, & in beneficijs præferenda,7.
Nobilitas vitijs obscurata non præferenda in honoribus, sed maiori odio digna.8.
Quid sit laudabilius in nobilitate.9.

§. Decimus tertius.

COR huius corporis repręsentatur † per nobiles, & proceres Regni: qui (vt ex Cicer. *a* tradit Rossinus *b*) ita se gerere debent, vt eorum consilia optimo cuiquè probentur, neque nocẽtes sint, nequè natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti: sed Reipub. commodis, & maiestati studeant, ita vt ab omnibus summi viri, & coseruatores Regni iudicentur. Eorum tamen superbia *c* (primum † hominis peccatum,) *d* contemptor animus, & cupiditatis ambientis calor (commune nobilitatis † malum) *e* totum corpus exureret, & consumeret, nisi penes illud duæ auriculæ †(quas cordis flabellum & ventilabrum medici vocant) perpetuo adessent, suo continuo motu refrigerantes: quæ sunt, religio erga Deum, cui proprium est erecta deijcere, deiecta erigere; & fidelitas, seu obedientia erga *Regem*, qui ęquo iure omnes metitur, ac protegit, & in pace, & iustitia tuetur, atq; defendit. Multa tamen eorum superbiam confundere † poterant, *f* si se ipsos noscerent homines esse, (animalia quidem infelicia) in ingressu † ex vili materia seminis genitos, ac in peccatis conceptos, *g* corrupto menstruo sanguine in vtero materno nutritos, res adeó fœda vt refugiant eum oculi cernere, & manus contingere, & horreat etiam animus cogitare, & vt Canit Poeta Valentinus. *h*

1 2 3 4 5 6

Rusticus, & Princeps opera generantur eadem,
Omnes ergo sumus ventris in orbe pares.

In vallem lacrymarum, non sine magno parturientis dolore emissos, de mulieribus natos, *i* ac in nuda humo, nudos eiectos, ad vagitum statim, & ploratum: vt nullũ animalium aliud pronius ad lacrymas, & has protinus vitæ principio, vnam tantum ob causam, quia natum;

cuius

A In oratio. pro Sextio.
B Antiquitat. Roman. c. 18. lib. 1.
C Bald. in l. per adoptionem, 1. lectur. ff. de adoptio. Benedictus in c. Raynutius, glos. 1. num. 26. & verb. vxorem nomine Adelasiam. num. 966. Tiraquel. de nobilita. cap. 23. num. 2 & seq. Luc. de Pena in l. militarib⁹, in prin. C. de decurio. lib. 10. Prosper. Carauita ritu 160, numer. 2. Cuius verba in vers. Sed iste ritus, in nostris Baronibus sunt nimis notanda.
D Belarmin. tom 3. controuer. principal. 2. lib. 3. cap. 4. & 5. pag. 168. Paramo de origine offic. sanctæ Inquisitio. lib. 1. cap. 1. tit. 9. nu. 2.
E Salusti. in iugurth. Lipsius lib. 2 politicor. c. 15.
Đ. Augustin. lib. 5. de ciuitate Dei, cap 14. Ioannes Chokier in thesaur. aphorismorum politicor. lib. 6 cap. 3 & 4.
F Belarmin. tom. 3. controuers. 2. lib. 6. á cap. 9. pag. 357. vsq; ad cap. 13. pag. 363. Lelius Zancus in tract. de duelo inter militem sacrum, & seculare, lib. 1. c. 61. num 2. & lib. 3. in prohem Camos in microcos. 1 p. dialog. 9 Petrus Gregor. de repub. lib. 22. c. 6. num 4. & seq. Plinius in prohem. lib. 7. natural. histor.
G Psal 50.
H Iacob. Falcõ de paritate, & imparitate vitæ, epigram 23. fol. 6.
I Iob. cap. 14.

cuius abortus causa plerumq; fuit odor à lucernarum extinctu, vt quisquè consideret, quæ sit superbissimi animalium origo, k vt canit Poeta. l

Seruus vt in lucem nudus, sic Rex quoq; prodit,
Omnes ergo sumus vita in eunte pares,

In vitæ progressu nunquam in eodem statu permanet, sed perpetuę inconstantiæ, ac instabilitati seculi subiectus, vt canit Poeta Valentinus. m

Sunt hominum vitæ currentia flumina raptim
In mare, nempe mortem.

Ita vt eorum vita bulla sit, & vmbrę somnium, ac fumi vmbra, & vt canit ille idem Poeta. n

Quam cito discessit fugitiuæ aurora iuuentæ,
Et iuuenile mane:
Tam cito firma ætas, & vespertina senectus
Hos mihi franget artus,

In egressu deniquè. o

Putrescunt inopis, putrescunt diuitis artus,
Omnes ergo sumus iudice morte pares.

Victum, ac nutrimentum vermium futuros, & ex quorum carne (cuius nobilitas eos tantopere extollit) ijdem vermes gignendi, & procreandi sunt: qua ratione eos appellauit Iob. p Fratres, & sorores, vnde recte inquit Rex Propheta. q *Vniuersa vanitas, omnis homo viuens, tum & Cæsar, & nihil simul vtrumq; fuit.* Nobilitas † ergo ita 7
tuenda est, ac nobilium posteri singulari Regis gratia amplectendi, si ad natalium splendorem mores honestos, virtutemquè ipsi adiecerint: r quæ splendide enitescit in persona illustri, vt enim inquit Guillelm. Benedictus s nobilis quis dicitur quod præ alijs in virtutibus notabilis, alias ignaua † nobilitate nihil turpius qui si, maiorum gloria tumidi, opes, hæreditatesquè susceptas in nequitia, & leuitate consumant, si confisi auorum laude, ignauia ipsi, atquè socordia marcescant, præmia virtutum vitijs adipisci; virorum fortium loca per nobilitatis fucum, segnitia, & inertia occupare contendentes: videntur, (vt inquit Cicero) t obrepsisse ad honores errore hominum, & commendatione fumosarum imaginum, quos generi, non homini, maioribus, non moribus, auditæ nobilitati, non perspectę virtuti deferri dicendum est, cum vt inquit Ouid. u

K Plin. in prohem. lib. 7. natural histor. & cap. 7. Ioan. Chokier in lib. 6. thesaur. aphorismorum politic. cap. 4. Oña en sus postrimerias, 1. par lib. 1. c. 10. discurso. 1. pag. 334. & lib. 2. cap. 3. discurs. 2. pag. 668, & discur. 4. pag. 692.
L Falco vbi supra.
M Falco. ode. 1. de breuitate vitę.
N Vbi proxime.
O Falco. vbi sup.
P Cap. 17.
Q Psalm. 38.
R Mariana de Regis institutione lib. 3. cap. 4. pagin. 293. Ribadeneira en la institucion del Principe Christiano, lib. 2. c. 6. & 7. Villadiego in prologo del fuero Iuzgo, glos. l. 8. à num. 24. cum seq vbi agit, quotuplex sit nobilitas, qualiter acquiratur. & quomodo probetur, & de eius priuilegijs. Casaneus in catalog. gloriæ mundi, par. 8. consideratio. 31. & facit cap. de multa de præbendis, vbi DD. Bald. in l. memini 11. C. de aduocatis diuerso. iudici. Tiraquel. de nobilitate, cap. 5.
S In c. Rainutius, verb. condidit. el 1. nu. 30.
T In oratione 38. in L. Pisonem.
V Lib. 13. metamor. fab. 1

Nam

Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi.
Vix ea nostra voco.

Quia si eorum maiores castra sanguine parta, opesquè, & imagines, virtute quæsitas illis reliquerunt, quomodo credunt ipsi illa, ac claræ gentis, & nobilis familiæ nomen vitijs, & improbis moribus conseruare valere? Cum quanto parentum, & auorum vita clarior, tanto filiorum vecordia flagitiosior,[x] iuxta illud Iuuenalis.[y]

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

Et (vt inquit Bohetius)[z] *Nihil in † nobilitate est magis laudabile, quam quod nobilibus necessitatem quandam imponit, ne à virtute maiorum deuient,* Ad quam eorum exemplo incitari solent prout Æneas Ascanium filium monebat illis verbis: 9

Disce puer virtutem ex me, verumq; laborem
Tu facito, mox cum matura adoleuerit ætas,
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Æneas & auunculus excitet Hector.

Maiori itaquè odio digni sunt, qui splendorem nobilitatis libidine, & impuritate obscurant, suisq; factis generis claritudinem amittunt, maiorumquè nomen clarum, obscurum reddunt, &, vt inquit Ouidius.

Perit omnis in illo,
Gentis honos cuius laus est in origine sola.

Nam & si.

Sint tibi Gallorum Rex, & Regina parentes,
Et maneat virtus pectore nulla tuo;
Non pluris faciam te, quam tibi rustica mater
Si sit, & ignotus rusticus ipse pater.

Nam, vt inquit Euripides,

Qui vero non iustus est, licet â patre meliore,
Quam Iupiter sit, genus deducat; ignobilis mihi censetur,

Ergo, vt inquit Claudianus. *a*

Virtute decet, non sanguine niti.

Nam vt tradit Iuuenalis. *b*

Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri? pictos ostendere vultus
Maiorum, & stantibus in curribus Aemilianos?
Tota licet veteres exornent vndiquê cæræ
Atria, nobilitas sola est, atque vnica virtus.

§. De-

X Saluſt. in Iugurth.
Y Satyra. 8.
Z Lib. 3. de conſolatione, Thobiæ cap. 8. ibi, filij quippe ſanctorum ſumus, Lorinus in commen. in acta Apoſto. cap. 3. verſic. 25. pag 189. col. 1.
A In 4. Conſulatu Honorij, pag. 163.
B Vbi ſupra.

cuius abortus causa plerumq; fuit odor à lucernarum extinctu, vt quisquè consideret, quæ sit superbissimi animalium origo, k vt canit Poeta. l

Seruus vt in lucem nudus, sic Rex quoq; prodit,
Omnes ergo sumus vita in eunte pares,

In vitæ progressu nunquam in eodem statu permanet, sed perpetuę inconstantiæ, ac instabilitati seculi subiectus, vt canit Poeta Valentinus. m

Sunt hominum vitæ currentia flumina raptim
In mare, nempe mortem.

Ita vt eorum vita bulla sit, & vmbrę somnium, ac fumi vmbra, & vt canit ille idem Poeta. n

Quam cito discessit fugitiuæ aurora iuuentæ,
Et iuuenile mane:
Tam cito firma ætas, & vespertina senectus
Hos mihi franget artus,

In egressu deniquè. o

Putrescunt inopis, putrescunt diuitis artus,
Omnes ergo sumus ludice morte pares.

Victum, ac nutrimentum vermium futuros, & ex quorum carne (cuius nobilitas eos tantopere extollit) ijdem vermes gignendi, & procreandi sunt: qua ratione eos appellauit Iob. p Fratres, & sorores, vnde recte inquit Rex Propheta. q *Vniuersa vanitas, omnis homo viuens, cum & Cæsar, & nihil simul vtrumq; fuit.* Nobilitas † ergo ita tuenda est, ac nobilium posteri singulari Regis gratia amplectendi, si ad natalium splendorem mores honestos, virtutemquè ipsi adiecerint: r quæ splendide enitescit in persona illustri, vt enim inquit Guillelm. Benedictus s nobilis quis dicitur quod præ alijs in virtutibus notabilis, alias ignaua † nobilitate nihil turpius qui si, maiorum gloria tumidi, opes, hæreditatesquè susceptas in nequitia, & leuitate consumant, si confisi auorum laude, ignauia ipsi, atquè socordia marcescant, præmia virtutum vitijs adipisci; virorum fortium loca per nobilitatis fucum, segnitia, & inertia occupare contendentes: videntur, (vt inquit Cicero) t obrepsisse ad honores errore hominum, & commendatione fumosarum imaginum, quos generi, non homini, maioribus, non moribus, auditæ nobilitati, non perspectę virtuti deferri dicendum est, cum vt inquit Ouid. u

7

K Plin. in prohem. lib. 7. natural histor. & cap. 7. Ioan. Chokier in lib. 6. thesaur. aphorismorum politic. cap. 4. Oña en sus postrimerias, 1. par lib. 1. c. 10. discurso. 1. pag. 334. & lib. 2. cap. 3. discurs. 2. pag. 668. & discur. 4. pag. 692.

L Falco vbi supra.

M Falco. ode. 1. de breuitate vitę.

N Vbi proxime.

O Falco. vbi sup.

P Cap. 17.

Q Psalm. 38.

R Mariana de Regis institutione lib. 3. cap. 4. pagin. 293. Ribadeneira en la institucion del Principe Christiano, lib. 2. c. 6. & 7. Villadiego in prologo del fuero Iuzgo, glos. l. 8. à num. 24. cum seq vbi agit, quotuplex sit nobilitas, qualiter acquiratur, & quomodo probetur, & de eius priuilegijs. Casaneus in catalog. gloriæ mundi, par. 8. consideratio. 31. & facit can. de multa de præbendis, vbi DD. Bald. in l. memini 11. C. de aduocatis diuerso. iudici. Tiraquel. de nobilitate, cap. 5.

S In c. Rainutius, verb. condidit. el 1. nu. 30.

T In oratione 38. in L. Pisonem.

V Lib. 13. metamor. fab. 1

X Saluſt. in Iugurth.
Y Satyra, 8.
Z Lib. 3. de conſolatione, Thobiæ cap. 8. ibi, filij quippe ſanctorum ſumus, Lorinus in commen. in acta Apoſto. cap. 3. verſic. 25, pag 189. col. 1.
A In 4 Conſulatu Honorij, pag. 163.
B Vbi ſupra.

Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi.
Vix ea noſtra voco.

Quia ſi eorum maiores caſtra ſanguine parta, opeſquè, & imagines, virtute quæſitas illis reliquerunt, quomodo credunt ipſi illa, ac claræ gentis, & nobilis familiæ nomen vitijs, & improbis moribus conſeruare valere? Cum quanto parentum, & auorum vita clarior, tanto filiorum vecordia flagitioſior,[x] iuxta illud Iuuenalis.[y]

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

Et (vt inquit Bohetius) [z] *Nihil in † nobilitate eſt magis laudabile, quam quod nobilibus neceſsitatem quandam imponit, ne à virtute maiorum deuient,* Ad quam eo- 9
rum exemplo incitari ſolent prout Æneas Aſcanium filium monebat illis verbis:

Diſce puer virtutem ex me, verumq; laborem
Tu facito, mox cum matura adoleuerit ætas,
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Æneas & auunculus excitet Hector.

Maiori itaquè odio digni ſunt, qui ſplendorem nobilitatis libidine, & impuritate obſcurant, ſuiſq; factis generis claritudinem amittunt, maiorumquè nomen clarum, obſcurum reddunt, &, vt inquit Ouidius.

Perit omnis in illo,
Gentis honos cuius laus eſt in origine ſola.

Nam & ſi.

Sint tibi Gallorum Rex, & Regina parentes,
Et maneat virtus pectore nulla tuo;
Non pluris faciam te, quam tibi ruſtica mater
Si ſit, & ignotus ruſticus ipſe pater.

Nam, vt inquit Euripides,

Qui vero non iuſtus eſt, licet â patre meliore,
Quam Iupiter ſit, genus deducat; ignobilis mihi cenſetur,

Ergo, vt inquit Claudianus. [a]

Virtute decet, non ſanguine niti.

Nam vt tradit Iuuenalis. [b]

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri? pictos oſtendere vultus
Maiorum, & ſtantibus in curribus Aemilianos?
Tota licet veteres exornent vndiquê cæræ
Atria, nobilitas ſola eſt, atque vnica virtus.

§. De-

§. Decimus quartus.

Iecur corporis politici in agricolis paſtoribus, & mercatoribus repreſentatur.

SVMMARIVM.

De agricolis, multa remiſsiuè, 1.
De paſtoribus, etiam multa remiſsiuè, 2.
Romanæ Reipublicæ & humani generis ſeminarium, à quibus ortum, 3.
Mercatores etiam in iecore comprehenduntur, & quare.
Artifices à multis laudantur, remiſsiuè, 4.
Qui vere mercatores, & laudandi, 5.
Mercatores Reipublicæ cauſa abeſſe dicuntur, 6.
Publicani, qui olim extiterint, 7.
Improbi mercatores illaudabiles, & qui ſint, 8. & 11.
Mercurium cur antiquitus & furto, & mercaturæ præeſſe diceretur, 9.
Mercatores improbi non admitendi in adminiſtratione Reipublicæ, 10.
Opes mercatorum ſolent durare, vt aranearum tela, 12.

§. Decimus quartus.

1 IN hoc corpore eſt etiam iecur, *a* † quod in agrico-
2 lis, & paſtoribus *b* † repreſentatur, à quibus nõ ſolũ
3 Rom. Reipub. ortũ eſt ſeminariũ, † ac prima regni incunabula

A Caſane. in cathalogo. 1 par. conſideratione 38, concluſio. 28 verſic. Sicut videre eſt, & par. 11. conſideratio. 37. Iacobus Collantes in commentariis pragmaticæ in fauorem rei frumentariæ, & agricolarum, lib 1. cap. 1 & 2. per tot. Pineda de la agricultura chriſtiana, 2. par. cap 1. 8. Tiraquel. de nobilitate, cap. 32. & de pœnis temperan. cauſa 11. Cardinalis Tuſchus concluſione 247. Agricultura. Petrus Gregorius dé Republica lib. 4. cap. 8. Ribadeneyra en la inſtitucion del principe chriſtiano, lib. 2. cap. 11. Camos in microcoſm. 2. par. dialogo 18. Bobadilla in politi. lib. 3. cap. 3. num. 61. Sfortia in tract. de reſtitutione, quęſtio. 9. artic. 7 & 12. Surdus deciſ. 237 à num. 3. cum ſequen. Menochius de arbitra. caſu 194. & 378. noſter Monter deciſ. 17. num. 38. & 39. Zamorenſ. in Speculo vitę humanæ, lib. 1. cap. 21. & 22. Iabellus in epitome 7, lib. politic. tract, 5. cap. vnico in principio, Arnoldus in tractat. de æquitate iuris, titu. 12. à num. 2. cum ſequen. Ripa in tract. de peſte, de remed. præſeruatiuis contra peſtem, à num. 206. vſque ad 238. 1. par. pag. 19. colu. 1. & ſequen. Alexand. ab Alexand. dierum genial. lib. 1. cap. 9. in principio, & lib. 3. cap. 11. pag. 339. Vide in dialogo æconomico Xenophontis interprete Volaterrano, pag. 1200. ad med. cum ſequen. & in l. colonos nunquam, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. iuncta l. 1. ibi, prouidendum vtilitati publicæ, C. qui ætate, vel profeſsione, lib. 10. Ioannes Botero lib. 8. de la razon de eſtado, cap. de agricultura. Polidor. Virgil. de inuentor. rerum, lib. 3. cap. 1. Felinus in cap. ſuper eo, nume. 5. de teſtibus, Boherius deciſio. 322. nu. 11. Guilielmus in cap. Raynutius, verb. Et vxorem, deciſio. 5. nume. 339. & ſequen. facit obſeruantia; Item ſi alguno, ibi, Empero Infancion bien puede arar, podar, cauar, mas no deue auer otros meneſteres de officio, titu. declarationes domini Regis Iacobi, quod intellige in ſuis hæreditatibus, non conductus pretio, Auendaño cap. 14 Petrus Binsfeldius de iniurijs, & damno dato, cap. 8. quæſtio. 2. concluſio. 24. pag. 371. Villar Maldonado in ſilua reſponſorum, lib. 2. cap. 1. & 2. l. executores, iuncta l. ſequen. & Authentica, agricultores, C. quę res pignori, cap. fin. de tregua, & pace.

B Zamorenſis in ſpeculo, cap. 30.

nabula extiterunt, c sed etiam totius humani generis, quibus † mercatores adiungere possumus; d quorum tamen loco aliqui constituunt opifices, e tanquam magis Reipublicæ necessarios; quia nullum mercatorem vidimus propter mercaturam scriptis celebratum, multos tamen reperiemus f propter artificia encomiis, & libris commendatos; sed verius est sanguinem, quo caput, & corpus alitur, non solum ab agricolis, & pastoribus profluere, sed etiam à mercatoribus, † qui magno & personæ periculo, & rerum suarum dispendio, ab vna, in aliam prouinciam merces, quibus hęc abundat, & illa eget, vel è contra, transferunt g; vt ita eorum medio, & industria cuiusque prouinciæ necessitatibus succurratur: quos interim † Reipublicæ causa abesse auctor est Callistratus, h quamobrem, & apud Romanos naues, mercaturæ causa fabricantibus, aliqua præmia, pro cuiusque conditione fuerunt constituta; ciuibus, vacationem legis Papiæ Popeæ; Latinis ius quiritum, fœminis ius quatuor liberorum, & omnibus muneris publici vacationē. i Non enim intelligo de ijs, quos non modo † publicanos, k ij enim antiquitus nulli alij fuere, quàm equites Romani, l vectigal populi Romani conductum habentes, m qui (si Senatores fierent) omni quęstu abstinere oportebat, n verum angues † Reipublicæ non inmerito appellabo (licet eos vulgus o mercatores appellet), quia corporis sanguinem absorbent, modo frumentum (communem humanę vitæ victum) abscondētes, p de quibus inquit Spiritus Sanctus: q *Qui abscondit frumentum maledicetur in populis, benedictio autem super caput vendentium*: contra mercaturæ institutum, quæ comertia adinuenit victus gratia, non quæstus, &

C Renat. Chopin. de priuileg. rusticorum, lib. 1. p 1. cap. 6. versic. Atque vtinam, pag. 35. Genesis cap 4.

D Petrus Gregorius de Republ. lib. 4. cap. 7. Camos 2. par. dialog. 16. Zamorens. in Speculo, lib 1 cap. 33. Polidor. Virgil. de inuentor. rerum, lib. 3. ca. 16. Caballinus in milleloq. 796. Medicis de diffinitione, 2. par. diffinitio, 72. á nume. 8. Tiraquel. de nobilita. cap 33. num 12. & Casane. in catalog. consideratione 1. versic. Et non solum. & consideratione 45. p. 11. cap. quoniam, 88. dist. & l. fin de nundinis.

E Diodorus Sicul. lib. 2. cap 3.

F Goeltheasius de felici. Repub. fol. 15. pag. 2. versic. Horum ergo, & fo. 40 col. 1.

G l. 2. ff. de nundinis Soto lib 6 de iust. & iur q. 6. artic. 2 conclus. 2. Bald. in rubri extra, de Cleric. peregrin. Tiraq. de nobilita cap. 33. num. 12. Lucas de Pena in rubr. C. negotiator. ne militent. lib. 12. Marienzo. l. 5. recollect. titu. 14 glos. 1. nume. 13. Ripa in cap. 1. num. 99. & 100 de iudic. Goelthasius de felici & infelici Rep. fol. 12. versi. Eos ergo vtiles, l 4. titu. 7. parti. 5. vbi Greg Lop. verb mas ricas

H in l. semper, §. negotiatores, ff. de iure immunita.

I l. his qui, ff. de vacatio. muner. Petrus Faber lib. 1. semestrium, c. 25. pag 170 in fin. & seq.

k l 1. § 1 ff. de publicanis.

L Carol Sigoni, de antiq. iur. ciui. Roman lib 2. cap. 4.

M l. eum qui vectigal. 16. ff. de verbor. signif. Vvelfang. Lazius in commentar. Reip. Roma. lib. 2. cap. 14. pag. 238. versic. Porro publicani, & 242. versic. publicani.

N comprobat Sigoni. ex Libio & Cicerone. d. lib. 1. cap. 2. versic. quæstum porro.

O Straca de mercatur. num. 12 Surd. decis. 313. num. 5.

P Camos in microcosm. dialog. 12. par. 1. pag. 155. colu. 2. & 2. par. dialog. 18. pag. 215. colum. 1. late & eleganter Thomas Cérdan de Tallada in suo veriloquio, cap. 12. vbi suadet Regi nostro. vt impediat locationes fructuum ecclesiasticorum; cui opinioni adhæreo.

Q Prouerbior. cap 11. versic. 26.

tus, & lucri; modo contractus liciti velamine vsu-
ras tegentes, ac si non adesset Deus, scrutator cor-
dium, apud quem nihil vnquam occultum, quo ve-
lamine detecto, multos ex his frequẽtiores contractus,
vsurarios esse, nouissime in Concilio prouinciali Cæ-
saraugustano fuit declaratũ: cuius declarationi, etiam in
foro seculari standum esse censeo. Quos ne offende-
9 rent † Poetę sub fabularum inuolucro voluerunt ve-
ritatem latere, dum fingunt: *Mercurium præsidere fur-
to, & mercaturæ*. Tum quod ad quæstum faciendum
plurimum prodesset, tum quod nihil intersit, inter ne-
gotiantis rapinam, atque periurium, furantisque de-
ierationem, ac raptum: *Quæ* (vt inquit diuus Augusti-
nus) *non artis sunt, sed hominum*; taciteque innuere vo-
luerunt, paucos reperiri iustos mercatores, quod ma-
ximè experimur hoc tempore, postquam lingua cę-
pit esse inquęstu. (Et ideo, quod vt plurimum non
quod raro euenit, à communiter accidentibus appel-
lauerunt Mercurium furti præsidem), quos vellem ab
10 officiis, † quę administrationem Reipublicę respiciunt,
omnino excludi, vt Thebanorum lege erat cautum *f*,
quód nemo ad honores Reipublicę suscipiendos esset
habilis, qui prius decennio integro à mercatura non
destitisset: quæ lex vtinam apud nos vigeret. Neque e-
11 tiam intelligo † de Dardanariis, *t* & Propolis, qui res
annonarias emunt, vt carius vendant; contra quos pos-
set lege Iulia, de annona agi, *u* & in Aragonia frumen-
tum ementes, vt carius *x* vendant, pœnis infamię, &
aliis contra vsurarios à Foris regni *y* constitutis pu-
niuntur. Quorum omnium opes, † ex prędictis ne-
12 gotiationibus conquęsitas, vt aranearum telas durare
experimento quotidie comperimus: *Quia substantia
festinata minuetur, z & qui ædificat domum suam im-
pendiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hieme: a &
qui calumniatur pauperem vt augeat diuitias suas dabit ipse
ditiori*

R super psalm. 70. Tiraquel. dict. cap. 33. n. 19 S Aristot. el. lib. 3. politicor. cap. 3. Renat. Chopin. de iurisd ct. Andeg. lib. 1. titu. 3. cap. 55. nume. 3. pag. 409. Petrus Herodius rerum iudicatar. libro 2. titu. 11. capi. 5.

T l. Dardanarios. ff. de pœnis, l. annonam, 6. vbi Angelus & Doctores, ff. de extraordinar. criminib. Ripa de remed. præseruat. contra pestem, num. 202. cum sequen. 1. par. pag. 119. colum. 1. Antonius Sola in constitutio. Sabaudiæ, 2. par. titu. de edictis annonæ, glosa 8. num. 12 & 13. Goel thasius de felici & infelici Republi. fol. 8. pag. 2. versic. Sordidi inquit mercatores. de quibus loquitur Zeno in l. vnica, C. de monopoliis. Conrad. in tracta. de contract. illicit. quæst. 51. Decian. in tracta crimina. lib. 7. cap. 21. num. 18. Petrus Gregor. lib. 36. sintagma, cap. 30. num. 6. Menoch. casu. 384. & centuria 6. casu 569. Iodocus in praxi criminua. cap. 132. num. 2. cum quatuor sequentib. Petr. Herodius rerum iudicatar. lib. 9. titu. 4. per tot. Villadiego in sua politica, c. 5. §. 17. n. 55. & 144 cum. seq.

V l. annonam, 6. ff. de extraord. criminib. Simã. de Repub. lib. 8. c. 23. Azor instit. moral. pt. li. 8. c. 28 pa. 565. Ripa de remed. præser. cont. pest. nu. 89. Francis. Marc. decis. 458 & 542. vol. 1.

X For. vni. tit. de vsuris, anno 1585. Straca de mercatura, 4. p. ex n. 44. Ripa de peste. c. 5. n. 42. Menochi. de arbitr. centu. 6 casu 585. n. 10. Matien. li. 5. nouæ Recop. titu. 11. l. 19. glo. 1. Iaf. in l. cętera, §. fin. n. 14. ff. de leg. 1. Cenedo in practicis qq. q. 33. per tot. Collant. vbi sup. lib. 3. cap. 14. per tot.

Y For. desseãtes, de vsuris.

Z Prouerbior. 13. num. 11.

A Ecclesiastici 21. num. 9. & cap. 40. num. 13.

B Prouerbior. 22. nu. 16 B. Iacobus epiſto fin. ibi. Diuitię veſtrę putrefactæ ſunt, & argentum veſtrum eruginauit.

ditiori, & egebit: b quia eſt vſura, ſicut vermiculus ligni.

§. Decimusquintus.

Quid ſit ſplen in corpore politico.

SVMMARIVM.

Fiſcus aliquando ſpleni, aliquando ſtomacho cõparatur, 1.

Inter fiſcum & ærarium populi fuit differentia, 2.

Templum Saturni erat locus ærarij apud Romanos, 3.

Ærarium publicum etiam lege Regia lata mãſit, 4.

Generalitates in regno Aragonũ ſunt ærarium publicum, 5.

Quare Generale appelletur, 6.

Qui præſunt huic ærario publico, quomodo in Aragonia, & quomodo apud Romanos vocarentur, & crearentur, 7. & 8.

Præſides ærarij publici non habent in pecuniis publicis liberam adminiſtrationem, 9.

Quibus adminiſtrationis rationem reddere teneantur, & intra quod tempus, 10.

Æraria Regis Aragonum duo, 11.

Baiulus generalis vnde dicatur, & cui in iure eius officiũ correſpondeat, 12.

In theſauro Regis Aragonum bona eius priuata reponuntur, & theſaurarij officium, cui, de iure correſpondeat, 13.

D. Ludouicus Hieronymus de Bouadilla & Cabrera Comes de Chinchon Regis Aragonum theſaurarius, 14.

Quis præſit rationibus Regij patrimonij reddẽdis, 15.

§. Decimusquintus.

A Afflict. in proœm. ad conſtitutiones Neapolit. quæſt. 15. n. 7.

B Afflictis vbi proxime, & ibi eius additionator, & lib. 1. rubri. 17. nu. 32. Roſinus antiquitat. Roman. lib. 7. cap. 36. Bobadilla in politic. lib. 5. capit. 6. num. 1. Plinius in panegyrico in Traianum, his verbis, At fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum qua ærariũ cohibes. Alciatus in libello de magiſtratibus ciuilibus, verſic. Hoc enim differt ærarium à fiſco. Brecheus in l. inter publica, nume. 12. & 22. vbi etiam Rebuf. verb. fiſcus, ff. de verbor. ſignificat. Cora in memorabilibus, verb. Fiſcus, el 1. Corraſ. lib. 6. miſcelan. cap. 19. num. 3. Rebard. lib. 4. variarum, cap. 4. Barboſa in l. 1. p. 7. n. 7. verſic. Translato autem imperio, & num. 8. ff. ſoluto matrim.

C obſeruat ex Theophilo Cuiaci. lib. 7. obſeruatio. cap. 3. Vvalfangus Lacius in commenta. Reipubli. Romæ. lib. 2. cap. 14. late & eleganter.

D in §. eſt & naturalis inſtitut. de rerum diuiſione.

SPLEN huius corporis † eſt fiſcus (licet alij ſtomacho aſsimilauerint a) qui eſt ſaccus communis Principis; inter quem † & ærarium populi fuit diferentia, b quando ſtipendium populo, & tributum Principi præſtabatur. c Inde Iuſtinianus d diſtinxit prędia ſtipendiaria 1 2

E Plutar-

3 diaria à tributariis, quod publicum † erarium, etiam lege
regia, potestate in Augustum translata reman sit. Et Ro-
4 mani loco † ærarij, templo Saturni vtebantur, [e] in quo
(vt apud nostros in archiuis publicis) monimenta con-
tractuum adseruabant, quod apud nos vulgo appella-
5 tur † (el General de Aragon) quod generaliter † om-
6 nes, nemine excepto, iura cõsueta, pro rebus quæ in reg
no introducuntur, vel ab eo abducuntur, & extrahun-
tur, soluere teneantur, in tantum, vt & D. Rex & regi-
na tenerentur illa soluere, ante annũ 1519. [f] quo per a-
ctum curiæ fuerunt exempti. Cuius administratores, nõ
7 tamen cũ libera sunt † octo illi procuratores regni, duo
pro quolibet eius brachio, qui vulgo Dipputati dicũtur;
qui olim curiatis cõmitiis eligebãtur, [g] vel per D. Regẽ
& curiam, vt ab aliis eligerẽtur solebat cõmiti. [h] Hodie
verò non nominãtur, sed ex descriptis in matricula hoc
8 officium [i] sortiũtur, qui † apud Romanos Quęstores ær-
rarij populi, & seu Præfecti ædis Saturni, in qua ærariũ
9 vrbis erat, appellabantur. Quibus † absque cõsensu D.
nostri Regis, seu eius procuratoris fiscalis, & cõsilio Cu
riæ D. Iustitiæ Aragonum, vltra certam quantitatem li-
mitatã à Foris, [l] non licet eis, ex pecuniis publicis ex-
pendere. Et circa ea, quæ eorum muneri incumbunt, ita
liberam habent iurisdictionem, vt à nullo superiori
Magistratu impediri, vel eorum quæ ipsi decreuerint
executio, manifestatione, appellatione, vel firma sus-
pendi valeant. [m] Quorum Magistratus annalis est, &
10 illo finito, † administrationis pecuniæ publicæ, Quę-
storibus computorum intra quindecim dies rationem
reddere tenẽtur. [n] Sed in his quę cõsulto Iustitia Ara-
gonum, Dipputati regni expendunt, nulla Quæstori-
bus computorum impugnandi manet facultas. Sed
11 ærariа Regis † duo sunt, [o] sicuti etiam eius duplex
est patrimonium, aliud scilicet Regium, & publi-
cum, quod apud fiscum manet, quod nos in Aragonia
vulgo

E Plutarchus moralium, tom. 1. in q. Rom. 42. pagi. 574. & q. 11. pag. 560. Budęus 1. par. in notis ad pandectas, titu. de officio quæstoris, versic. Erat autem ærarium, pag. 296. Tiraq. de retract conuentionali, § 4. glos. 7. n. 12

F Acto de Corte, que el señor Rey, y la Reyna, y sus hijos paguen derecho de General, fol. 6. colum, 4. Acto, que viniendo el Rey nuestro señor, fol. 80 col. 1. & acto, por que por fueros, fol. 83, colu. 1. & 2.

G Hiero. Zurita lib. 12. annal. Aragonum, cap. 1. fol. 76, col. 1, tom. 3.

H Actus curiæ, El señor Rey, fol. 58. colu. 4. & actus curiæ, La corte è quatro braços, fol. 59.

I Actus curiæ, Poder a quarẽta y ocho personas, fo. 63. col. 1. Zurita to. 5. anna. li. 2. c. 12. f. 74. col. 4.

K l. 2. § deinde cum ærarium populi, ff. de origine iuris actus Curię, del poder y jurisdicion de los Diputados, fol. 72.

L For. anni 1564. tit. de la facultad que tiene los Diputados para gastar, & anni 1585. tit. loque pueden gastar los Diputados, & anni 1592. tit. de la facultad de gastar los Diputados por consulta. Sesse 2. p. deci. 215. & 216

M Moli. verb. Diputati regni si capiant. & additionator Portoles nu. 34 & seq. & actus curiæ. Ité, que en las causas, fol. 60. &, Item estatuimos, titu. que los Diputados en las causas que conocer pueden fol. 75.

N Actus curiæ, Extracion de contadores, folio 75. cum seq.

O l. vnica, ibi, Vtriusque ærarij nostri, C. de quęst. magist. offi. & comit. sacra. largi. l. 2 l. fin. C. de vectiga lib. Renat. Chopi. de domanio Franc. lib. 1. titu. 1. vbi num. 19. exemplificat in Rege Neapolitano ex constitutio. 17. vbi Afflict. facit l. in prouinciis non bene ab Acur. iutellecta. C. de numerar. lib. 12. Matien. in l. 3. titu. 10. lib. 5. Recopilat. glo. 3. Villadi. in prolo. del fuero juzgo. glos. 2. l. 2. num. 48.

vulgo appellamus la Baylia, vbi reponuntur redditus ordinarij D.Regis, necnon extraordinarij, & confiscationes, ac omnia bona, & omnia iura, quæ spectant ad Regem, in quantum Rex, hoc est ad maiestatem, & Coronam Regiam, & non ad personam organicam: *p* quod à Gallis appellatur, domanium regium; quia in eo consideramus dignitatē regiam in abstracto, & ideo est inalienabile: *q* de quo etiam Concilium Toletanum *r* decernit, ad successorem tantummodo regni pertinere, cuius administrator apud nos † vocatur Baiulus generalis, à ferendo, seu portando in ærarium Regis *s* omnia & singula eius iura, thesauros inuentos, condemnationes pœnarum, ei adiudicatarum, ganatum, & quæuis alia bona non habentia dominum, Sarracenos fugitiuos, & hæreditatem extraneorum, absque hærede descedentium Cuius officium, secundum aliquos, correspondet officio Procuratoris Cęsaris; *t* secūdum alios officio Procuratoris fisci, quód is administret pertinentia ad dignitatem regiam; ille verò proprium Regis patrimonium, *u* quæ sępius inter se confunduntur, & vnum pro alio ponitur, & accipitur, *x* licet re vera adsit discrimen inter hęc Principis patrimonia, cum aliud sit publicum, aliud verò priuatum, De hoc intelligitur illud nostri Alciati emblema: *y*

Humani quod splen est corporis in populi re,
Hoc Cæsar fiscum dixerat esse suum.
Splene aucto & reliqui tabescunt corporis artus;
Fisco aucto arguitur ciuica pauperies.

Quia pecunia publica est fidei Principis credita, vt in populi salute consumatur, *a* quod Deus significare voluit, dum inter alias, iusti Regis conditiones adiecit: *b* *Non congregabit argenti, & auri immensa pondera*; nempe vt opes populi foueat magis quàm sui fisci, nec cum priuatis damnis suum ærarium locupletetur.

P Petrus Gregorius de Republ. lib. 3. cap. 3. nume. 3. Esse 1. p. decis. 77. num. 3. & 4.

Q Foro 1. de conseruatio patrimo. Renat. Chopin. de domanio Gallico, lib. 1. titu. 1. nume. 8. pagi 179. Garcia de Hispan. nobilita. glos. 3. §. 1. nume. 19. Restaurus de Imperatore, q. 104. ad fin. DD. in cap. intellecto, de iureiur. Alber. in l. bene à Zenone, num. 2. C. de quadrie. præscript. Lucas de Pena in l. 2. C. de bon. vacantib. lib. 10. & in rubr. C. noua vectigal. Villadiego in prolog. fori juzgo, glos. l. 2. num. 48. & seq. noster Didacus Morlanes in responso pro regno, nu. 542. cum seq. 546. Bud. in anot. in pan. ti. de of. quęsto. fol 298.

R 8. tempore Eugenij. I. habetur 3. volum. Cōcil. pag. 195. & 196.

S Moli. in reporto. verb. Baiulus, versi Et in antiquis scripturis foristarū, vbi allegat Bart. in l. Palatinos, num. 2. C. de collatione fundorum, lib. 11.

T Ioannes Garcia de nobilita, glos. 3. à num. 1. folio 90. Bardaxi in foro vnico, titu. quod de cætero offitium Baiulię generalis, fol, 140. pag. 1. Cancer 2. par. resolutio c. 16. num. 45. Esse decis, 177. p. 2. Belluga in Speculo rubri. 6. num. 11. Antoni. Oliban de iure fisci. c. 14. num. 123. & seq.

V glos. in l. 1. C. de fide instrumentorum, lib. 10. Esse decis. 77. n. 3 & 4

X Ioannes Franciscus de Ponte consil. 49. nume. 80. & 81. & consi. 53. & 54. in princ. l. si procurator Cæsaris, de iure fisci.

Y 146. vbi schol. Claud Minois, pag. 521. & Santij, pag. 422. Ribadeneyra en la institucion del Principe christiano, lib. 2. cap. 12. pag. 354. Petrus Gregor. de Repub. lib. 22 cap. 12 num. 7. Goelthas de felic. repub. fol. 35. versic. Certe quod Traianus, pag. 1.

Z ex Galeno, & Hippoc. tradit Pineda 1. p. de la agricultura christiana, dialogo 9. §. 11. colu. 2.

A Mariana de institut. Princip. lib. 2. c. 8. pag. 190. versic. Oportet.

B Deuteron. cap. 17.

C in pa-

tetur. Ex quo laudatur Honorius à Claudiano, c his verbis:

Nec tua priuatis crescunt ærariа damnis.

Quia, vt dicebat Henricus III. Rex Castellæ, Constantinum imitatus: *Melius est publicas opes â priuatis possideri, quã intra vnum claustrum fisci seruari*; asserens, *ditissimi Regni Regem inopem esse non posse*: cum, vt inquit Cicero; *Singulorum facultates, & copiæ, diuitiæ sunt ciuitatis, abundatq; Imperium eius, cuius subiecti sunt locupletes.*

13 Aliud patrimonium † eius est priuatum, quod ad personam, organicam Regis, & in concreto consideratam pertinet, f cuius est propria substantia: & Ærarium, in quo illa reponitur, a nostros appellatur, la Thesoreria; cuius administrator secũdum aliquos procuratori Cæsaris, & secũdum alios Comiti sacrarum largitionũ equiparatur, g & à nostris Thesaurarius generalis vocatur. Cui muneri † & officio præfectus est D. Ludouicus
14. Hieronymus de Bouadilla & Cabrera Comes de Chinchon, à quo ceteri patrimonij Regij exactores, quæstores, ac susceptores nominantur, & pendent, sed vtriusq; est dominus Rex, non solum dispensator, sed etiam, tanquam rei suę moderator, & arbiter potest libere, & pro libito disponere, quia vt inquit noster I. h C. res fiscales quasi proprię & priuatę Principis sunt; cuius tamẽ dispensationis, & Administrationis rationibus † est præ-
15 positus quidam à Rege, vocatus, Magister Rationalis i, apud quem omnes rationes fiscales exiguntur.

C In panegyr. in 4. consulatu Honor. pag. 172.

D Refert Roderic. Sancius in histor. Hispanica. 3 par. cap. 24. facit l. 14. tit. 5 part. 2. Ribadeneira en la institu. del Princip. Christia. cap. 10. pag. 238 Petrus Gregor. de repub. lib. 22. cap. 12. & 13.

E 3. officio Federic. Scotus ad rub. ff. de noui operi. nuntiatio. num. 185. & 186.

F Cap. si gratiose, de rescrip. Barbos. in l. quia tale, nu. 41, 80. & 81. fl. solut. matri. l. 3. §. 1. de quadrie. prescrip. l. apud Iulianum, alias, idem Iulianus 41, § fin. ff. de leg. 1. Peregr. de iur. fisci. tit. 1. num. 6. & 7. lib. 1. Renat. Chopin. de domanio Fráciæ, lib. 1. tit. 1. in princip. Gail. obseruat. 21. nu. 17. lib. 1. Regnerus Sixtinus de regalib. lib. 1. cap. 1. n. 28. & seq. Bellug. rub. 28. num. 4. & 6. Afflict. in prę lud. ad constitu. Neapoli. q. 17. nu. 4. & 5. & lib. 1. rub. 83. nu. 2. Aymon. consil. 54. nu. 2. & cons. 263. num. 7. & de antiquitat. tempo. 4. p. §. absolutis, n. 33. Ruin. cons. 108. num. 10. lib. 2. Ferdin. Vasqu. de succesio. creatio. 1. p. lib. 3. §. 26. nu. 84. Imol. cons. 35. num. 23. Alexan. cons. 6. nu. 5. lib. 4. Ripa lib. 1. respons. cap. 1. n. 3. & respon. 80. num. 4. Geminia. cons. 64. num. 3. Costa de succesio. Regni Portugaliæ. cap. 141. Igneus in l. donationes, quas diuus, num. 42. cum seq. C. de donatio. inter. Surd. cons. 47. num. 38 & cons 53. nu. 13. & cons. 127. num. 62. & decis. Mantua. 1. nu. 11. Gregor. Lop. in l. 13. tit. 9. part. 6. glos. de los Reyes, & facit tex. in l. procurator. vbi Cinus & Ias. C. de edendo, l. 2. §. hoc interdictũ, & ibi DD. ff. ne quid in loc. publ. l. bene à Zenone. C. de quadrie. præscrip. l. 3. C. de bon. vacantib. lib. 10 l. 3, de offic. procur. Cæsar. l. 2. C. vbi caus. fiscal. l. 2. C. de aquæductu. l. 2. C. de offic. comit. rerum priuat. l. vlti. C. de agricol. & mancip. domes. lib. 11. l. 2. & toto tit. C. de fund. patrimon. eodem lib. cap. Abbate, §. pro parte, de re iudi.

G Bursatus cons. 325. nu. 25. & 26. Curt. Iunior cons. 19. nu. 8. & 9. Budęus in notis ad l. vnicã, ff. de offi cio quæstoris, l. 1, C. eod. Casaneus in catalog. glor. mundi, 6. par. consideratio. 17. cum 4. seq. Raudens. decis. Pisana 4. nu. 199. Io. Fran. de Ponte, d. cons. 49. nu. 60. l. 1. & ibi glos. C. de canone largitionalium titulorum lib 10. & l. in prouincijs, & ibi glos. fiscalis arcæ, C. de numerarijs, lib. 12. l. vnica, C. de qnæsto, & magist. lib. 12. l nullius. C. de palati. sacra lagitio. vbi Lucas de Pena, Camil. Borrel. ad Bellug rub. 6. verbo Thesaurarius H In l. 2. §. hoc interdictum, ff. ne quid in loco publico. I De his omnibus agit Anto. Oliuan. de iur. fisc. c. 4. á nu. 52. cum seq. Alciat. de magistra. ciuil. vers. hosce procuratores. Camil. in addi. ad Bellug. rub. 6. sub nu. 6. & 8. verb. Thesaurarius. & Magister Rationalis. Guillel. Budęus in notis ad Pãdectas, tit. de offic. quæstor. vers. qui autem Vrbani quæstores, pag. 294.

§. Deci-

§. Decimus sextus.

Venter & inteſtina, brachia, & manus, digiti, crura, ſeu tibię, pedes, oſſa, nerui, ac muſculi, corporis politici quibus officijs in Republica fungantur, & quomodo illis comparentur.

SVMMARIVM.

Carceres ſunt venter, & inteſtina corporis politici, & quare. 1.

Carceres à quo, & in quo Vrbis loco fuerint Romæ ædificati 2.

Carceres ſunt de Regalibus. 3.

Foris Aragonum circa carceres reſtricta poteſtas. 4.

Alcaidi vtriuſque carceris à Rege nominantur. 5.

Ædificatio & reparatio vtriuſque carceris ad quem pertineat. 6.

Cura alendi pauperes carceratos, & eis tribuendi aduocatum, & procuratorem cui incumbat. 7.

Viſitatio vtriuſque carceris per quos fiat. 8.

Carcer non ad pœnam, ſed ad cuſtodiam inſtitutus, & quid de iure Canonico, & in Aragonia obſeruetur. 9.

Fractores carceris puniuntur, & pro confeſſis habentur. 10.

Commentarienſis etiam de leui culpa tenetur, 11.

Reus carceratus, quando debeat ſub fideiuſſoribus, vel iuratoria cautione relaxari. 12.

Remiſſio carceratorum de vno loco ad alium, quando locum habeat. 13.

Arma & leges ſunt brachia corporis politici, 14.

Scientia legalis, & ars militaris cur Regiæ appellentur. 15.

Cum legibus agi poteſt, armis non eſt vtendum. 16.

Legibus arcetur iniuſtitia domi, & armis vis ab externis, 17.

Milites & Iuriſperiti ſunt manus horum brachiorum, 18.

Iuriſperiti non ſunt poſtponendi militibus. 19.

Aduocatorum ſalaria honoraria appellantur, 20.

Procuratorum, ſeu Cauſidicorum officium in Aragonia honorificum eſt, & nobilitati non derogat, 21.

Militum & Iureconſultorum priuilegia, remiſſiue, 23.

Virtus belli, & ſapientia pacis difficile in vna perſona reperitur, & quare. 24.

Don Didacus de Portugal & Pimentel Marchio de Gelues laudatur 25.

Rex Aragonum ad expedienda negotia Regni ſecundum forum tenetur duos milites, & duos Iuriſperitos ſecum ducere. 26.

Manuum digiti ſunt opifices, & artifices in corpore politico neceſſarij. 27.

Artifex non debet alterius officio ſe immiſcere, 28.

Si in aliqua arte peritus in collegio non admitatur, habet recurſum ad ſuperiores, 29.

Præmia virtutum, & pœnæ criminum ſunt crura ſeu tibiæ corporis politici, 30. & 32.

In præmijs & pœnis diſtribuendis iuſtitia eſt ſeruanda, 31.

Nobiles in pœnis pecuniarijs grauius, ſed in corporalibus leuius ſunt puniendi, 33.

Quatuor cauſæ ex quibus nobilium peccata ſunt grauiora. 34.

Nobiles in Aragonia non puniuntur pœnis corporalibus, 35.

Priuilegio nobilitatis an poſſit quis renuntiare, 36.

Nobiles

Nobiles exteri qui non sunt Richi homines in Regno, an gaudeant priuilegio nobilium in Aragonia. 37.
Priuilegium concessum respectu certæ personæ, in pœnis non extenditur ad alias, 38.
Nobiles olim Richi homines solebant appellari, 39.
Iudex ex causa potest legis pœnam minuere, vel augere. 40.
Pedes quibus tam caput, quam membra mouentur sunt legati, 41.
Legationis species quotuplex, 42.
An omnibus legatis concedatur priuilegium reuocandi domum. 43.
Qualitates requisitæ in legatis. 44.
Legatio libera quæ olim diceretur. 45. & 47.
Callistus legationem recusauit. 46.
Ossa corporis politici secundum aliquos arma exercitus, castra munita, sed secundū alios nobiles & magnates Regni 48.
Nerui reipublicæ secundum aliquos sunt leges, 49.
Leges sunt anima corporis politici, 50.
Pecuniæ in ærario publico reconditæ sunt nerui Reipublicæ. 51.
Armonia corporis politici colligatur musculis, hoc est obedientia & iustitia 52.
Delictum est non parere Regis mandato. 53.

§ Decimus sextus.

1 VENTER, & inteſtina huius corporis ſunt † carce-
res, in medio vrbis, vel regionis conſtruendi, *a* vt fe-
2 cit Ancus Martius † Numæ Pompilij nepos ex filia, Ro
manorum Rex, ad terrorem increſcentis audaciæ, pri-
mus omnium eos media vrbe ad forum ædificauit, *b* qui
3 inter † regalia enumerãtur, *c* & lege Regia ſumma in il-
lis eſſet poteſtas Regi noſtro Aragonum, ſi illa foris Re-
4 gni *d* non reperiretur † reſtricta: vt nec ſibi, nec ſuis of-
ficialibus, carcerem manifeſtatorum ingredi, ac in eo
aliquam exercere iuriſdictionem liceat: & ideo in pari-
te communi carceris Regij, fuit feneſtra conſtructa can
cellis munita, per quem poſſent rei manifeſtati interro-
gari. Sed hodie ex conſultatione habita *e* cum Curia D.
Iuſtitiæ Aragonum, permiſſum eſt, quod Regens Can-
cellariam Regiam, ac Aſſeſſor Gubernatoris, poſſint
ingredi prædictum carcerem, ad interrogandum reos,
in aula ſuperiori eiuſdem, etiam cum Conſiliarijs Regiæ
5 Audientiæ commitati. Cuius carceris Alcaydus, † ex
nominatis à Dipputatis Regni, à D. Rege eligitur, & ab
eo ſi deliquerit in officio, inquiri poteſt. Alterius vero
carceris Alcaydus, à Rege nominatur, & ſingulis annis
in poſſe Çalmetinæ ciuitatis Cæſarauguſtę homagium
6 præſtat: & ſicut ad curam Regni, primi carceris † refe-
ctio,

A Vt ex Platone & Tito Liuio tradit Simanc. de Repub. lib. 8. cap. 24. pag. 471.

B Stephanus Vibandus Pighius in annalib. magiſtratuum Pop. Rom. lib. 1 pag. 40. ad med. poſt Liui. lib. 1. Polidor. Virgil. de inuento rerum lib. 2. cap. 3. verſ. carcerem. Fra. Roman. lib. 5. de la republic. Gentil. c. 5.

C Farinacius conſil. 51. num. 2.

D Vt in for. 1. & 3. titulo de cuſtodia reorum, & in foro vnico, tit. de la prohibicion de carceles. Foro razonable coſa es, tit. de officio Iuſtitiæ Aragonum, Foro vnico, tit. de la carcel de los manifeſtados anni 1564.

E * In proceſſu Hieronymi Valentin, ſuper conſulta.

ctio, & reparatio pertinet; ita & istius, ciuitati incumbit, *f* quemadmodum, & ad pauperum carceratorum † alimenta, ac aduocati, & procuratoris honorarium, ac solicitatoris mercedem, in primo carcere, ex publico Regni Ærario; *g* in secundo vero ex cõmuni ciuitatis bursa, pecuniæ expenduntur; & singulis hebdomadibus † vtriusquè carceris fit visitatio, primi à Iustitia Aragonum, vel aliquo Locumtenente, eius delegatione, vt à me fuit facta dum essem in curia: Secundi vero á Præside Regiæ Audientiæ, Regente Cancellariam, seu Assessore, comitantibus *h* nobis Regię Audientiæ crimina lis Consiliarijs, & etiam à Çalmetina cum suo Assessore. Quó stomachus omnia superflua, & improba, squalida, sordida, & immunda corporisq; nutritioni nociua projicit, vt ibi seruentur, & coerceãtur donec publica auctoritate, & iudicum decreto, vel à Prouincijs exilientur, vel, si delictorum grauitas poposcerit, etiam huius vitę ex terminiũ patiantur. Qui carceres, cũ sint † ad custodiam tantum, *i* & non ad pœnam, saltem iure ciuili atento, *k* (licet iure Canonico, in atrocissimis, & grauissimis aliquando pœne loco admittãtur, *l* & in Aragonia, ratione sexus, vel nobilitatis, hanc iuris Canonici sententiam praxi receptam vidimus) Non debẽt esse subterranei, & nimis duri, sed tales, vt & crutiatio desit, & rei in illis sub fida custodia permaneãt; ita vt aut conuictos velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. *m* Sed quam diu carceri mãcipati sunt rei, diligentissime à commentariensi custodiendi sunt, cum si fractores † carceris extiterint, vltra quod illi pro delicto fractionis punientur, de criminibus

7 8 9 10

F Cerdan de Tallada en su visita de carcel, cap. 5. num. 18. & 19. Gutierrez pract. lib. 1. q. 36.

G Cerdan vbi proxime, cap. 6. num. 21. & seq. & c. 7. nu. 23. Boer. decis. 324. & 325.

H For. vnic. tit. vt D. Rex in Audientia die veneris.

I l. aut damnum, §. solent, ff. de pœnis. Menoch. casu 305. l. incredibile, l, seruº C. de pœnis, l 1. C. de custodien. reis. Quintana Dueñas de iurisdict. & imperio. lib. 2. tit. 2 nu. 7. Villadiego in politica c. 5. §. 18. nu. 4. & seq 26. Antonius Zara in anotomia ingeniorum, & scientiar. sect 2 memb. 16 pa. 379. in fin. & 380. in prin. Cyrillus Fulgeonius in summa criminal, rubr. 12. §. 1 & seq.

k Glos. in perpetua in d. §. solent. l. mandatis. ff. de pœnis. & alia iura proxime allegata. Ignæus in l. 1. §. subuenitur. nu. 16. & 21. ff. ad Silanian. Cerdan en la visita de la carcel. c. 3. nu. 8. Simanc. in enchiridio. violatæ religionis, cap. 57. nu. 1. & de catholic. institutio. tit. 16. num. 14. Petr. Greg. in sintagm. 3. p. lib 31. & 33. nu. 24.

L Cap. nouimus. de verb. signifi. cap quamuis. de pęnis in 6. c. antiqua. de hæret. Cerdan, vbi proxime num 9. Petrus Grego. vbi proxime. cap. 32 per tot. Valançuela in defensione monitorij, aduersus Ducẽ & Rempublicam Venetorum, 3. par. num. 219. & 210 & seq Bart. in l. imperium, num. 8. de iurisdictione omn. iudicum. Menoch. de arbitrarijs, q 89. & casu 305. Anton. Gomez variarum resolut. 3. tom. cap. 9. num. 6. Solorzano de crimine parricidij, lib. 1. cap. 23. verl. Iuri autem Canonico. pag. 100. Simancas vbi proxime. tit. 17. Francisc. à Ponte cons. 72. num. 21: Belluga in speculo, rub. 23. §. dicamus, nu. 7. & 8.

M Corneus cons. 325. num. 4 vol. 4. Bosius in praxi crimina tit. de carcere. numer. 3. Forus vnicus, tit. prohibicion de carceles. & foro 1. tit. de custodi reorum, Bardaxi de offic. Guberna. in crimina. quæst. 6. num. 4. pag. 201. & l. 1. & l. 2. ibi custodię squalore, & l. de his C. de custod. reor. Simancas de repub. lib. 8. cap. 24. late Farinacius lib. 1. tit. 4. de carceribus, & carceratis, quæst. 27. cum seq. & post eum Hortensius Cabalcan. in tracta. de brachio Regio. 2. par.

N l. in

nibus de quibus acusabantur habentur *n* pro confessis,
11 & conuictis, etiam Commentariensis † punietur, *o* (& si leuis tantum in eo adsit culpa) & ad damna resarcienda parti condemnabitur. Sed illud oportet animaduertere, quod in causa criminali leui, † equum est reos, vel
12 fideiussoribus, vel sibi ipsis committere sub iuratoria cautione, *p* sed in graui, ex vinculis causam dicere oportet, *q* vel in causa ciuili, vt tedio affecti soluant. *r* Nun-
13 quam tamen † ex carcere, loci habentis iurisdictionem, in Aragonia transmittuntur: nisi ex literis, quas perhorrescentiæ vocamus, D. Rex, vel eius Locumtenens generalis ad se causam, cum reis & prosecutoribus *s* euocet: vel talis sit persona, *t* quæ à solo Præside Regiæ Audientiæ, vel Iustitia Aragonum oporteat iudicari, vel si in territorio vbi captus exiitit non adsit iurisdictio criminalis penes illius territorij dominum, vel si captus aufugerit à carcere illius loci in quo acusabatur, nam in his omnibus casibus, *u* & alijs à foris Regni exceptuatis carcerati in vno loco ad alium transmitti possunt, & debent.

Brachia † huius corporis sunt arma, & leges, quibus
14 caput defenditur, & corpus in pace conseruatur: *x* leges enim armis indigent, & arma legibus moderantur. Quod si Princeps non instituerit Rempublicam optimis legibus, & manu militari Regna, & maiestatem suã custodire non curauerit, verendum est, ne aliquando ei obijci possit, id, quod in priuatis damnis vsu venit, vt iubeatur carere ædibus, quas noluit defendere. *y* Quæ
15 artes † bene imperandi, scilicet legum peritia, & ars militaris, Regiæ appellantur, *z* quia eis Reges, pro bonorum

N l. in eos, l. nudos. vbi glos. puniendi sunt, ff. de custodia reorum, Boerius decis. 215 nu. 5. 9. & seq. Mascard de probatio. cõclus. 266. per tot. Molin. in repor verb. fractor carceris, vbi scholium Port. obseruan. 2. tit. de proditoribus, cui adde Couar. lib. 1. var. c. 2 n. 11. & 12. Pet. Dueñas, reg. 392. & 393.

O For. vnic. tit de custodibus carcer. Farinac. de carcer. q. 31. n. 14. & seq.

P For. à estos dos capitoles, fol. 11 col. 1 tit. declaratio priuil gener. obser. penult. tit. de satisdando, obser. Item de quocumq; tit. de fideiussor for. vnic. tit. de capleutas de personas, anni 1553. Moli. ver accusatus, vbi Portol. nu. 23. & seq. & verb. fideiuss. el 2. Xuarez in tract. de fideiussor. in causa criminali per tot. Marsilis in praxi crim §. attingam, nu. 12 & 18. & §. quoniam n. 51. Molin. verb. capleuta, ver. caplebatoribus, vbi ponit regulam, & sãtias, for. fin. tit. de manifest. personarum el 2. for. vni. tit en que casos el manifestado, for. antepenul. tit. de appellitu. Molin. verb. actor. vers. Reus non est detinendus.

Q l. lege Cornelia. §. præterea, ff. de S. C. Silaniano. Brisonius de formulis lib. 5. vers. causam, p. 527.

R Molin. verbo. captus, verb. capi non possunt. in fin. ibi, & nota etiam, l. 1. C. qui bonis cede. poss.

S Obseruã. 1. tit. de for. compet. obser. Item notandum de priuil. milit. Molin. verb. remissio & verb. per horrescentia, & per nos latius infra dicetur. Brisonius de formulis lib. 5. pag. 529. vers. rei etiam. Sesse decis. 208.

T Prout sunt nobiles. Domini vassallorum, & Infantiones in locis dominorũ habitantes. de quib. infra.

V d. obser. 1. & obser. Item licet de foro, tit. de foro comp. Molin. d. verb. remissio. & foro nouo Tirasonæ 1592. tit. de la remission de los delinquentes, Gama decis. 362.

X l. 1. in prin ibi, summa enim Reipublicæ tuitio de stirpe duarum rerum, oritur. C. de Iustin. cod. confir. mau. l qui restituere, ff. de rei vendicat. Onosan. de re militari. lib. 2. c. 33. fol. 49. Petr. Greg. de repub. lib. 10. c. 1. nu. 6. Camos in microcos. p. dialog. 10. pag. 135. col. 1. Bobadilla in polit. lib. 1. cap. 10. nu. 1. & lib 4. c. 1. num. 30. & 31. Lipsius lib. 4. ciuil doct. c. 7. Conradus in templ. omn. iudic. lib. 1. cap. 1. §. 1. glos. armis, Cyrillus Fulgeonius in summa criminali. rub. 1. §. 2. num. 5.

Y In l. hoc amplius, in prin. ff. de dãno infecto. not. per Bald. in l. 4. §. 1. ff. de offi. Proconsul.

Z Pet. Greg. de repub. lib. 10. c. 1. n. 2. & seq.

rum ſuorum conſeruatione, & pacis, & belli tempore vtuntur: cum duo ſint (ſecundum Ciceronem) *a* decer tandi officia, alterum per diſceptationem, quod ad Iuris conſultos pertinet; alterum per vim, quod ad milites ſpectat, confugiendum ad † poſterius, ſi vti non licet ſu 16
ſuperiore; nec enim cū iure, & legibus agi poteſt, armis vti licet. De his duobus ſenſiſſe credo Virgi. *b* illis verbis:

Tu regere Imperio populum Romane memento:
(Hæ tibi erunt artes) paciq; imponere morem:

Quibus, duæ † quaſi peſtes omnis ſocietatis arcentur, 17
in qua, vita hominis naturæ congruens, continetur: ſcili cet iniuſtitia domi, & ab externis vis.

Quorum brachiorum † manus ſunt milites, & Iuris 18
periti; qui (vt inquiūt Imperatores *c* Leo, & Anthemi *d*)
Non minus prouident † humano generi, quam ſi prælijs, atquê 19
vulneribus, patriam parente ſquê ſaluarent: nec minus militare
dicuntur, quam qui gladijs, clypeis & thoracibus nituntur: Et
ideo aduocatorum ſalaria honoraria † appellantur, *d* ac 20
etiam procuratorum noſtri Regni, qui in ſupremis tribu nalibus cauſas agunt, qui aduocati in facto ſunt, & cauſi dici appellantur (quorum officium † honorabile eſt, 21
& nobilitati non derogat) licet enim in alijs Prouincijs, officium procuratoris vile iudicetur, eo, quod iure ciuili attento *f* poſſint fungi etiam infames, tamen ex iuris canonici diſpoſitione, *g* quā nos deficiētibus foris ſequimur, infames ab eo repelluntur, † & in Aragonia ſe- 22
cundum conſuetudinē regionis, & exiſtimationem hominum, *h* hoc cauſidicorum officiū nobile & honorificum reputatur, cum corā Principe, & in Regijs ſupremis tribunalibus cauſas ſuorum clientū agant. Qui largo ſumpto vocabulo ſub nomine aduocatorum comprehenduntur, *i* quos licet vulgus procuratores appellet, cauſidici tamen, ſeu cauſarum patroni in iudicijs frequen-

A Lib. 2. officiorum.
B 6. Æneidos.
C l. aduocati. 14. C. de aduocat. diuerſ. iudicior. l. laudabili. 4. C. de aduoca. diuerſ. iudic. Tiraq. de nobilita. c. 29. per tot. Rolā. conſ. 36. per tot. volu. 3. Burgos de paz in prohe. leg. Taur. nu. 253. & ſeq. Franc. Marcus deciſ. 791. num. 5. p. 1. Bernard. Græueus pract. concluſ. ad Gail. concluſ. 42. & conſi deratione 1. p. 1. Vill adiego in ſua politi. cap. 5. §. 35. & 36. num. 26. & ſeq. Anton. Zara in anatomia ingeniorum, & ſcientiarum. ſectio. 3. memb. 6. in prin. per tot.
D l. 1. § in honorarijs ff. de var. & extraordin. cognit. noſter Regens Monter de ciſ. Aragonum 14. & 36. & Greueus 1. p. concluſ. 44. cum conſideratione 1.
E Tiraquel. de nobilit. c. 30. num. 4. & ſeq. Cauale. deciſ. 41. num. 16. & ſeq. 1. p. & Grębeus cōcl. 43. conſiderat. 2. nu. 3. & conſiderat. 3. nu. 5.
F §. fin. & ibi glo. Faber. Angel. & alij inſt. de exceptio glo. in l. Pedius. 7. & ibi Bart. ff. de recep. arbitr. gloſ. Bart. & alij in l. 1. §. hoc edicto. ff. de poſtulando. Tiraq. d. c. 30. n. 2. l. ſi quis procurationem 34. vbi glo. fin. C. de decurion. lib. 10.
G Cap. infames. 3. q. 7. glo. fin. in c. cum deputati & ibi DD. de iudicijs, gl. in cap. imperatorū, & ibi Abb. de iuram. calumniæ. Prodoſcimus in tract. de differētijs inter ius cano. & ciuile. n 16. & Zenetus in eo. tracta. diff 19. nu. 2. Schraderus tract. feudal. par. 10. ſect. 18. nu. 113. Ioan. Baptiſta Magonius in lucerna morali. tract. de nobili cauſidicorum exercitio. cap. 5. num. 10.
H Ex Bart. in l. 1. nu. 82. C. de dignita. lib. 12. Honded. poſt Ripam conſ. 81 num. 13. Farinac. conſ. 95. nu. 14. in fin. Ianus Langleus Semeſtriū, lib. 7. c. 14. p. 436. Alderan. Maſcar. de ſtatut. interpre. concl. 4. n. 205.
I l. 1. §. aduocatos, ff. variar. & extraordinar. cognitio. Specula in §. nunc de procuratorum. tit. de ſalario Bart. in l. 1. ad fin. C. mandat. Decius in l. inuitus. num. 2. ff. de reg. iur. Ioan. Lorinus in commen. in Acta Apoſtol. cap. 29. verſ. 1. pag. 900. col. 2. verſ. patronorum, vel cauſidicorum.

quenter nuncupari ſolent, cum apud eos vera fororum, & legum praxis exiſtat: Vnde cauſidicorum officium in Aragonia honorificum eſt, multiq; poſſent numerari viri illuſtres, quorum parentes illud officiũ exercuerũt, quod per ſe non eſt vile, ſed per aliud, ſcilicet per cauillationes, & periuria, quibus aliqui vtũtur, vt inquit Bald: k in quibus redditur vile exercitium illius, ex praua natura perſonarum, non verò ratione officij; neque Imperator, l qui procurationis offitium vile eſſe dixit, ad hoc cauſidicorũ munus, ſed vel ad ſolicitatoris, vel procuratoris ad negotia, non ad iudicia cõſtituti referri debet; vel ad eos, qui ſi lucrum ſuadeat foros, & leges ſuis verſutiis ſubuertere procurant, ac calumniantur, vt lites differãt, nõ verò ad iuſtos cauſarũ procuratores, quos omni honore dignos noſtri ſemper iudicarũt: & ideo inquit noſter I.C. * veteranos (qui vulgò à noſtris, equites appellãtur, ſeu milites honorarij inermis militiæ) poſſe fieri procuratores: iſtis manibus prædictæ artes exercentur, & qui eas executioni mandant, & in praxim redigunt: quales eligi debeant, laudans Honorium, docuit Claudianus his verbis: m

Vt fortes in Marte viros, animisq; paratos,
Sic iuſtos in pace legis, longumq; tueris
Electos;

23 Quibus ideo multa ſunt † à iure priuilegia n conceſſa, quia vtũtur illis ad operandũ, tam caput, quàm mẽbra:

Et duo ſunt, quibus extulit ingens
Roma caput, virtus belli, & ſapientia pacis.

Quæ in vna, † eademque perſona difficilimũ eſt reperi
24 ri: cum (vt inquit Saluſtius) o difficilimum ſit, vt quis prælio ſit ſtrenuus, & bonus conſilio; quorum alterũ ex prouidentia timorem, alterum ex audacia temeritatem adferre plerunque ſolet, quod nos non ſemper verum eſſe ſumus experti, cum hoc regnum ſumma cũ felicitate, & pace gubernetur ab Excellentiſsimo D.D. Didaco de Portugal & Pimẽtel, Marchione de Gelbes,
25 † viro clariſsimo, sũma virtute, ac decẽti ſeueritate prędito, qui inter milites, & arma, ſtrenuus eſt Dux, ac in regio Martis Senatu prudẽs Cõſiliarius, & inter paganos iuſtus, & equus Reipublicæ moderator, iuſtitiã cũ moderamine benignitatis & clemẽtię ſubditis miniſtrãs. Ex quo
26 Rex noſter Petrus anno † milleſimo trecẽteſimo quadrageſimo octauo, Cęſarauguſtę forũ p edidit, ac legẽ cõſtituit, quod dominus Rex teneretur duos milites, & duos

k Bald in d.l. ſi quis procurationẽ. n. 1. & Magoni. vbi ſup. c. 4. n. 7.

L in d.l. ſi quis procurationem. iuncta l. vniuerſos, C. de decurion. lib. 10 Mago, vbi ſup. c. 2. n. 1. & c. 4 n. 9.

* in l. filiusfamilias, 8, §. veterani, vbi Bartol. ff. de procurat.

M in panegyr. in 4. conſul. Honorij, p. 172.

N Ale. in l. Cęturio. n. 3. & ſeq. ff. de vulga. Zabare. in Clement. 2. n. 26, de magiſtris. Benedict. in d.c. Raimutius, verb. teſtamentũ, el 1. n. 21. cum ſeq. Georgius Acacius Enenkelius in tract. de priuilegiis militum per duos libros. Iacobus Benius Eugubinus in tracta. de priuilegiis in conſulto, centum priuilegia referens.

O in Iugurth.

P For. vnicus, titu. quod dominus Rex teneatur duos milites, & duos Iuriſperitos ſecum ducere, cũ quibus negotia Aragonũ expediantur.

iurisperitos secum ducere, quorum Consilio negotia Aragonensium expedirentur.

Harum manuum † digiti sunt tot opificia, seu opifices, & tot officia, quæ in singulis prouinciis reperiuntur, quorum alia in arma, & bellum diriguntur; alia verò ad pacem tantum destinantur, alia autem vtrique tempori, & pacis, & belli sunt communia: omnia tamen in hoc corpore politico maxime necessaria, *q* nullus tamen † artifex alieno, sed tantum suo officio vti debet, *r* ne officia turbentur, vt fuit sæpè declaratum in Curia D. Iustitiæ Aragonum. * *s* Et idem fuit in Lusitania decisum, *t* & mulctatur qui alterius officio se immiscet, nisi in eo fuerit examinatus, & in collegio illorum artificum admissus. *u* Sed si illi, aliquem, † qualitatibus, & requisitis necessariis ad officium, in eius persona interuenientibus, admittere recusauerint, poterit per administratores ciuitatis, etiã inuitis, & cõtradicentibus collegialibus admitti, vt fuit declaratũ in Curia D. Iustitię Aragonum die 4. Februarij, anni 1587. * *x*

Crura, seu tibiæ, huius corporis † sint prędmia virtutum, & pœnę criminum; quæ, tanquam Deos veneranda dicebat Democritus, cuius ruinam minabatur Antisthenes, si hęc abessent, quasi nulla in re solidiora fundamenta Reipublicæ consistant, quàm in his, *y* cum, vt inquit I.C. *z* *Non solum præmiorum exhortatione boni efficiantur, sed etiam metu pœnarum*, sępè enim metus supplicij retinet, quos virtutis splendor non fręnaret, & qui stultus est in culpa, sapiẽs fit in pœna; *a* & qui suo exemplo ad malos mores alios prouocauit, suo emendationis testimonio ad rectam reuocat vitam. *b* Sæpè præmium propositum excitat animos, ne topore, & desidia marcescant. Inde Theophrastus respondit: *Beneficia, honorem, & pœnam, humanam vitam conseruare, nullamq; domũ, neq; Rempublicam c stare posse, si in ea nec recte factis*

27 28 29 30

Q Petr. Gregor. de Republ. lib. 4. c. 9. Marcus Antonius Camos in microsm. 2. p. dialog. 19. Zamorensis in speculo vitæ humanæ, lib 1. c. 23. cum pluribus seqq. noster Costa en el gouierno del ciudadano, lib. 3. à cap. 1. Goelthasius de felici & infelici Repub. fol. 12. verfic. opifices verò. Casane. in cathalog. p. 11. confide. 1. versic. si vero opifices, & considera. 32.

R l. consulta diualia. C. de testame. l. quicumque, C. de executorib. & actolib. 12. c. singula, 89. dist. l. 3. C. de fabricensib. li. 11

*S In processu maiordomorum Medicorum. Et in processu maiordomorum delos tafetaneros, contra los veleros. Et in processu maiordomorum de los espaderos contra los doradores. & die 24. Maij 1613. in processu maiordomorum caligariorum, contra sartores.

T Geor. de Cabedo 1. p. decis. 158.

V l. in prouinciis, C. de numerar. & actuar. lib 12 facit text. & ibi glos. in l. hac parte, C. de proximis sacror. scrinior. lib. 12. l. fin. C. de assessorib & domestic. l. is quidem, C qui militare possunt. lib. 12.

*X In processu maiordomorum Pharmacopolarum, seu de los Apotheca rios super iurisfirma factorum in fauorem Cosmi Nouella.

Y Angel. Mathea. de via & ratio iur. lib. 1. c. 9. n. 10 & c. 11 n. 28. Simã. lib. 9. de Rep. c. 20. & 22. Gaill, de pace publica, lib. 1. c. 3. n. 7. & 8. Bobadi. in polit. lib. 1 c. 5 n. 8. & lib. 2. c. 2 n. 54. noster Ludo. Martin. in respon. pro regno, n. 203, cũ seq. Tapia de vera hominis nobili. lib. 1. fo. 96 col. 1. in fin. Ayala de iur. belli, lib. 3. c. 20, per tot. Petr. Roizius decis. Lituanica, 3. n. 19. Ioan. Costa en el gouierno del ciudadano, lib. 3. c. 1 Mariana de Rege & Regis institutio. lib. 3. c 4. Z in l. 1. ff. de iust. & iur. A c. qui ea, 38. dist. c. si homo esses, 27. q. 1. glos. pœna docente, in c. 3. de offic. legati.

B Concil. Triden. sess. 24 de reformat. c. 8. C Cice. lib. 5. de natu. Deorum.

D Xeno-

factis, præmia extent vlla, nec supplicia peccatis. In quibus distribuendis,
31 † supremum Reipublicæ caput, vti debet iustitia, quæ appellatur distributiua, vt pro meritis singulorum, honores, & prȩmia conferat, cũ homo tanquam animal generosissimum, non plagis, vt asinus, sed præmiis ad officium inuitetur, quę conferenda sunt *d* non sine delectu, *e* ne magis proijcere, quàm dare videatur: *f* Nam

Egregios inuitant præmia mores,
Hinc prisca redeunt artes, felicibus inde
Ingeniis aperitur iter, despectaq; musæ
Colla leuãt, opibusq; fluens, & pauper eodem
Nititur ad fructum studio, cum cernat vterque;
Quod nec inops iaceat probitas, nec inertia surgat
Diuitiis. *g*

Qui enim (inquit Iuuenalis) *h virtutem amplectetur ipsam, præmia si tollas?* Sicut enim alimento † corpus nu-
32 tritur; ita animus laude, honoribus, & prȩmio sustinetur: & sicut agriculturæ finis, est perceptio frugum; ędium constructio, est habitatio; nauigationis, diuitiæ; & certaminis, corona; ita laborum omnium in Republica à ciuibus susceptorum, aut sucipiendorum finis, est præmium: inde præmium appellatum, *quasi præuium ad laborem*, cum eius spe vnusquisque ad hęroica facinora, quasi stimulo exagitatus impellatur, eoque illectus læto animo laboret. Et pro qualitate criminum, habita ratione sexus, ætatis, & dignitatis *i* delinquentes, legitimis pœnis plectantur, ita vt no-
33 biles pœna pecuniaria grauius puniantur, † sed corporali mitius. *K* Quinimó in Aragonia, licet nobi-
34 lium † peccata sint grauiora. *l* Primò propter repugnantiam actus peccati ad magnitudinem. *m* Secundó, propter ęxemplum, seu scandalum. Tertiò, propter ingratitudinem, cùm maiora à Deo, quem offenderunt, acceperint bona. Quartò, quia, cum excellant cęteros potẽtia, facilius possunt resistere peccato, *n* ta-
35 men de consuetudine regni † non puniũtur pœnis corporalibus, sed tãtum nobiles capiũtur, si deliquerint, & capti detinẽtur ad volũtatẽ, & mercedem domini Re-
36 gis; *o* cui priuilegio † per nobilem renũciari nõ posse à

D Xenoph. lib. de institutio. Principis.
E l. fin. C. de tyronibus, lib. 12. l. 1. §. in honorariis ff. de var. cognit. Petr. de Ribadeneyra en la institución del Principe christiano, lib. 2. c. 5.
F Seneca de benefic. 1. c. 1. pluribus exornat Ioãnes Chokier in thesau. aphorismor. politic. lib. 2. cap. 3. & cap. 17. per tot.
G Claudian. in laude Stiliconis, paneg. 2. pag 239
H Satyra 10. Menoch. cõsil. 228. sub num. 14.
I l. 2. §. fin. ff. de iure fisci, l. 2. ff. de termino moto, l. qui cum vno, §. fin. ff. de re militari.
k glos. communiter recepta in cap. cum quidã, in princip. de iureiuran. Couar. variar. resolut. li. 2 cap. 9. num. 3. & 4. Cuttili de nobilitate, 5. p. n. 1. & seq. 12. vol. tracta. Casane in cathalogo gloriæ mundi, p. 8. consideratione 33. Sesse decisio. 11. par 1.
L Mexia in pargmatica panis, conclus. 6. num. 21. & 22.
M glos. in cap. qui viderit, 32. q. 5. ibi, Vel magis Clericus propter gradũ altiorem.
N ex D Thoma 1. 2. quę stio. 73. Tiraquel. de pœnis tẽper. causa 31. n. 20.
O obseruant. 2 tit. de pace, Bardaxi in Foro fin. titu. de foro compet. & in tract. de offi. Gubernato. quæst. 5. n. 96. & Molinus verb. nobiles, versic. 1. vbi eius additionator Portoles Foro vnico. §. item statuimus, quod si quis miles, titu. de confirmatione pacis.

multis traditum est, p non tamen deest, qui contrarium sentit; q qui si à richis hominibus non descendant, hoc priuilegio † non gaudebunt, quantumuis in sua patria nobiliorum numero sint adscripti; *r quia 37
hoc priuilegium, respectu richorum † hominum regni consuetudine introductum, non debebat ad a- 38
lios extendi, ſ qui ad instar richorum hominum regni, priuilegio Regis non fuerint redacti, hi enim, qui primó richi homines † dicebantur, postea nobiles 39
fuerunt appellati, t ipsi, & eorum posteri, vel qui ad eorum instar per D. Regem fuerint priuilegio creati. Quod si prædictis circumstantiis à iudice prudenter pensatis, eius conditionis sit, vt super crimine dispensare non valeat, nihilominus tamen † poterit, ex cau- 40
sa, legis pœnam vel augere, vel minuere, u quanuis regulariter certa & diffinita à lege esse soleat, & ex iudicis arbitrio non dependens, x de iure namque certo etiam prętextu æquitatis aliquid immutare iudex non potest: sed de iure controuerso interpretatione molliri, & declarare illi est permissum: in quæstionibus verò facti, quæ à substantia probationum dependent, latius est iudicibus & Magistratibus concessum arbitrium. y

Pedes, quibus tam caput, † quàm membra mouētur, 41
sunt Legati sancti; z quos Princeps supręmus, pe-
nes alios Principes, vel Respublicas liberas habet,
pro Regnorum suorum vtilitate: quorum Lega-
tio,

P Otalora de nobilitate 2.p.3.partis.cap.9. nu.8. Burgos de Paz consil 10. num 17. Deñas rgula 190 limitatio. 4. Gregorius Lopez in l.34.tit.34 glos sa 1.parti.7. Gomez de Amescua de potestate in se ipsum, lib.1. cap.15. nume.10. Baeça de inope debitore, cap.16 num.56. Auiles in procem cc. prætorum, num.27. Garcia de nobilitate, glos.6. nu.21. Azebedo in l.4.& 5 tit.2 lib.2. nouæ Recopilatio. num.15. Villar Maldonado in silua responsorum, lib.1.respons.6, num.15. Gutierrez de iuramento confirmator, cap.16. nume.37.& sequen. 46. & num.61. communem dicens.

Q Barbosa in l.alia, §.eleganter.num.17.ff.soluto matrimonio Amescua in priuilegio quod habēt Castellæ infantiones, ne pro debito ciuili possint carcerari ad partes. disputans vbi supra lib. 2. cap.23.per tot.

*R Ita fuit declaratum in regia Audientia die 26. Augusti 1557. in processu procuratoris astricti ciuiratis Cæsaraug. contra D.Ludouicum Pardo nobilem Valentinum. Et 14. Augusti 1615. ex triū Consiliariorum voto in processu D.Ludouici Queralt nobilis Cathalani ex priuilegio in appellatione, super repulsione iuris firmæ. Alij vero duo Consiliarij firmam eius admisserunt pro vt fuit admissa 30.Martij 1615. in Curia D.Iustitiæ Aragonum ex voto quatuor Locumtenentium.

S Bald.in cap.1.§.porro, num.7.tit quæ fuit 1.causa beneff.amittend.in vsib.feudor.Ias.in l.fiu.num.3. ff.de in ius vocando per glos.fi in iudicio, §.item mixta.institu.de actio.

T obseruau. Item de consuetudine, cum quinque sequen.de priuilegio generali. Ioannes Gutierrez practicar.quæstion.lib.3.q.14 num.113.

V Couar.vbi sup.c.9.n.6.& 8.Sixtin,de regalib lib.2.c.8.n.15.Bart.& Bald.& DD.in l.hodie,ff,de pœnis.Tiraq.de pœnis temperan,in prefatio.n.16.Gail de pace publica,li.2.c.9.n.22.Rebuf.in l aliud est fraus,§.inter mulctā,vers.Verūtamen,de verb.signif.facit text.in l.aut facta,ff.de pœnis,l.quid ergo, §. pœna grauior,ff.de his qui notan.infam.l.2.& 3.C.ex quib.caus.infam.irrogetur.Mising.cēt.2.obser.54.

X l.1.§.calūniatorib ff.ad Turpilia.d.§.inter mulctā.& l.si qua pœna.de verbo.signific.

Y l.3.§.3,de probatio. Z l.sanctū,8.ff.de rer.diu s.l.fiu.ff.de legatio. Iacob-Calic.de iur.regalib. priuileg.141.Ayala de iur.belli,lib.1.c.9.à n.5.cum seq.Leli.¿Zechi de Principe,lib.2.c.1.n.9.pag.288 Rebuf.in pragma.sanctione,tom.2.tit.de causis §.item circa,verb.Ambasiatores,fol.39.p.2. Cabedo de cis.116.par.2.Legatus Caroli Paschalij cap.23.cum seq.

A Legatus

tio, *a* siue illa sit ordinaria, † siue extraordinaria, semper magna, seu maxima, ac sæpè illustris appellatur, ad differentiam illius, quæ parua legatio dicitur, qualis est eorum, qui à patria ad summũ Principem missi sunt, *b* quibus omnibus † ius reuocandi domum est concessum: *c* sed ne contemnatur † legatio, seque contemni putet is, ad quem mittitur, ex nobilioribus, & proceribus mittere oportet, *d* qui & nobilitate, & diuitiis cæteris præstent; nam vt diues habet in re quod amittat, ita nobilis in decore, quod inquinet, qui scientia poleant, maxime cognitione iuris, peritia historiarũ, & eloquentia, quibus accedat experiẽtia, quæ est prudentiæ formatrix, necnon etiã venustate corporis, licet sæpè magna ingenia amant latere in corpusculis & excelsi animi eligunt domiciliũ humile, cum vt inquit Eccleſiast. *e* *Breuis in volatilibus est apis, & initium dulçoris habet fructus eius.* Et hoc, vt legati dignitas, & eius à quo mittitur, & eius quoque, ad quem destinatur, dignitati respõdeat, & vt fidelius, ac prudẽtius muneri iuncto satisfaciat; maximè si talis legatus, non tantũ re ferẽdi, sed libera mandata decernendi, & cõstituẽdi rem, & negotiũ, pro quo missus est in mandatis acceperit. Licet ex Cicer. Guilli. Budeus *f* liberã legationem † appellauerit, quæ ornamenti, honoris, commodique proprij causa conceditur, cuius vestigia in legatis natis, à Romana Ecclesia in Proninciis constitutis, manserũt; *g* sed in hac ciuitate, & regno, non solum non reperitur qui legationem recusare desideret, vt Callistus, † cuius memi nit noster I.C. *h* sed imo frequẽter summa opera suffragia ambiũt, vt legati mitantur, & quidem legatione libera, hoc est rerũ priuatarũ causa, legationes obeũt, vt cõtrouersias, eorũq; causas, & lites, & honores, quos ambire procurãt, habeãt, legatorũ personis acceptis cõmẽdabiliores, atq; fauorabiliores, vel gratiã Principũ, ad quẽ mittũtur, aucupẽt, & ad sui animi desideria cõsequẽda, eorũ à quib⁹ mittũtur (nõ suo nomine) sæpè abutũtur: in duob⁹ tamẽ nolũt legationis † liberę cõditionẽ sequi, cùm hi, qui legatione libera fungebãtur, *i* nec publico sumptu alebantur, nec Reipublicæ causa abesse censebantur.

Ossa huius corporis † sunt arma, exercitus, milites, ac duces belli, castra munita, seu fortalitia, *k* (quæ, si ad

43 44 45 46 47 48

A Legatus Caroli Paschalij, c. 64. & 77.

B l. Legatus creatus, 12. ff. de legatio.

C l. 2. §. legatis, l. si quis aliena, 5. in fin. l. si quis in legatione, 8. l. nõ alias, 24. cũ plurib. seq. ff. de iudi cas. de for. competen. Pet. Pec. in trac. de iure sistẽdi, c. 5. n. 9. Bellu. in spec. rub. 21. §. & primo, n. 3 Ludol. Schrade. tract. feudal. p. 10. sect. 1. n. 16. Couar. practic. c. 5. n. 1. & seq.

D l. sciendum, §. ordine, versi. de primatibus iuris ff. de legatio. c. ad Apostolicę, ibi, Magnæ authoritatis viros, de re iudicata in 6. plura suo more cumulans Tiraq. de nobilit. c. 20 n. 43. & seq. & in præfatio. de iure primogenior. n. 123. Legat. Paschal. c. 15. & 16.

E cap. 11.

F in notis ad l. qui liberã legatione, 14. ff. de legatio. pag. 232. Vvalfan Lazius in commen. Reipub. Romã. lib. 2. c. 6. pag. 262. in princi. & versic. Legationes liberæ, pag. 176.

G c. 1. de offi. legati. Gãbar. in tract. de offi. legati à latere, in princ. n. 9.

H in l. filio, 6 ff. de legatio.

I Legatus Caroli Paschal. c. 13. pag. 51. post med.

k Iust. Lipsi. ciuil. doctri. li. 4. c. 7. Lel. Zechi. lib. 2. c. 2. n. 7 pag. 358. & seq. & c. 3. n. 3. pag. 385.

si ad se tutandum ab hostibus necessaria non sint, amouenda monuit Xenophon) / sed, qui illa habuerit sub eius manu, ita illius regionis res habebit subiectas cum personis, vt nec vlla pacta legitima inuitus à subditis cogatur seruare; vt, exempli causa, proponitur apud Ioannem Magnum *m* de illa Margarita, Danorum, & Nouergiorum Regina, quę cùm Albertum Sueuorum Regem superasset, & cępisset anno Domini 1395. certis pactis à Suecis & Gothis in regnum recepta est, ne publica regni officia, siue arces, vel castella, seu munus iudicandi aliis, quàm in regno natis committerentur, & ne vlla insolita tributa, aut onera incolis imponerentur, nisi regni Suetiæ Senatu consentiente; quorum neutrum, sua potentia vtens, seruauit, sed proceribus iusiurandum illi obijcientibus respondit, & interrogauit, haberent nè diplomata conuentionum? illis, apud se habere respondentibus, & quidem probè seruari, tyrannicè respondit, suadeo ego vobis, vt literas datas diligenti custodia obseruetis; nos autem castra, ciuitates, & omnes regnorum nostrorum partes diligentius obseruari curabimus. Alij *n* autem ossa Reipublicæ, nobiles, & magnates regni esse tradunt.

L. Padiæ Cyril. lib 7. num. 21. Lelius Zechius de Principe, lib. 2. cap. 1. nume. 13. pag. 304.

M lib. 21. & Petrus Gregorius de Republ. lib. 7. cap. 19. num. 12.

N Mexia in pragmatica taxæ panis, conclus. 6. nume. 8. fol. 111.

O Leo in nouella constitutione, incipit, Si pecuniarum nerui, est 52. in ordine, titu. vt tam veterum Principum, quam recentiorum numismata. Petrus Gregorius de Republ. lib. 3. cap. 1. Bobadilla in politica, lib. 5. ca. 4. ante num. 1. Cuiac. lib. 6. obseruatio. c. 19. B. Ioannes Coki. in thesau. aphoris. politicor. lib. 2. c. 10. Cicero in oratie. pro Lege Manilia. Quintilia. declamatio. 34. Lelius Zechius de Principe lib. 2. cap. 2. n. 1. l. 1. §. in causa, ff. de quæstio. Antonius Zara in anothomia ingeniorum, & scientiarum, sectione 2. membro 16. pag. 380. & seq.

Nerui sunt leges, † quę vel manu regia, seu Imperiali à Ducibus seruantur in castris, vel pacis tempore à Magistratibus executioni mādantur in vrbibus, cùm vtræq; à cerebro, hoc est, à maiestate supremi Principis originē ducant. Sed alij volunt, leges animam † esse totius corporis politici; quia quemadmodum multa corporis mēbra ab vna anima vniuntur, & omnes causę ab vna prima dependent; sic Respublica, diuersis partibus constans, vniri lege debet, quæ eas simul in earum officio peragendo ritè coniungat, & ob id vt anima in corpore dicitur, quę ei vim tribuit operandi, nempe bona agendi, & contraria vitandi; sic & lex in Republica eam vim, adiecta pœna, & præmio præstat, vt quidam mutus Magistratus, qui nec furore irascitur, nec ambitione ducitur, nec passione mouetur. Vnde dicere possumus, potius neruos istius † corporis esse diuitias, *o* in ærario publico reconditas: vt cumque tamen sit, illud certum est, totius istius corporis politici harmoniam † musculis, hoc est obedientia, & iustitia colligari, ne dissoluatur. Prima est à subditis Regi, eiusque Magistratibus præstanda. Secunda verò ab eis inter subditos, secundùm, iuris, & equitatis rationem distribuen-

49 50 51 52

distribuenda, & ideo si D.Rex, vel qui eius nomine præest in Regno aliquid præceperit, vel ad se, ob seruitium Regis concernentia accedere iusserit, & subditus tale mandatum contempserit, aut alias fuerit inobediens, ad instantiam procuratoris fiscalis acusari, & puniri solet,
35 * p quia delictum † est non parere mandato Regis. q

P * Ita fuit pronunciatũ in curia D. Iustitiæ Aragonum, in processu procuratoris fiscalis, cõtra Hieronymum Ribera, & Martinum Sellan ciues Oscẽses die 9. Ianuarij 1591. & in processu Procuratoris fiscalis, contra Antonium de Aybar Tirasonẽ. die 30. Iulij 1596. & in Regia Audientia, in processu Ioannis Molinos super criminali, die 9. Iulij 1596.

Q Roland.cons.1.nu.41.lib.2 Decia.cons.14.lib.3.Corsetus de potestate Regia, q.89.Bellug.in specul. rub.12.§.quædam.num.45.Gregor.Lopez in l.16.tit.13.part.2.glos.4.& l.33.glos. fin. tit.16.part.1. Auenda.de exequend.mandat.lib.1.cap.2.num.14.Gramat.decis.40.Auiles in cap.1 Prætorum, glos. de los mandamientos, num 3.& 4.Menoch.casu 365.num 14.Couarru in cap.alma mater.§.9.num.3.& 4. de senten.excommun.Bosius in praxi crimina.tit.de Principe, nu.68.

§ Decimus septimus.

Rex Aragonum est caput supremum Regni, nec eius maiestas legum obseruatione minuitur.

SVMMARIVM.

A Ragonensium fides erga suos Reges extollitur à Rege Martino remissiue, 1.

Non est minor potestas, & maiestas Regis Aragonum, quod consensu populi leges ferat, & factas deroget. 2.

Quod consensus populi Aragonensis pro ferendis, & derogandis legibus sit necessarius à lege Regia profluxit. 3.

Regni forma destruitur si ex arbitrio, & non secundum leges gubernetur. 4.

Obseruatio legum non imminuit auctoritatem Principis. 5.

Vbi leges prævalent cessant violentiæ, & tirãnydes. 6.

An fuerit vtile, officium Iustitiæ Aragonum esse perpetuum, ita vt nec per D. Regem auferri posset. 7.

Rex nunquam tollit beneplacitum in officijs semel collatis, nisi ex iusta causa, & ideo perpetua dici possunt. 8.

§. Decimus septimus.

CAPVT supremum huius Regni Aragonum, est Dominus noster Rex: cuius maiestas non minuitur ex eo, quod solus, absquè consensu membrorum huius corporis politici, quod (vt diximus) in quatuor Regni statibus repręsentatur, leges condere non valeat, vel semel latas derogare, sed illis à se, de consensu curiæ, & quatuor eius brachiorum latis, teneatur obedire, cum certa sit Regia maiestas, pro antiqua Aragonensium fide erga suos

Reges,

Reges, inuiolabiliter obseruata, quam maxime † extulit 1
Rex noster Martinus, *a* asserens nihil cum eorum consensu acturum, & ordinaturum, quod ad beatitudinem Regni, & gloriam Regis non redundet. Quemadmodum enim ex multis scintillis lumen vnum accenditur, ita copulatis multorum mentibus, quæ antea diuisæ erant, solidius humanarum rerum administrationibus prospicitur: *b* & ideo semper optimum iudicatũ est consilium, quod plurimorum consensu comprobatur. *c* Nec ex hoc minorem † potestatem in nostro Rege Aragonum admittimus, imó potius optimatum, & populi assensu, plus roboris, ac potentiæ Regibus accedit; & progressus longe sunt feliciores. Est quippe Rex, qui iubet, qui statuit, licet consensu populi, in quatuor stamẽtis repręsentati, & sicut manus in digitos distributio, eius nec robur, nec decus imminuit, *d* sed illius vsũ, ex peditiorem, atquè vtiliorem reddit, cum semper ab eius pendeat imperio, illos huc, vel illuc deflectere: sic Rex noster, auditis sententijs quatuor brachiorum, seu stamentorum Regni, potest eas, tanquam digitos in manu comprimere, aut, si placeat, secundum eas, leges ferre. Qui populi consensus, † pro legibus de nouo ferendis, vel 3
antiquis derogandis, cum proueniat, secundum aliquos, ex lege Regia, quæ Regis principatum stabiliuit; non esset regere populum, nec ordinare Rempublicam, sed destruere Regni formam, † si omnia ex arbitrio licerent, cum 4
licet omnia, potentia si dominetur valeat, tamen tunc regnandi materiam, & subiectum sibi adimit. Quia (vt inquit Sanazarus) *e* *Publica res, & æquum Imperium tunc sibi constet, cum Rex, quod iubet, ipse facit*: Non enim legitime iubet, qui nescit obsequi, nec recte imperat, qui mentis, atquè animi rationi; vnde verum fluxit imperium, non paret, atquè ita suasit Claudianus *f* Honorio, his verbis.

In commune iubes si quid, censesque tenendum,
Primus iussa subi; tunc obseruantior, æqui
Fit populus, nec ferre vetat, cum viderit ipsum
Autorem parere sibi.

Inde Imperator *g* dignam esse maiestate regnantis vocem iudicauit; se legibus alligatum, Principem profiteri; cum ex iuris auctoritate eius pendeat auctoritas, & maius imperio sit, legibus subijcere Principatũ, ac tanto magis maiestas fulgeat, quanto, is qui eo cognomine vtitur, sanctior, & iustior est,

A Hiero. Zurita lib. 10. annalium. cap. 65. & Hieron. de Blancas in comment. rerum Aragonensiũ tit. de Comitijs Aragonum. pag. 376. referentes, verba orationis ab eo habitę Cæsarauguſtæ, anno 1398 incipientis hæc est fides vestra.

B Cardinal. Paleotus de consultatio. par. 1. q. 1. versic. qua propter.

C I humanum, C. de legibus. Anton. Sola in prohem cõstitutio. Sabaudię, glos. 2. nu. 40.

D Ioan. Chochier. in thesaur. aphorism. politic. lib. 2. cap. 2. exemplo. 20.

E Lib. 1, epigram. ad Federicum Regem.

F In panegyri. in 4. consul. Honorij, pag. 165.

G In l. digna vox. C. de legibus.

est, cuius dignitas, & † auctoritas non minuitur leges
5 subditis obseruando, imo augetur, & eius status firmior redditur, vt respondit Pithac. Cresso interrogāti, quod maximum putaret imperium? id (inquit ille) in quo le-
6 ges plurimum valent, nam ibi minimum † est tirannydis, & violentiæ, vbi illę multum obtinent maiestatis, atquè roboris, quo argumento vsi fuerunt nostri, vt Regi Alphonso Quinto *h* suaderent confirmationem fori, ęditi *i* à Regina Maria Cæsaraugustæ, super perpetuita-
7 te † officij Iustitiæ Aragonum, quam importunis petentium precibus impetrarunt, & eam *K* ex proprio iuramento vallauit, iam tunc incommoda, & damna, quæ ex tali officij perpetuitate oriri sperarentur, prædicens: & ideo merito tali constitutioni forali fuit, nouo foro Tirasonensi, anno 1592. ædito, derogatum, & officiū Iustitiæ Aragonum ad beneplacitum Regis reductum, *k*
8 sed cum Reges nostri, † pro eorum summa iustitia, nunquam soleant aliquem dignitate semel concessa, nisi ex magna causa, priuare, vel honore elargito destituere, ad huc hoc officium perpetuum dici potest. *l*

H Hieron. Zurita lib. 15. annal. cap. 8.

I Foro, como segun la ment. tit. de offic. Iustitiæ Aragon. for. otro si. Foro. Item por quitar, eodem tit.

K Tit. de offic. Iustit. Aragonum.

L Argumento l. Iurisperitus, in princ. ff. de excusat. tutor. Bart in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori nu. 2. vers. quæro, ff. de oper. noui nuntiationee glos. in Clement. 2. verb, per electioné, de rescript. Padilla, in l. cum quis, nu. 34. C. de iur. & fact. igno. Burgos de Paz cons. 21. num. 4. Guillelm. Benedi. in cap. Rainutius, verb. duas habens filias. nu. 36. Boher decis. 149. nu. 18. Gutier. lib. 3. pract. q. 11. nu. 2. & seq. Caballin. milleloq. 217. num. 3. Petrus Erodius rerum iudicat. li. 2. tit. 9. cap. 28. Bardaxi in foro priuilegium generale Aragonum. nu. 2.

§. Decimus octauus.

Ad Regem Aragonum spectat Curiarum congregatio, & an expediat, quod illa frequens sit.

SVMMARIVM.

INter Romanos erat potestas apud Reges congregandi curiata comitia sicut, & apud nostros. 1.

Rex simul cum Curia quare maiorem auctoritatem habere dicatur, 2.

Curiarum frequens congregatio, quare vtilis, 3.

Rex comparatur medico, & Regnum corpori phisico. 4.

A quibus fuerint motæ seditiones in hoc Regno, & ex quibus causis. 5.

Quæ fuerit intentio seditiosorum in turbando pacem, & publicam quietem, qua Regnum fruebatur. 6.

Rex quid manu militari exercitus intenderit facere. 7.

Rex Philippus Primus Tirasonam ad celebrandas Curias Aragonensibus venit. 8.

Ex longa Regis absentia quæ damna sequantur, 9.

Quo tempore Curiæ deberent à Regibus secundum forum celebrari. 10.

Concil. gẽnlia quo tẽpore deberẽt celebrari. 11.

Conci-

Concilia Prouincialia debent celebrari de triennio in triennium, 12.

Tempus conuocandi curias in meram facultatem Regis, & Concil. generalium Roman. Pont. & Prouincialium Archiepiscoporum est redactum, 13.

Concilium Prouinciale fuit celebratum Cæsaraugustæ, anno 1615. *à Don Petro Manrique*, 14.

Don Ioannes Georgius Fernandez de Heredia Comes Fontium Iberi laudatur. 15.

§. Decimus octauus.

AD Regem, tanquam ad caput supremum, spectabit, membra † hoc est populum, curijs arcessitis congre 1
gare, & in eis præesse *a* quemadmodum apud Germanos ad Imperatorem spectat, *b* & apud Romanos potestatem habendi curiata Comitia habuerunt primum Reges, pœnes quos summa rerum omnium potestas fuit, ista autem forma Reipub. mutata, Regibusquè exactis, ius vocandi populum ad Comitia Curiata in alias personas translatum est, *c* & tunc istud caput supremum, cõ iunctum membris, † non est mirum, quod sit excellen- 2
tius se ipso, à corpore, seiuncto, & separato, cum coniunctim rempub. constituant, & repręsentent. Quo sensu nouissime quidam nostri seculi vir doctissimus, *d* in Aragonia maiorem reipub. quam Regum auctoritatem esse tradidit: nec mirũ, cum etiam Pontificem cum cętu Cardinalium, vel in Concilio legitimo, eius auctoritate congregato, existentem, maiorem se ipso solo, habere auctoritatem, dicant. *e* Quod idem de Episcopo cum Capitulo, *f* qui etiam vnum pariter corpus cõstituunt, *g* & de Imperatore cum Senatu dici poterit. *h* Nequè hæc curiarum † congregatio tardius fieri debet, cum oporteat Principem vultum suum subditis ostendere, 3
i quia frequentibus Comitijs, seu Conuentibus (qui patria

A Belluga in specul. Princip. rub. 1. num. 2. vbi Camillus, verb. Princeps, Anton. Oliuan. de iur. fisci, cap. 4. num. 16, & cap. 6. num. 17 & 18. Georgius Cabedo, 2. par. decis. 3. n. 2. Bardaxi in foro vnico, tit. de generali curia Aragonensibus celebranda, Blancas in commentarijs rerum Aragonensium, p. 371. & seq. de Comitijs Aragonum.

B Prudentius de Sandoual, 2. par. hist. Imp. Caroli V. lib. 26 §. 7. fol. 5. col. 2.

C Ioan. Rosin. antiquita. Roman. lib. 6. cap. 4. & Sigonius de antiquo. iur. ciuium Romanorum lib. 1. c. 17.

D Ioan. Mariana, de Rege & Regis institutione, lib. 1. cap. 8. pag. 88. vers. in ijs gentibus. Michael Martinez à Villar in appẽdice de innata fidelitate Regni Aragonum, §. 9. pag. 252.

E Rodulphus Cupers, in tract. de sacrosan Eccles. vniuersali. in prælud. nu. 25. & 31 cum seq. Ripa in rubr. de constitutio. n 22

F Cap. 1. de excessib. prælat. Barbat. de præstant. Cardinal. q 2. n. 18 Felin. in cap. causam, nu. 3. de iudic. & in c. edoceri. vers. prima declaratio. de rescript. Iaf. in l. placet, C. de sacrosanct. Eccles.

G Ioan. Francis. de Pauinis in tract. de offic. & potestate Capituli sede vacante, prælud 5. nu. 2.

H Bald. in l. cum multa. n. 2. C. de bon. quæ liber. cum multis alijs quæ adducit pro nostro instituto Petrus Luouic. Martinez in respons. pro Regno, nu. 213. & 214.

I l. 1. C. publicę letitię, lib. 12. ibi, si sacros vultus inhiantibus forte populis inferimus. vbi glos. addit quia tenemus publicam Curiam. Paris de Puteo de sindicatu, tit. de excessib. Regum, §. Rex autem, nu. 6. cum seq.

patria lingua curiæ appellantur) *K* vbivis ex ocasione à Rege celebratis, Regia maiestas, eiusquè summa auctoritas mire extollitur, suaquè præsentia lites, odia, dissidiaquè mota, antequam longius serpant, sedabit, compescetquè: cum sedens in solio dissipet *l* omne malum. Principijs namq; obstare, in tempore quę malis occurrere, † non minus quam oculati medici, *prouidi quoq; 4 opus est, atquè munus Regis. Nequè enim ille diligendus est medicus; qui ęgrum ad extrema deducit, vt post medeatur, sed qui ante prouida cautione minitantem morbum necat, iuxta illud Ouidij. *m*

Principijs obsta. Sero medicina paratur,
Cum mala per longas conualuere moras.

4 Sicut enim in corpore phisico, † quotidie agregatur aliquid, quod diligenti indiget curatione, & humores morbosi generantur, qui nisi euacuentur putrescunt, & suffocant alios, & febres procreant: ita quoquè respublica, vel ciuitas glisscentibus vitijs, animiquè otio, & copia, nimiaquè felicitate, sic aliquando corrumpitur, furoresq; ciuiles parit: vt curari debeat remedio interno, hoc est potentia, & prudentia Principis. Cum hæc sit natura multitudinis, quod aut humiliter seruiat, aut superbe dominetur: libertatem quæ media est, nec spernere modice, nec habere sciat. Hoc experti † fuimus annis retro elapsis in nostro Regno, *n* quod dum maxima felicitate frueretur, fòris hostes non habens, sedicioso domi inuenit: falsa quorundam impostorum sugestione, qui cum ipsi foros & libertates Regni prorsus infringerent, vulgo suadebant, à Magistratibus violari: cotibus similes, quæ ferrum acuunt, ipsę autem scindere nequeunt, nihil aliud præterquam verba sedicioſa effundentes, Salios, Martis, 6 Sacerdotes imitantes: qui vt suam † causam facerent cum toto Regno communem cuncta miscere, & priuata vulnera malis Reipublicæ operire decreuerunt. Cum seditiones non ex publicis negotijs excitatę, sed verius ex rebus, & ofensis priuatis ortę fuerint. Non enim semper incendia à sacris & publicis locis exoriuntur, *o* cum plerumq; aliqua neglecta in domo lucerna, aut inflãmatę quilquilię ingentem ediderint ignem, ac publicam perniciem, iuxta illud Claudiani. *p*

Heu quam breuibus pereunt ingentia causis

Et illud Ouidij. *q*

Flumina sæpe vides paruis de fontibus orta;

K Vt inquit Renat. Chopin. de Domanio Gallico, lib. 2. tit. 1. nu. 8. pag. 179.
L Prouer. cap. 20. vers. 8. Bardaxi. in for. vnico. tit, quod Regens offic. Gubernat. sit miles simplex num. 4. pag. 82.
* Isaiæ cap. 3. ibi non sum medicus.
M Lib. 1. de remed. amoris.
N Babia 4. part. histori. pontificalis, in vita Clementis VIII. cap. 13. pagin. 55. cum seq. late, vere, & eleganter.
O Plutarchus tom. 2. moral. in præceptis Gerendæ Reipublicę pag. 580. Martinez del Villar in appendice innatæ fidelitatis, §. 8. pag. 212. & 213.
P In Rufin. lib. 2. pag. 63 & de raptu Proserp. lib. 3 pag. 39.
Q Vbi proxime.

Et

Et quisquè eorum inter se vt alter Ruffinus dicebat. r

Quanam ratione tuebor
Spem vitæ fragilem? qua tot depellere fluctus
Arte queam? præmor hinc odijs, hinc milite cingor.
Heu quid agam? nisi cuncta nouo confundere luctu?
Insontesq; meæ populos miscere ruinæ?
Euerso iuuat orbe mori. Solatia leto
Exitium commune dabit,

Cum leuius communia tangant: sed clipeus † exercitus Regij manu militari, quæ manus fortis & potens 7
Principis appellatur, & iurisdictionis est, ac iustitiæ, quã illi contemnebãt executio, s auxilium tribuens, in illos, eam cum moderamine pietatis, per medios Magistratus, pœnam condignam inflingens, exercuit; & nobis quietem prẹstitit, & cum ad sedandos motus, multum momenti habeat vicinitas Regis: Is in propria persona, eius patris Caroli Quinti Imperatoris, t & Tiberij (sub quo pulcherrimum fuit Romani Imperij culmen) in ciuitatem Tirasonæ, † ad Curias Aragonensibus celebran- 8
das, aduolauit: dicens vt Deus, u cuius imaginem in terris gerebat: *Descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint: an non est ita vt sciam.* Cognouit namq; prudentissimus Rex, multa aliqui nostræ felicitatis inuidi, ac libertatũ regni æmuli, aduersus nostros falsò suggessisse; & ideo Iustitiæ restitutionem, in honore & bonis, Magnatibus, & pluribus alijs indemnatis concessit, & per illum, vt inquit Claudianus. x

Priscamq; resumunt
Canicies leges, emendanturq; vetustæ,
Acceduntq; nouæ.

Cum per eum fuerit restituta vis Foris, iudicijs auctoritas; imperium Magistratuum ad pristinum redactum modum; redijt cultus agris, securitas homi nibus, certa cuiq; rerum suarum possessio; leges emendatę vtiliter, latæ salubriter; Principes viri amplissimis honoribus functi. Quod si Rex Austerus, † 9
si seuerus nimis, & ab oculis populi sese abducens, comitia distulerit, idẽ aut sensim despicietur, aut timebitur, magis quam amabitur. y

Ex qua ratione, † primo fuit statutum, vt singulis annis Dominus Rex teneretur Curias Aragonensibus celebrare, z postea vero de biennio in bien 11
nium, a quia in eis (vt dicebat Iacobus II.) ea quæ sunt ad conseruationem

pacis,

R Claudian. vbi proxime, pag 62.
S Cap. Dominus, §. iusta 23. q. 2. l. qui restituere, 68 ff. de rei vendica. Bar. in l. ex hoc iure. num. 3. & Bald. num. 11. de iust. & iure. Gail. de pace publica, lib. 2. cap. 17. num. 29.
T Ex Corn. Tacit. lib. 2. annal. Ioann. Chockier lib. 2. aphorismorum politicorum. cap. 21. exemplo 4. pag 187.
V Genes. c. 18. c. qualiter, & quando de accusationib.
X In panegyr. in 4. consulatu Honor pag. 172.
Y Bernardinus Miedes, Episcopus Albarracinen. de vita & gestis Iacobi, I. pag. 38.
Z §. Item que el señor Rey, in priuileg. generali Aragonum
A Foro vnico tit. de general. Curia Aragonens. celebranda. For. vnic. tit. de temporib. quib. generales Curiæ celebrãdæ sũt in Aragonia, For. volum°, in fin. tit. quod in dubijs non crasis.

pacis, iustitiæ, & statum pacificum regni, & regimen subditorum, & ad tuitionem, & augmentum Reipublicę ordinantur, & disponuntur. Ex
11 qua etiam ratione † in Concilio Constantiensi, *b* & Basiliensi *c* statutum fuit, vt Concilia generalia fierent in Ecclesia Dei de decennio in decennium: quia frequens illa celebratio, agri Dominici præcipua cultura est; vepres, spinas, tribulos hęresium, & errorum, scismata extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, neglectus verò eorum prędicta disseminat. Eademque
12 ratione sæpius fuit statutum, vt Concilia prouincialia, † nunc singulis annis, *d* & nouissimè ex Tridentina Synodo *e* de triennio in triennium celebrarentur. Sed quod à nostris Foris (de quibus supra) dispositum erat, in
13 desuetudinem abiisse constat, in voluntateque, † & arbitrio Regis tempus Curias congregandi, in loco regni, qui illi magis placuerit, cum viderit expedire: sicut etiam conuocatio, & celebratio Concilij generalis in Rom. Pō
2 tif. & ptouincialis in Archiepiscoporum arbitrio positum est. Vnde, nec curiæ Aragonensibus fuerunt celebratę post illas Tirasonenses anni 1592. nec Concilium generale habitum post Tridentinam synodum, nec prouncia-
14 le in Aragonia ab anno 1556. vsque quo Excellentissimus D. D. † Petrus Manrique Archiepiscopus Cęsaraugustanus (cui illud Homeri *f* conueniebat.)

Ore loqui docto, & virtutem ostendere factis.

Suo eximio ouium salutis zelo, atq; desiderio ductus, illud elapso anno 1614 congregauit, in quo multa ex Episcoporum prouincialium sententia, Abbatum, aliorumque Prælatorum, ac Ecclesiarum eius prouincię procuratorum, multorumque sacræ Theologiæ, & Iuris canonici Doctorum consilio: graui super quolibet dubio disceptatione habita; plura decreta, matura deliberatione in fauorem animarum, & pro moribus corrigendis fuerunt statuta: maximè decreta Concilij Tridentini, vt obseruarentur curauit; quæ cum magna gregis iactura, & vniuersali animarum periculo, in abusum abierunt, & incuria aliquorū negligebantur, ecclesiastica disciplina, tāti Prælati diligentia, labore, & solicitudine restituta. Cui Concilio nomine D. nostri Regis, & vt eius Legatus interfuit D. Ioannes Georgius Fernandez de Heredia, Co
16 mes Fontium Iberi, † vir sanè acutus, & in gerendis negotiis exercitatus, qui cultè & compositè loquitur, reiecto tamē fastu & ineptia forensi, qui promptam, & paratam in rebus obsequium & seruitium Regis concernentibus, voluntatem semper habuit.

B Sessione 19. habetur tom. 4. Conciliorum editorum Lugduni, anno 1585. pag. 383.
C Sessio. 1. habetur vbi proxime, pag. 416.
D Vt in Concilio Lateranensi. sub Innocentio Tertio celebrato. c. 6 pag. 215.
E in decreto de reformatione, sessione 24. capi 2.
F Iliad. 1. 443.

§. Decimus nonus.

Curias congregare quid sit; cur leges nostri regni Fori appellẽtur; & quare eos D. Rex obseruare teneatur.

SVMMARIVM.

Curiæ nomen æquiuocum est, 1.
Quid sit Curias cõgregare in Aragonia, 2
Duplex causa congregationis Curiarum enumeratur, 3.
Romani calatis comitiis leges ferebant, quibus etiam Reges tenebantur, 4. & 5.
Leges regni Aragonum cur Fori appellẽtur, 6
Cõsuetudines nõ sunt in potestate Principis, nec pertinent ad legem regiam, 7.
Iurisdictionum omnium origo à consuetudine emanat, 8.
Lex ex moribus proueniens maioris est authoritatis quàm scripta, & ratio ex Aristo. 9.
Ius maiestatis à consuetudine legẽ accepit, 10
Monarchia Foris gubernata diutius manet, & difficilius conuellitur, 11.
Ius ex cõsuetudine emanãs dicitur naturale, 12
Consuetudo in scriptis redacta, non desinit esse consuetudo, 13.
Mores populi Aragonensis, quis primus in scripturam redegerit, 14. & 15.
Praxis in Aragonia, quare iudicibus & officialibus maxime necessaria, 16.
Merum & mixtum imperium non esse in Aragonia, quid significet, 17. 21. & 24.
Cartæ standum est in Aragonia, 18.
Æquitatis specie non licet à dispositione Forum recedere, nec illos violare, 19.
Constitutio Cathaloniæ prohibens causas ex æquitate decidi intelligitur, 20.
Non habere clamum de manu D. Regis quid significet, 22.
Officium iudicis nobile in quo differat à mercenario, 23.
In Aragonia non succurritur minoribus, & absentibus causa Reipublicæ per restitutionem, sed ipso foro seruantur illæsi, 25.
Actio ab obligatione proueniente ex consensu nascitur, 26.
Accusatio non ex consensu, sed re ipsa ex delicto oritur, 27.
In Aragonia omnia ad instãtiã partis legitimæ cuius principaliter interest, debẽt expediri, 2
Procurator fiscalis in quibus casibus est pars legitima, remissiuè, 29.
Rex in Aragonia vnũ tantũ potest habere procuratorẽ fiscalẽ, & is vbi agere potest, 30
Procurator adstrictus, in quibus casibus sit pars legitima, remissiuè, 31.
Quilibet de populo in quibus casibus sit pars legitima, 32.
Procurator quatuor brachiorum regni, in quibus casibus sit pars legitima, remissiuè, 33.
Curias cõgregãdi, causæ secũda est offerrẽdi grauamina cõtra D. Regẽ, & eius officiales, 34
Iustitia Aragonũ est iudex grauaminum, & illa iudicat cum consilio curiæ exclusis his de quorum interesse agitur, 35.
De regaliis D. Regis non potest in curia grauamen afferri, 36.
Grauamen solum offertur de iniustitia, & abusu potestatis, 37.
Cõtra non habẽtẽ iurisdictionẽ grauamẽ nõ est prosequibile, 38.
Quãta sit in Aragonia curiarũ authoritas, 39.

§. Decimus nonus

QAMVIS Curiæ nomen † æquiuocum sit, a tamen in Aragonia Curia alia vniuersalis, quia qui

† Ioã. Babtis. Afsin. in praxi iudicior. ad interpr. statuti de modo probandi morte, §. 4. & 21. per. tot. Couar. prac. c. 4. n. 10. Cur. Iun. concl. 158. n. 28. Boer. de auctor. magni cõsilij, n. 167. Bardaxi in commẽt. ad for. vnico, tit. quod Rex possit facere in curia statuta, n. 4.

qui illam tenent, iurisdictionem vniuersalem exercent in toto regno, vt est Curia D. nostri Regis, seu eius locumtenentis generalis, primogeniti, [b] & regentis officium gubernationis, [c] necnon Iusticiæ Aragonum. Alia verò est particularis, quia qui illam tenent, iurisdictionem particularem exercent in aliquo territorio, vel certis personis, aut causis, vt est Curia Çalmetinæ ciuitatis Cæsaraugustæ, & aliorum iudicum ordinariorum regni, Alguaziriorum, Iustitię ganateriorum, & Iudicis mercatorum. Sed de his curiis non intendo in præsenti differere, sed de curiis generalibus, quas solus D. Rex potest conuocare, [d] & Aragonensibus celebrare, quarum congregatio nihil aliud est, † quam conuocatio facta per Regem de vniuerso populo, hoc est, non solum de plebeis, quales sunt Syndici, seu Procuratores vniuersitatum, & communitatum, villarum, & villariorum regni, sed etiam de patriciis, & Senatoribus, quales sunt nobiles, milites, & Infantiones, necnon Prælati, & Ecclesiarum, seu Capitulorum procuratores, qui omnes appellatione populi significantur: vt dicebat Iustinianus. [e] Curiarum congregationis causa præcipua, duplex † est. Prima, ferendarum legum, more Athenien sium, quibus (vt ex Demosthene docuit Conanus *f*) lex nulla, nisi de ipsorum consensu, imponi potuit, necnon Romanorum, apud quos, quoties ferēda lex erat, † præsertim de re graui, calatis Comitiis, idest, vocato, congregatoque populo promulgabatur, vt leges populus suffragiis, per curias arcessitus comprobaret: [g] quibus ita latis, etiam Reges tenebantur, [h] ex quo curiatę apud I. C. Pomponium, [i] Suetonium, [K] & Ciceronem [l] appellantur, tanquam de consensu populi, curiatis comitiis habito, latę: [m] quarum primus Romulus fuit autor, conuocato per triginta curias populo, singulisque curijs, in separata septa constitutis, & sententiā rogatis. [n] Ex quibus ius Papirianum compilatum

2 3 4

B §. como segun fuero, titu. declaratio priuilegij generalis, ibi, en la Cort del señor Rey e del Infant.

C Foro 1. titu. de iudiciis, Moli verb. Regens officium gubernatio. versic. Regentis officium gubernationis curia vbi Portoles num. 7. Bardaxi in commenta. ad d. for. 1. nume. 8. cum duob. sequen. ib & in tracta. de officio gubernationis, quæst. 61 per tot. late, & elegater.

D foro vnico, titu. de generali curia Aragonensibus celebranda, vbi Bardaxi, & in tracta. de officio gubernationis, quæstio. 5. num. 53. Moli in verb. Curiæ generales Aragonum, versic. 1 & 2. & verb. Rex. versic. D. Rex bene potest conuocare, fol. 293. Et de reseruatis D. Regi, versic. D. Rex solus, fol. 295.

E §. plebiscitum, Institu. de iur. naturali.

F lib. 1. comment. iur. ciuil. cap. 8. num. 2. pag. 41.

G Ascanius Pedian. in oratione pro C. Cornelio, & Budæus in annotatio. ad l. 2. §. & cum placuisset, ff. de orig. iur. Couarru. practic. quæsti. c. 1. num. 3. Iacob. Calicio in extrauag. curiar. 1. dubio principali. Petrus Gregorius de Repub. lib. 24. capi. 4. & 5. Belluga in speculo rubri. 2. num. 2. Renatus Chopinus in libello de omni. Francica cōsuet. 1 par. q. 1. n. 2. versi. nec ad rem pertinet, pa. 7 Antonius Clarus Siluius in comment. ad leges regias, c. 9. p. 123. & seq.

H Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 6. c. 23. in princ. I in l. 2. in prin. ff. de origin. iur. vbi notauit Budæ. pag. 75.

K in August. L in epist. ad Lentul. M Rosin. antiq. Roma. lib. 6. c. 9. p. 250. A. N Rosi. vbi prox. c. 1. 2. & 5. & Sigo. de antiq. iur. ciui. Rom. li. 1. c. 3. Bellu. d. rubr. 2. n. 1. & ibi Camil. verb. Romulus Couar. pract. c. 4. n. 10. Rena. Chop. de morib. Paris. lib. 1. ti. 1. n. 39. p. 41. vers. aud multo aliter.

tum eſt à Sexto Papirio, legesque regiæ (vt tradit Conanus o) quandoque nominatę ſunt, quòd eas Romanorum Reges tulerint, ſicut iliæ, quæ Centuriatæ appellantur, p quod Centuriatis comitiis fuerunt latæ, quas aliqui q tradunt, abſque populi conſilio, ſed tantum conſultoſenatu, ſacratas fuiſſe, quod nó omniũ indiſtinctè ciuium ſuffragia admitterentur, ſed eorum, qui eſſent ex cenſu, & ætate ſelecti. r Vel denique dici poteſt, noſtrarum curiarum † originem manaſſe à cõ- 5
uentibus iuridicis, quorum multa mentio apud antiquos ſ extat. Vnde leges in illis latæ, quia de conſenſu populi feruntur, † Fori à noſtris appellantur, 6
non à Foroneo Rege, vt voluit Iſidorus, quem eleganter increpat Alciatus, t ſed à fando, ſeu ferendo in publico de placito populi, vt Alphonſus Rex Caſtellæ dicebat, u forum debere eſſe, *Paladino, y placero*, hoceſt, ſecundum vſum, & conſuetudinẽ regionis, vbi fertur, moribus populi approbatum; & iudicio receptũ. x Et ideo dicebat Gutierrez, y leges fori non eſſe propriè leges, ſed potius quaſdam ſcriptas conſuetudines. Ex qua ratione inter alias euenit, Regem noſtrum Foris ligari; quia illi ab vſu, & conſenſu, & conſuetudine populi promanauerunt: conſuetudines † autem prius fuerunt in mundo, quàm leges; ideoque in Principis poteſtate non ſunt, vt dicebat Baldus, z nec pertinent ad legem regiam, quia Regali ſceptro, imperioque vetuſtiores exiſtunt. 7

Et ex

O lib. 1. comment. iur. ciuil. cap. 12. num. 1. pagi. 74. Roſin. lib. 8. antiquita. Roman. capit. 5. Alexander ab Alexand. dierum genialium, libro 6. capi. 23. in principio.

P Carolus Sigon. de antiquo iur. ciuil. Roman. lib. 1. cap. 4. & cap. 5. verſic. Cum ſenatuſconſultis.

Q Alexander ab Alexan dierum genial. lib. 6. cap. 23. in princ.

R Feneſtella de magiſtrat. Roman. cap. 7. Gelius noctium Atticar. lib. 15. cap. 27. Nicolaus Grachius de comitiis, lib. 2. cap. 1. Franciſcus Polet. in hiſtoria fori Romani, lib. 3. cap. 14. Couarru. practic. cap. 4. num. 10. Cabedo 2. pardeciſ. 3. num. 1. & Doctores communiter in l. 2. ff. de origine iuris.

S Budæus in annotation ad dictam l. 2. de origi. iur. pag. 254. verſic. Nihilo ſecius.

T lib. 2. diſpunctio. capi. 24. Roſin. antiqui. Roman. lib. 9. cap. 7. pagi. 403.

V in l. 7. titu. 2. parti. 1. ſequitur Alphonſus Montaluus in proœmio fori regij, gloſ. fuero. Villadiego in rubri. del fuerojuzgo, num. 4. Sebaſtianus Couarruuias en ſu teſoro de la lengua Caſtellana, verb. Fuero, fol. 417. Otalora de nobilitate, lib. 2 cap. 4. num. 14.

X l. de quibus, ff. de legibus. Xuarez in proœmio fori, & Baeça de inope debitore, cap. 5. nume. 32. gloſ. 1. in c. fin. de conſuetud. in 6. gloſ. f. angere in fin. in c. 1. de treg. & pace. Purpuratus conſilio 249. nam. 3. & 4. Simon de Prætis conſil. 35. num. 24. Rolandus conſil. 99. num. 9. & ſequen. volum. 2. Alexand conſil. 6. num. 2. lib. 1. Socinus Iuni. conſil. 76. num. 42. Decianus reſponſ. 32. num. 40. & ſequen. volum. 2. & 57. num. 17. volum. 3.

Y in tract. de tutellis, 1 par. cap. 7. num. 24.

Z in §. fin. nume. 2. titu. qui fued. dare poſſunt. & in Authentica, omnes peregrini, nume. 7. C. commu. de ſucceſsion. Afflictis in prælud. ad conſtitutio. Neapolitan. quęſtione 6. nume. 3. Iaſ. conſil. 233. verſic. Quarto facit. ibi, Nam conſuetudo quæ diſponit in Principem, maior eſt ipſo Principe. Iſernia in rubri. de conſuetud. recti feudi, num. 1. & 3. gloſ. Grego. Lopez verb. Guardar debe el Rey, in l. 16. titu. 1. parti. 1. Ioannes Compeg inter conſilia Bruni, nume. 23. & 24. Iacobus de Leonard. conſil. 124. num. 220. Socin. conſil 58. in princip lib. 3. Tiraquellus de vtroque retractu. par. 1. nume. 1. gloſ. 13. num. 39. Ludolphus Schraderus tract. feudal. tom. 1. 2. par. qnæſtione 1. principalis ſectione 1. num. 150.

8 -& ex eis † omnium iurisdictionũ origo *a* emanat: & ideo dixit Aristo. *b* legẽ secundùm mores maioris esse authoritatis, & de rebus maioribus, quàm lex scripta: cum ista, superior sit Princeps, nõ moribus; & dicitur quod sit maioris authoritatis, ex eo quod sit minus mutationi obnoxia, cum naturę ciuiũ
9 sit aptior; & versatur circa res maiores, cum ius † maiestatis, à quo leges pẽdẽt, ab ea legẽ accipiat, quę si ad scripturã redacta reperitur, hoc cõseruãdę
10 memoriæ *c* causa factũ est. Et hinc † est, quod Monarchia foris gubernata (cũ illi vt diximus, leges secundũ mores populi sint) diutius manet, & difficilius cõuellitur, quo altius radices egerit in ciuiũ animis, quod tũc fit, cum leges accõmodantur genuinis populi moribus, non secus ac arbor, quæ, quo profundius in terrã radices suas emisit, eo fortius impetus cœli sustinere potest; atque ita, qui eas trãsgreditur, non solum humanę, sed & diuinæ, & naturalis
11 legis transgressor iudicandus est, *d* cum cõsuetudo † censeatur altera natura *e* & ius ex ea ortũ, quasi naturale, ac proinde immutabile. *f* Ante Iacobũ nã-
12 que Primũ † nõ erãt Fori certo ordine dispositi, sed Aragonẽses moribus regebantur, qui, vt diximus, Fori dicũ tur, quos ille provt ex variis prædecessorũ suorũ scriptis colligere potuit in Curiis celebratis in ciuitate Oscę anno Dñi 1247. recitari in publico auditorio fecit, *g* & vt alter Iustinianus sub cõgruentib⁹ titulis collocauit *h*,
13 nõ quod necessaria † esset scriptura; † quia imó, vt antiqui
14 illi Galli Druides leges suas in scriptis redigi nõ sinebãt, sed moribus regebãtur, *i* quod adeó verũ est, vt authoritas, & potestas cõdendi leges, & statuẽdi in Curijs per D. Regẽ, cum consensu quatuor brachiorũ regni, & obligandi, ac constringendi absentes, vt talia statuta seruẽt à cõsuetudine emanauerit. *k* Et ideo Rex Alphonsus † Pri
15 mus in Curiis celebratis in ciuitate Turolij anno 1428. habita præfatione, quod leges regni nõ solum in libris Fororum aderãt: comisit Martino Didaci de Aux Iustitię Aragonũ, vt cũ sex literatis viris, obseruãtias, & vsus regni, quę in variis libris, variè scriptę reperiebantur in
16 vnũ volumẽ redigeret. Ex quib⁹ cõstat † cauẽdũ esse ab his qui sentiũt non esse cõtra Forũ, nisi sit cõtra ius scriptũ, quod oculis corporeis legi possit: *l* & ideo praxis in Aragonia iudicib⁹, & officialib⁹ est maximè necessaria cum alias ex sola librorum lectionę nunquam bene leges regni intelligantur, imò sæpè soleant conturbari.

A Bald. consi. 443. lib. 3. Cardi. Tusc. conclus. consuetudo 806. n. 16. Aymó consil. 238. num. 7.

B 3 politicor. c. 16.

C l. cõtrahitur. ff. de pig.

D Vinius decis. 290. n 5. decis. 221. Cabalca. decis. 13. n 57. p. 3. Onde. consi. 13. n. 12 lib. 1. Bernard. Græbeus ad Gail, p. 1. cõclus. 33. n. 4. & 5.

E glos. in l. actor, 23. versic. cum per rerum natu. trã C. de probatio. Roch. de Curte in repetitio. c. fin. n. 144. & 147. de cõsuet.

F Bald. consil. 430, col. 4 in fin lib. 3. & consi. 318. lib. 2. Aymon. consil. 238. n. 9. & 10

G in proœ. Fororum.

H l. vnica, § quibus specialiter, C. de nouo codice faciendo.

I Ioannes Igneus in repetitio. l. necessarios, §. nõ alias, 2 p. n. 41. & seq. 46. ff. ad Silanian.

k Foro vnico, titu. quod D. Rex possit facere in Curia statuta.

L obseruantia 1. titu. de priuilegio generali, ibi, Tamen non fuit scriptum in Foris. & in proœm. obseruantiar. l. 1 ff. de his quæ in testam. delentur

Et hoc est vnum ex præcipuis capitibus priuilegij generalis huius regni, † vt in eo non sit, nisi solum, forus, 17
consuetudo, vsus, priuilegia, & cartæ donationum, & permutationum, non tamen merum, vel mixtum imperium, *m* hoc est, liberum, & legibus solutum imperium, *n* seu manus regia, *o* quam etiam in Hispania ante leges latas viguisse constat, quę, forus arbitrij dicebatur, cuius meminit Alphonsus *p* Rex Castellę, & alij, *q* Sed nostri Aragonenses, nec magistratuum, nec plebis arbitrio, sed legibus totius populi iudicio latis, subijciuntur: *r* & ideo, ne aliquod magistratibus arbitrium in leges maneret, nostri maiores tam diligenter obseruarunt, standum esse † cartæ *ſ* in hoc regno, & 18
iudicandum secundum quod in ea scriptum est, si non contineat aliquid impossibile, vel contra ius naturale, ita vt, extantibus foris, nec etiam ęquitatis, † & hone- 19
statis specie, liceat ab eorum dispositione recedere: quia sępè nos fallit honestatis species, *t* sicut & misericordiæ, *u* ac fidei seruandæ vinculum. *x* Et ideo Franciscus Marcus *y* dicebat, quod Deus est orandus, vt nos præseruet ab æquitate Parlamenti, & ab expedienti magni consilij: quia (vt inquit Paulus, *z* de bono, & ęquo loquens) in hoc genere plerumque sub authoritate iuris scientiæ, perniciose erratur. Hoc voluerunt nostri, asserentes *a* nec ex causa licere Foros violare: Hoc etiam senserunt populi illi, quos refert Conanus *b*, legatos ad Principem misisse, & ad illum adeuntes rogasse, vt postulata ipsorum audiret, & referret in Prętorio: cognouit, hoc, illos inter cætera postulare, vt ne iudicibus, & Senatui suo liceret, ex ęquo, & bono iudicare. Mirabatur primo Conanus, videbaturque illi iniquis-

M vt in priuileg. generali, versic. item del mero.

† N Petr. Gregor. in sintagma. iur. vniuer. lib. 47. c. 15 n. 18.

O dict. l. 2. in principio vbi glos. manu. & Oros. nume. 3. ff. de origine iur. Conan. lib. 1. comment. iur. ciuil. cap. 7. n. 3. Bereng. Ferdinand. in l. pacta conuenta, num. 24. & 25. ff. de contrahen. emptio. Gratus consi. 10. nume. 13. & 14. volu. 2. Cordoba de Lara in l. si quis à liberis, num. 53. in princip. ff. de liberis agnosce. Asinius in praxi iudiciorum, de modo procedendi in ciuilibus, c. 2. nu. 6. & 7. Anto. Oliban de iur. fisci, c. 4. num. 1.

P in procem. fori Regij, ibi, Entendiendo que la mayor partida de nuestros reynos no huuieron fuero fasta el nuestro tiépo, y juzgauase por façanias, & por albedrios. vbi glos. Montal. verb. Fazanias.

Q in l. 1. Tauri, vbi Burgos de Paz num. 374. & 376.

R vt de ciuibus Romanis dicebat Sigon. de antiqui. iur. ciui. Roman. li. 1 cap. 6. versic. Tertio huic libertatis genus. & versi. Lepidus quidem, pag. 29.

S obseruant. 2. de equo vulnerato, obseruant. Ité iudex, de fid. instrument. post Bald. consil. 427. nume. 9. lib. 5. Crauet. de antiquita. tempor. par. 1. sectio. quid in libro, nu. 25. Bereta consil. 75. num. 22

Simon de Prætis lib. 1. interpreta. 1. dubitatio. 2. solut. 4. num. 9. tradit noster Ludouic. de Casanate, insignis causarum aduocatus in cons. pro D. Garcia de Funes, & Villalpando super Baronia de Quinto à nume. 572. cum sequen. T l. possessor, ff. de petitio. hæredit. V l. si hominem, 7. ff depositi.

X l 5. §. fin. ff. de captiuis, Et apud sacrā paginā est optimū exēplū Matth. c. 14. & Mar. c. 6. & Iudicū c. 11. in fin. & alia, quæ tradit Forcatu. in l. omnes populi, n. 4. ff. de iust. & iur. Y q. 13. refert Anto. Sola in constitu. Sabaud. 2. p. tit. de modo & forma supplicandi, glos. 2. num. 6.

Z in l si seruum, 91. § sequitur, ff. de verborum obligatio.

A §. item que como fuero. vers. A este capitol, in declarat. priuileg. genera. vbi noster Bardaxi, Molin. in report. verb. Fori Aragonū. Canc. var. resol. 3. p. c. 3. n. 52. & seq. B lib. 1. cōmen. iur. ciui. c. 11. n. 7. p. 69.

C in 4.

quissimum, quod contra æquitatem petebant, post, re intellecta cognouit, hoc eos velle, vt patrijs institutis di stringeretur omnium iudiciorum licentia, ne cuiquam fas esset, æquitatis specie, vim, auctoritatemq; legum constitutarum eludere, cum (vt dicebat Plato,) *c* paratum se interitum illi Reipub. videre, in qua lex non imperaret Principi, & Magistratibus: & ita intelligenda
20 est † constitutio *d* Cathaloniæ prohibens causas ex æqui
21 tate decidi. Ex quibus intelligitur forus nostri Regni, † disponens non esse in Aragonia merum imperium, seu manum Regiam, hoc est, officium iudicis nobile, vn de vulgatum dictum à nostris passim in ore circumfer-
22 tur, Aragonenses non † habere regulariter clamum de manu Regis; *e* quia cum (vt supra diximus) ex consilio Philosophi *f* voluerint, quam pauciss ima in arbitrium iudicum conferre, ideo iurisdictioni quam pauciss ima commisserunt, sed obligationi, quia ex iurisdictione ori tur officiũ iudicis, & ex obligatione nascitur actio, *g* quę loco manus Regiæ fuit introducta. *h* Sed officium iudi-
23 cis † duplex est, mercenarium, quod deseruit actioni, vel accusationi; & nobile, quod per se stat, & nulli seruit, vel famulatur, vt quando Iudex procedit per viam Inquisitionis: *i* nam si verum esset, quod Bartholus, *K* & alij docuerunt, officium, quod deseruit accusationi, esse nobile, etiam daretur in Aragonia officium Iudicis nobile, cum in eo, hoc sensu, sit merum imperium: sed
24 dicimus non esse merum † imperium, quia regulariter *l* non adest iurisdictio, quæ alicui succurrat officio Iudi-
25 cis nobili, *m* vt est restitutio † minorum, vel absentium causa Reipub. quã Prætor læsis solebat impartiri, *n* quibus in Aragonia pingius, & vberius succurritur cum ip so foro seruentur illęsi. *o* Nam si addas cum Bart. vel per

C In 4. de repub. Tiber. Decian. tract. crimina. lib. 2. cap. 30. nu. 7.

D Bald. cons. 9. nu. 3. vol. 1. Hiero. Gabri. cons. 116 n. 44. vol. 1. Fontan. de pactis dota. clauſ. 4. glo. 18. p. 1. num. 119. & 120. fol. 266. col. 4. & p. 2. nu. 88. & 89. fol. 281. col. 1.

E Schol. ad d. § Item de mero. Molin. in reportor. verb. clamum.

F Lib. 1. rethor. cap. 4. refert Casanate vbi sup. nu. 173. & Federicus Scotus lib. 1. respons. 35. num. 13 & in comment. ad l. 1. nu. 30. ff. si cert. petatur.

G Ita Bald. in cap. quia nonnulli. nu. 3. de reseri. vbi allegat Bart. in l. 1. nu. 6 de condict. ex lege.

H Bart. in l. frater à fratre, nu. 12. ff. de condict. indebit. & in l. ex hoc iure, num. 13. vbi Paul nu. 32. & Orosc 68. ff. de iusti. & iur. cum concordãt. per Cordubam de Lara, vbi supra nu. 55.

I § primerament, que Inquisicion, in declaratione priuil generale.

K In l. Imperium, nu. 6 sequitur Salicet. & Alexan. num. 17. ff. de iurisdict. omni iudic. sed à Bart. recedit ibi Ias. nu. 17. vbi optime declarat Calefact n. 101. 197. & 198. & Curt. Iunior, nu. 102. Fontanel. d. clausula 4. glos. 14. nu. 35. & 36. fol 223. col. 4. Fachine. controuers. iuris lib. 9. cap. 95.

L Quia in aliquibus casibus fallit, de quibus per Molin. in report. verb. officium iudicis.

M I placet, ibi ex officio suo, C. de pedan. iudi. iuncta l. 1. in prin. ff. de officio eius, & l. ea quæ, 25. ff. ad municipa.

N Vt in l. 1. & toto titu. de in integr. restitut. & in l. 1. & toto titu. de minoribus. & toto tit. ex quibus caus. maiores, Caldas. Pereyra in comment. ad l. si curatorem habens, verb. implorare, C. de restitutione in integrum.

O Molin. in report. fororum, verb. Absens causa reipublicę, vbi eius Additionator Portol. & verb. Minor, obseru. fin. tit. de priuilegio absentium, obseruan. vnica, tit. de contract. minorum, & in foris eodem tit. & obseruan. vnica, tit de priuileg. minorum.

per accusationem, adhuc dicemus reperiri merum publicam, & mixtum imperium, priuatam vtilitatem respiciens, quia actio † ab obligatione, proueniente ex consensu, procedit, siue ille explicetur verbis, vt instipulatione, siue re ipsa, vt in mutuo; siue facto, vt in tutellis, negotijs gestis, aditione hereditatis, & in omnibus quasi contractibus, aut literis, aut literarum obligatione, at tamen aliquando sine consensu contrahitur obligatio, *p* vt in hærede necessario, lege ipsa, atquè ita accusatio † ab obligatione proueniens, non ex consensu, sed re ipsa, ex delicto oritur, quia delinquens non consentit, vt aliqui voluerunt, *q* in pœnã, sed delinquendo tribuit iustam causam iudici, vt eum suo officio, ab accusatore implorato, puniat, non nobili, sed mercenario, quod tã actioni, quam accusationi deseruit. Quare in Aragonia † omnia, secundum foros, vsus, consuetudines, & priuilegia Regni, ad instantiamq; partis legitimę, cuius principaliter interest, debent expediri: *r* quia in hoc Regno non est in consideratione interesse secundarium, à nostris Doctoribus passim consideratum, illis tantum casibus exceptis, in quibus particularibus fororum dispositionibus est cautum, quod, vltra partem principaliter lęsam, habeat quoquè ius agendi procurator fiscalis † Domini nostri Regis, *s* à quo vnus † tantum constui potest, *t* qui si principaliter, & de per se agere velit non alibi, quam in curia D. Iustitiæ Aragonum agere est permissum, non tamen est ei prohibitum in processu corã quocũque alio iudice Regni á parte legitima cepto se oponere, & interesse suum in eo prosequi, vel Procurator † astrictus, ab vnaquaquè Vniuersitate, seu Barone creatus, *u* vel etiam, in multis, † quilibet de populo, *x* & procu-

26 27 28 29 30 31 32

P l. 1. & 2. l. obligamur, 52. ff. de obligatio. & actio.

Q l ex maleficio. 4. ff. de obligat. & actio. Pinel in authent. nisi tricenale, nu. 32. C. de bon mater.

R Obseruan. sed si domino Regi. 5. tit. de gener. priuil. obseruan. Item in publico. 4. obseruan. Item in criminalibus, 8. tit. de homicid.

S Molin. verb. procurator fiscalis, obseru. 2 & d. obseruan sed si domino Regi, de generalib priuileg. for. 2. tit. de procurat. fisci.

T For. 2. tit. de procurat. fisci, & ibi Bardaxi fol. 217. Molin. d. verb procurator fiscalis, vers procuratores plures, & verbo Rex, ver. D. Rex salua sua clementia, pag. 293. col. 1 & ibi Portol. num. 76. & 77.

V Toro tit. de procurat. astrictis, & tit. en que casos el procurador astricto es obligado a hazer parte, & in foro nouo Tirasone, tit. de la via priuilegiada.

X Vt in for. 3 tit de lenonibus. & in d. obseruant Item in criminibus. for. vnico de veneratione corporis Christi, for. 1. ad fin. de prælatur. for. vnico de subsidijs, for. fi. de officio Dipputatorũ, foro. vnico, quod extraneus á Regno foro vnico, de prohibita largitione pecuniæ, foro. vnico de la prohibicion y saca de mulatos, foro vnico de euitanda moneta Barchinon. for. 1. de valore florenorum. Actus curiæ, que los Diputados no puedan recibir dinero por insacular, for. forma de luicion de censales del General, anni 1564 For. de la prohibicion de las caças. for. fin. de exilio Bohem. foro de la facultad de poder acusar los que injurian a los Lugartenientes, for. vt nullus captus extrahatur à Regno, for de los Bohemianos anni 1564 for 2 de prohibit. vini extranei ad fin. for. 2, de generali. priuileg Regni. foro vltim. de offic. Vicecancel. col. 3 foro vnico. de alienigenis ad officia nos admiten. col. 4 for. vlti. de deposito. col. 4. for vnic. de la prohibicion y vieda de las cofradias, for. vnic. de cursu monetæ, col. 3. for 1. de las treguas, col. 4. for. vnico, tit. forma para examinar los testigos. anni 1564 col. 3. foro vnico, tit. orden de las comissiones eiusdem anni col. 3. foro vnico, forma de examinar, foro vnico de offi io de los escriuanos, obseru. 2. de gener. priui. foro vni. tit. de crimine falsi, & in for. de vsuris for. vnic. ti. veda de arcabuzes, anni 1585. & in for. vnico, ti. de la pena de los sedicioso Tirasó. an. 1592.

33 procurator † quatuor *y* brachiorum Regni, in casibus à foro permissis.

34 Secunda causa præcipua † congregandi curias illa est, vt grauati possint in illis suas querellas, rationesque grauaminum (quę vulgo *Greuges* appellantur) ᴢ proponere, quibus propositis, cognitis, probatis, atq; diligenter discussis, si illa in Regiam personam dirigantur, cognoscit Iustitia Aragonum, † ac super illis, de consilio quatuor brachiorum Regni, ius reddit, & sententiam dicit: Si autem Regis personam non tangant, sed alterius cuiuslibet, & consiliũ à Rege, & quatuor brachijs petet, *a* vel alteri illius causę cognitio delegabitur, quod frequẽtius est. Hæc autẽ grauamina † non possunt offerri, si 36 licite, ac iure sibi permisso, præeminentia regali vtens, aliquam rem Dominus Rex expędierit pro suo arbitrio, quia (vt inquit I.C.) *b* non videtur iniurię faciendæ causa facere, qui iure publico vtitur, cum iuris executio nõ habeat iniuriam. Vnde illud vulgare euenit, quod de regalijs Domini Regis non possit in Curia grauamẽ offerri, *c* si enim quę iure potestatis à magistratu fiunt, ad iniuriarum actionem non pertinent, quanto magis, si à Rege, qui est omnium Magistratuum fons, & origo? *d* solum enim permittitur formari grauamen † de iniustitia, 37 & abusu potestatis, si illa in præiudicium, & iniuriam alicuius abutãtur Dominus Rex, vel eius officiales, hoc est, vtantur illicite erga quos non oportet, & quando non oportet, & eo modo, quo non oportet, vel extra fines à Deo, lege, seu natura præscriptos, aut si Foris, obseruantijs, & libertatibus Regni pugnent, non enim minus abuti valet Princeps potestate Regia (vt inquit Petrus Gregorius) *e* quam possessor gladij, quo potest non solum se ipsum, & alios defendere, & sic illo licite vti; sed etiam abutendo offendere, & necare; vnde grauamina, quæ non sunt illata 38 † à Rege, vel eius officialibus, non sunt prosequibilia in Curia, cum ad illa sit Iustitiæ Aragonum, & quinquè eius Locumtenentium, Senatus constitutus, vt mox dicemus. Et ita grauamen oblatum à Sebastiano de Herbas, contra ciuitatem Cæsaraugustæ, in Curijs Montisoni, anni 1564. fuit pronuntiatum *f* non esse prosequibile, quod tanquam illatum à vigintiuiratu nullam iurisdictionem

Y Relati per Molin. in reportor. verb. Dipputati Regni, & ver. procurator Regni.

Z Belluga in specul. rub. 1. num. 6 & rub 9. nu. 24. & rub. 8. num. 4. & 5. vbi Camill. Borrel verb. ne subditi.

A For. 2. tit. de offic. Iust. Arago. foro, Item que el Iusticia de Aragon, tit. priuilegium generale. §. itẽ quod in omnibus. tit. fori editi apud Exeam, Molin. in reportor. verb. Curiæ generales, vers. in Curijs, fol. 79. col. 1, & verb. grauamen, vers. 1. fol. 165. colu. 2 Belluga in speculo, rub. 1. nu. 6. in fin. & rub. 6. num. 6. vers. ex post ad latus sinistrum. Bardaxi in for. priuilegium generale num 25. fol. 31. & in foro vnico, tit. de generali Curia Aragonens. celebran. fol. 25. col. 3. vers. Circa grauamina, & in d for. 2. fol. 112. col. 4. tit. de offi. Iusti. Aragonum.

B In l. iniuriarum 13. §. is qui, & §. quæ iure, ff de iniurijs.

C Iacob. Calicio in extrauagan. Curia. 7. dubio principali. col. 8. vers. expedita. 6 p. fol. 11. & fol. 22 col. 4.

D Glos. Magistratus. in l. 2. ff. de adoptio. l. fin. C. de legib. Prosper. Carauita super ritib. magnę Curiæ ritu. 19. nu. 5.

E Lib. 9. de repub cap. 2. per totum.

F Portol. ad Molin verb Priuilegium. nu 65.

† Nota ad. p. cultg

de 20. M. obtinuit Ciuitas Neticnem: sed imp nibilem potestatem Vindicandi iniuria Ciuitatis

G In simili Budæus in annotatio. ad l. 2. ff. de orig. iur. pag. 25 4. vers. nihilominus.

dictionem habente, sed quandam vindicandi iniurias ciuitati illatas, impunibilem potestatem, & de facto, ac ex abrupto procedendi facultatem. Huius capitis, corpori coniuncti tanta est auctoritas, & opinio, quanta Pithagoræ apud Pithagoricos fuit, ita vt satis sit dicere, Curia ipsa ita censuit, cuius auctoritate res iudicatę, præiudicatæ in omne æuum credũtur, g & beneficia Regia, perpetua, & nunquam antiquabilia redduntur, imo eius decreta, ius, & nomen, ab auctore sumunt, & quandoq; fori, quandoq; actus Curiæ appellantur. *Nota q. prõmiscue nuncupantur fori, aut acta Curiæ, decreta ipsius curiæ Generalis.*

§. Vigesimus.

De origine officij Iustitiæ Aragonum illiusquè iurisdictione, ministerijs, & potestate.

SVMMARIVM.

Recursus datur ad Curiam Iustitiæ Aragonum à quouis Magistratu per viam iurisfirmæ grauaminum factorum.1.

Regum tempore erat Romæ prouocatio ad Tribunos plebis à quouis Magistratu.2.

Iustitia Aragonum si vt priuatus delinquat à sola Curia generali punitur,3.

De capite ciuis Romani sine iussu populi sententiam ferre lege 12. tabularum prohibitum,4.

Iustitia Aragonum & eius Locumtenentes, si in officio deliquerint nouemuirali iudicio per fabas iudicantur.5.

Leges tabellariæ ad iudicium populi pertinebant.6.

Tribunorum plebis coercitio pœnes populum fuit.7.

Quare iste vltimus recursus ad Iustitiam Aragonum dicatur electio iurisfirmæ, & non appellatio.8.

Non datur recursus à sententia Iustitiæ Aragonum in causa grauaminum factorum,9.

Interlocutoria assumit naturam causæ principalis,10.

Interlocutoria in causa criminali est inappellabilis, licet sit præparatoria ad causam appellabilem, & cur remissiue.11.

Iustitia Aragonum non solum reuocat grauamina illata, sed prouidet ne fiant.12.

Iustitiæ Aragonum Magistratus quomodo conueniat cum tribunicia potestate, 13. & 18.

Exemplum elegans. Q. Fabij de recursu ad tribunos plebis.14. & 16.

Dictatoris Romæ quanta esset auctoritas, & potestas.15.

Quare esset prouerbium Romæ bono Tribuno plebis, improbos Magistratus metui non debere.17.

Manifestatio personarum quotuplex sit, & quando spiret, & ad Iustitiam Aragonum priuatiue, vel cumulatiue eius prouisio pertineat.19. & 21.

Clericus exemptus, in tangentibus ad curam animarum, non habetur pro exempto.20.

Manifestatio introducta ad exemplum edicti de libero homine exhibendo.22.

Vassalli seruitutis possunt per manifestationem a Domino vendicari.23.

Pater

Pater & mater possunt filium manifestare ad eius petendam libertatem, 24.
Subditus potest manifestari ab eo cui aliqua de causa subest, 25.
Lis super exemptione à iurisdictione ordinaria, vel subiectione alicuius, confessoria. & negatoria actione solet expediri. 26.
Iustitia Aragonum est Iudex exemptorum, 27.
Iustitia Aragonum respondet Officiali consultanti super dubijs fororũ, & quare ab eius responso recedere non liceat. 28.
Interpretatio passiua fororum à iure communi, & ratione in foro expressa peti potest. 29.
Interpretatio extensiua, & restrictiua cartæ repugnat, & non admittitur in Regno, 30.
Exemplaria rerum iudicatarum in Regia Audientia, vel Curia Iustitiæ Aragonum ad interpretationem iuris dubij multum prosunt. 31.
Regula quod exemplis non iudicandum quomodo intelligatur, 32. & 34.
Non est multum fidendum in exemplaribus quæ causidici solent adducere, & quare, 33.
Iustitiæ Aragonum auctoritas, in quo, antiquorum Prætorum sit inferior, 35.
Iustitia Aragonum punit rebelles Regi, & resistentes Magistratibus, & officiales delinquentes contra forum. 36.
Coram Iustitia Aragonum debet D. Rex agere, & potest ciuiliter conueniri, 37.
Iustitiæ Aragonum quare Prætori à Nerua adiecto comparetur, 38.
Dictum Trayani, eius Perfecto Prætorio, 39.
D. Rex monetur à Iustitia Aragonum leges iuratas seruare, 40.
Auctoritas Magistratus Iustitiæ Aragonum non imminuit Maiestatem in Rege. 41.
Appellatione interposita ad Regem in sua causa iudicem olim delegabat, & an hodie circa hoc sit à foro aliquid innouatum, 42. & 44.
Doctor Hieronymus Chalez socer auctoris laudatur, 43.
Iurisfirmas grauaminum fiendorum prouidet Iustitia Aragonum, & earum ratio. 45.
Firmare de iure quid sit, 46.
Fideiussor in oblatione firmæ datus quare liberetur lata sententia. 47.
Exceptiones à firmante propositæ impediunt executionem paratam casus manifesti. 48.
Repulsio iurisfirmæ quid sit. 49.
Firma iuris in limine executionis bonorum præsentata facit, quod bona relinquat executor pœnes firmantem sub fideiussoribus, 50.
Repulsio iurisfirmæ non impedit firmantem iudicium ordinarium prosequi. 51.
Exceptiones in iurisfirma propositæ mouent Locumtenentes Iustitiæ Aragonum, vt secundum earum naturam inhibeant, 52.
Exceptiones peremptoriæ quæ sint, & de earum effectu. 53.
Exceptiones dilatoriæ aliquando eundem effectum sortiuntur quam peremptoriæ. 54.
Actio, seu executio, quæ iurisfirma exerceri impeditur, facit, quod firma expediatur in forma priuilegiata, vel cum clausula iustificatiua. 55.
Iustitia Aragonum ex concessione iurisfirmæ euocat ad se causam, 56.
Vltra reuocationem, & declarationem iurisfirmæ agitur etiam de eius repulsione, 57.
Firma iuris non repellitur nisi agens ad eius repulsionem ostendat casum manifestũ. 58.
Firmæ possessoriæ dicuntur resolui in citationem, & quod sit cum alijs discrimen, 59.
Possessio quot modis turbari dicatur remissiue, 60.
Inhibitiones ad tuendã possessionem non solum concedit Iustitia Aragonum, sed etiam Iudices ordinari Regni. 61.
Quare sit necessaria firma in inhibitionibus Iustitiæ Aragonum, & non in concessis à iudicibus ordinarijs, 62.
Non debet quis possessionem suã derelinquere, nec ex reo actoris munus sucipere, 63. & 66.
Possessionem suã etiã manu armata defendere quis potest. 64.
Excessus punitur etiã si aliàs factum esset licitum, & permissum. 65.

Ex admissione ad contra firmandum pende t, an quis fractor sit firmæ possessoriæ.67.

Apprehensionis, seu sequestri ratio traditur. 68.

Iudicium summarium possessorium præparatorium est possessorij ordinarij.69.

Appellitus de Tolifortiam conceditur ei qui in summario possessorio obtinuit, 70.

Quis in hoc summario possessorio obtineat, quod articulus litis pendentiæ appellatur apud nos, & apud alios interim, 71.

Vincens in hoc articulo est reus in plenario possessorio, & victus erit actor, 72.

Negligens propositionem offerre in articulo litis pendentiæ non potest obtinere priuilegia te in possessorio plenario.73.

Sententia lata in articulo litis pendentiæ licet sit interlocutoria, & reuocabilis, tamen definitiua iudicatur quoad illum articulum. 74.

In possessorio & petitorio an coram eodem iudice agi oporteat si collitigantes sint diuersi fori, 75.

Clerici in iudicio apprehensionis coram iudice seculari agere possunt, 76.

Apprehensio quid operetur.77.

In possessorio plenario obtinet qui melius probat se possidere, & in summario qui est in possessione.78

Quibus modis dicitur quis probare melius se possidere.79.

Iustitia Aragonum prouidet firmas contra iudices Ecclesiasticos, vel iuendo Regalia, & iurisdictionem Regiam, vel coercendo violentiam.80.

Ex prouisione harũ firmarum, an excommunicationẽ incurrat Iudex, vel libertatem Ecclesiasticam violet.81.

Satisfit argumento Camilli Borrelli.82.

Firmæ istæ contra Ecclesiasticos prouidentur per viam cuiusdam defensionis extraiudicialis ne status tranquillus Regni turbetur, 83.

Istarum firmarum vsus sub diuersis nominibus apud omnia prope Europæ Regna communis, & vsitatus, defenditur multiplici ratione ab auctore.84.

Obiectioni P. Ioannis Azor doctissimi viri respondetur.85.

Manifestatur quis à posse Ecclesiastici non tãquam iudicis, sed priuati vsurpantis iurisdictionem, vel vim inferentis.86.

Iustitia Aragonum suis firmis non solum tuetur auctoritatem Regiam, sed etiam Romani Pont 87.

Conuincitur Hieron. Zeballos iurisfirmas ne appellatione pendente impugnans.88.

Rationes quibus mouetur Iustitia Aragonum ad has firmas concedendas.89.

Quod priuilegio Rom. Pont. concedi potest, hoc consuetudine immemoriali cum fama priuilegij potest acquiri, 90. & 91.

Scientia in Principe ex quibus præsumatur.92.

Priuilegium præsumitur ex tollerantia Roman. Pont. & vsu istarum firmarum à viris religiosissimis, & permissione Catholicorũ Regum 93.

D. Ioannes Pueyo Iustitia Aragonum rescripsit Clementi Octauo pro defensione firmarum.94.

Firmam in omni casu locum habere quid apud nostros significet.95.

Notarij requisiti etiam D. Regi sub pœna priuationis officij tenentur firmas præsentare. 96.

Timenti grauari, an debeat succurri officio Iudicis antequam inferatur molestia.97.

Ioannes Princeps Aragonum firmauit superiure primogenituræ contra patrem, coram Iustitia Aragonum.98.

Firmans debet venire excipiendo defendens ius iam ortum, & formatum.99.

Firmarum prouisio earumq; declaratio, & reuocatio priuatiue ad Curiam Iustitiæ Aragonum pertinet.100.

A sententia super admissione, vel repulsione iurisfirmæ datur appellatio ad Regiam Audientiam.101.

Iustitia Aragonum habet duos lictores, & cur virgarij Portarij, seu Saiones appellentur.102.

Viatores in quo deferant à lictoribus.103.

§. Vi-

§. Vigesimus.

NE in singulis grauaminibus, quæ vel facta dicuntur, vel fieri timẽtur, expectanda esset Curiarum celebratio, quiddã maximus Magistratus, ad instar tribunitię potestatis, cũ initiis regni originẽ sumsisse fertur, [a] qui Iustitia Aragonũ nũcupatur, & â Rege, 1 cuius nomine pręest, nominatur, & eligitur: ad quẽ † à cuiuslibet alterius magistratus, seu iudicis sententia, vel decreto recurritur, [b] per viã iurisfirmę, grauaminũ facto rũ; quẽadmodum † Romæ (etiã Regum tẽpore) à quo- 2 uis magistratu prouocatio ad tribunos, erat concessa: quos, vt antiqui Romani sacrosanctos censuerunt; ita & nos hunc magistratũ Iustitię Aragonum: quem si vt pri 3 uatus † delinquere cõtigerit, [c] sola curia generalis pu- 4 nit, vt de capite † ciuis Romani iniusu populi cẽturiatis comitiis cõgregati sentẽtiam ferri lege duodecim tabularũ [d] erat prohibitũ. Si verò vt magistratus † nouẽ iurali iudicio per fabas, [e] vt quisq; liberius suã sententiã pro 5 ferre possit iudicatur, sed à fabis abstinendũ cũ Pithagora monemus. [f] Istæ leges apud Romanos tabellariæ di 6 ctæ sunt, quasi de suffragiis † per tabellam ferẽdis latæ, 7 quod iudiciũ populare est exẽplo tribunorum plebis; ‡ † 8 quorũ coercitio penes populũ fuit: [g] quẽ † recursum, ne tãti magistratus authoritate, & magnitudine Iustitia Aragonũ elatus, se similẽ altissimo iudicaret, nõ appellationis nomine (licet idẽ sit effectus) sed alio honestiori, electionis iurisfirmæ titulo, maiores cõtegerũt; ex diuersitate nominis * discrimẽ inter vtrũq; recursum denotãtes, quod primus superioritatẽ respectu iudicis à quo, demõstret; iste verò respectu causę & processus: & hinc est, quod à sententia & decreto Regię audiẽtię nõ recurritur ad curiã D. Iustitię Aragonũ per viã appellationis (sicut potest recurri à sentẽtia ordinariorũ inferiorũ) sed per viã electionis iurisfirmę, quæ nõ grauamẽ actiuè à iudice illatũ, vt appellatio, sed passiuè â parte sustẽtum principaliter, respicit; & ideo ex allegatis, deductis, & probatis denouo, sępé in hoc recursu grauamẽ reparatur, cũ secus sit in recursu appellationis, in quo nihil de nouo in

A Ioan. Baseus in chronica Hispaniæ, cap. 22. nume. 839. tom. 1. scriptorum rerum Hispaniarum, fol. 592. Hieronymus de Blancas in comment. rerum Aragone. titu. de magistratus Iustitiæ Aragonum dignitate, fol. 284. Ioan. Marian. in histor. de rebus Hispaniæ, lib. 8. c. 1 pag. 559. in princip. & de Rege & Regis institutione, lib. 1. cap. 8. pag. 88. Hieron. Zurita lib. 1. annal. c. 5. pag. 9. colu. 4. Bardaxi in rubr. tit. de offic. Iust. Aragon. nu. 1. fo. 97. col. 2. Camil. Borrelus in additi. ad Bellugam. rub. 6 sub num. 6. verb. Iustitia Aragonum. & de Regis catholici præstantia, cap. 46 n. 54. Sesse in suo tract. inhibitio. & magistrat. Iust. Arago. c. 1. § 1. n. 9. & seq.

B for. quotiescũq; for. querẽtes, tit. de firmis iuris. Mol. in repor. verb. firma. vers. firma factorũ. Ferrer in sua metho. iudicia. f. 86 pag. 2. Barda in cõmen. ad rub. tit. de offic. Iust. Arago. fo. 109. col. 2. in princ. & ad for. 17. fol. 121.

C For. 3. tit. de offic. Iustitię Aragonum.

D Azor 1. p. instit. moral. c. 63. pag. 613. D.

E For. las quales, 15. titu. forus inquisitionis, nũcto foro nouo Tirasonę, tit. Forma de la enquesta dela Corte del Iusticia de Aragon; quem potuit videre Herrera, ne falsa referret. pag 124.

F Oña en las postrimerias del hombre, 1. p. c. 1. discurso 4. p. 13.

G Alex. ab Alex. lib. 5. c. 2 Ianus Langle. ocij semestris, lib. 7. c. 5. in princ.

* l. si idẽ, C. de codicillis

Aragonia deduci poteſt. In hoc recurſu electionis iuris firmę, Iuſtitia Aragonum ita eſt iudex peculiaris, priuati uè ad alios, vt ſuper grauaminibus † propoſitis recepta, vel repulſa iurisfirma, nullus ad aliquē aliū magiſtratū, nec etiā ad dominū Regē, detur recurſus. *h* Quod etiā fuit ſępè pronūciatū, procedere in qualibet interlocutoria prædicti proceſus: cum hoc priuilegiū nō ſolum fauore curię D. Iuſtitię Aragonum ſit conceſſum, ſed etiam cauſę, & proceſus, vnde ſequitur interlocutoriam, acceſſoriam † cauſę principali inappellabili; eſſe etiam inappellabilem, & naturam, & qualitatem cauſæ principalis aſſumere, *i* quemadmodum in cauſis criminalibus, † quæ ſua natura inappellabiles ſunt, licet â diffinitiua, condemnatoria mortis, vel mutilationis membri appellari poſſit; tamen ab interlocutoria, quamuis magni præiudicij, ad ſententiam appellabilem præparatoria, appellare non poterit. Et vtroque caſu, ſi aliquis appellauerit, ſolet iudex appellationi non deferre, ſed ea non obſtante tanquam friuola ad vlteriora procedere: non ſolum autem iſte Iuſtitię Aragonum magiſtratus retractat, nulliter, & iniuſte facta, grauaminaque illata † reuocat, *k* ſed ne fiant tuetur ſubditos. Vnde rectè tribunitiæ poteſtati † hanc noſtri magiſtratus comparauimus, cum ius tribunitię poteſtatis, magis ad impediendum eſſet, quàm ad agendum, *l* illaque in auxilij latione, & coercendo per interceſſionem cæteros magiſtratus conſiſteret, cuius interceſſionis vis (quæ nihil aliud eſt quàm oppoſitio) *m* ſumma ſemper in Republica fuit, quàm qui perturbabat, quaſi maieſtatis leſæ reus tenebatur. *n* Sed quia hæc interceſſio ſæpè in pares, vel maiores magiſtratus fiebat, non cogere, vel imperare, ſed intercedere dicebatur; qui enim cogit, & imperat, perſonę obſtat: qui intercedit

9 10 11 12 13

H Bardaxi in comment. ad rubric. de officio Iuſtit. Aragon. fol. 109. colum. 2. in principio. & ad for. 17. eiuſdem titu. Ferrer in Methodo, fol. 121 Seſſe de inhibitio. cap. 3. § 6. num. 4. fol. 218. & deciſ. 77. nume. 32. & ſequen.

I Lancelot. de attentatis, par. 3. cap. 28. nu. 131. ex Clementi. Diſpendioſam, de iudic. Decius in cap. paſtoralis, nu. 4. poſt med. de appellatio. Menochi. de adipiſcend. remedio 4. num. 841. Surdus conſil. 277. á num. 23. Turret. conſil. 2. num. 18. & ſequen. par. 2. Moli. verb. appellatio, fol. 19. colum. 4. in fin. & fol. 20. col. 1. Bardaxi de officio Iuſtitię Aragonum, fol. 109. col. 1. in fin. & colu. 2. in princi. late & eleganter plures ex antiquis foriſtis allegat collega noſter Auguſtin. Morlanes in reſpōſo pro hæredibus D. Martinæ dō Lope à num. 82. cum plurib. ſequentibus. * Et fuit deciſum in menſe Septēbris 1580. in proceſu tutorum Dioniſiæ de Embum, & per me & collegas in proceſu Thomæ Fort.

k Bardaxi de officio Gubernator, quæſtio. 5. nume. 146. & in commentar. ad priuileg. generale Aragon. fol. 38. nume. 37. colum. 4. Ferrer in methodo procedendi. titu. de appellationis proceſu, fol. 86. p. 2 verſic. In Aragonia.

L Plutarchus in vita Catonis Vticenſis tom. 3. pag. 174. Hieronimus Zurita lib. 10. annal. in vita Regis Petri Quarti capi. 37. fol. 386. colum. 3. & 4. Barnabas Briſonius de formulis & ſolemnibus populi Roma. verbis, lib. 2. pag. 302. in fin. verſic. reſtat vt de tribunis. & pag. 303. verſic. auxilium vero tribunorum. & ſequen. Anton. Auguſtin. en ſus medallas, dialog. 4. pag. 152. & ſeq. 156.

M Budæus in prioribus annotatio. in pandectas, pag. 217. verſic. eſt autem interceſsio, Lugduni 1546.

N Petrus Erodius rerum iudicat. lib. 2. tit. 1. cap. 3.

14 cedit rei, *o* de qua re † extat elegans exemplum apud Liuium, *p* cum Q. Fabius Maximus Rutilianus feliciter pugnasset aduersus Sānites, absente L. Papirio dictatore, magnamq;, ac memorabilē victoriā reportasset, preco iussu
15 dictatoris, cui⁹ virgas, † & secures, etiā magistros equitū (qui secūdā post eum potestatē gerebāt) tremere, atq; horrere solitos *q* fuisse legitur: cui & Cōsules regia potestate fulgētes parebāt, & reliqui magistratus subijciebātur, & obe diebāt pręter tribunos plebis, nō quia maiores essent tribuni, potestate: sed quia ad tēperandā eorū potestatem,
16 & acerbitatē imperij, oppositi. Is Q. Fabium, † magistrū equitū citauit; is ad tribunal accessit, ibiq; à dictatore, post solēnes interrogationes, & responsiones quod cōtra imperiū dictatoris, ipso incōsulto, manus cum hoste conseruisset, morte dānauit: *r* orta pene in exercitu seditione, qui Q. Fabio fauebat, cum quo ipsi victoriam reportauerāt se interposuit, vt L. Papirius dictator à sententia discederet, sic etiā interceſſerunt legati, apud eum existentes, qui aliud obtinere nequiuerunt, nisi vt in sequentem diem executio differretur, iussusque magister equitum, vt postero die adesset, timens autem dictatoris iram exarsuram magis, clam è castris se subducens, Romam profugit, quem prosequutus dictator, & ibidē illum morte damnatum conclamauit, & prehendi iussit, pro dictatoris imperio conseruando (cuius in Vrbe Romana summum ius, ac plane regia potestas, sine prouocatione fuit) Senatus illum rogauit, vt pœnam oblteraret. Populus itidem, ob præclarū victoriæ facinus ac etiam, ob merita Fabij patris, qui ter Cōsul, & iterum dictator fuerat, nec ab opinione sua discedere voluit. Fabius pater vidēs, quod nec authoritas Senatus, nec preces populi apud ipsum valerēt, tribunos plebis, vt intercessionē interponerent, appellauit, qua cōcessa dictator dixit, nō noxę eximitur Q. Fabius, qui cōtra dictū Imperatoris pugnauit, sed noxæ dānatus ab eo, à quo prouocatio nō est, tribunicię potestati, precariū nō iustū auxi-
17 liū ferēti donatur. Vndē prouerbiū Romæ † passim dicebatur, bono tribuno plebis improbos magistrat⁹ metui nō debere: cū ab eo omnis vis & iniuria arceretur, cū ad ei⁹ authoritatē pertineret, ſ potētię magistratū resistere,

O ex Tacito, lib. 13. annal. Petrus Erodius vbi supra lib. 2. titu. 9. cap. 13. pag. 81. ad medium,

P lib. 8. Plinius Cæcilius de viris illustribus, capi. 31. & 32. Eutropius rerum Roman. lib. 2. cap. 2. Valer. Maximus lib. 2. c. 2. Iulius Frontin. stratagemat. lib. 4. cap. 1. Borrell. de Regis catholici præstantia, cap. 39. num. 33. & 34. Ianus Langleus semestrium, lib. 11. c 2. pa, 686. pluribus exornans. & Anton. Augustin. vbi supra.

Q Ianus Langle. semestr. lib. 7. cap. 5. pag. 339. C. Vvelfangus Lazius in cōment. Reipub. Rom. lib. 2 cap. 10. in princip. p. 204. Petr. Gregor. syntagmat. iuris, lib. 6. cap. 8. & lib. 19 cap. 18 & lib. 47. cap. 18. in princip.

R l. desertorem, §. in bello, ff. de re militari. Molinoster verb. Capitaneus. versic. Capitaneus qui in in bello non seruauit mādatum. Cremensis singula. 151, Tiraquel. de pœnis tempe. in præfatio. n. 37: & causa 52. Pinellus in rubri. de bonis matern. 2. p num. 35. Menchaca conttouers. illustr. cap. 5. n. 8: Cagnolus in l. 2. nu 103. de origine iuris.

S Stephanus Vinādus Pighius in annalibus magistratuum populi Romani; lib. 2. de tribunicia potestate, pag. 91. & 92. Petrus Erodius lib. 2. tit. 13. ff. de officio Tribuni plebis, capi. 1: Cicero in oratione pro Cluentio.

nimiamque eorum licentiam coercere, supplicem à iudicio liberare, vel à Prætore damnatum defendere, à vinculis, implorati, appellatique poterant, ac non solum priuatum, sed Consulem in rostra vocari iusserunt. Hinc præsides, custodesque libertatis, se iactare consueuerunt, eorumque domos interdiu, noctuque patere omnibus, tanquam Aræ semper accessibiles, afflicto rumque portus, vel asyla, v[illegible] præsidium periclitantium. In quibus omnibus † recte iste noster Iustitiæ Aragonum magistratus, tribunoplebis correspon- 18
det, cum si res sit dubia huius magistratus intercessione modesta, potiusquàm seditione turbida componenda sit: nam si in persona timeat aliquis esse grauandum, † tuetur eum manifestatione, t si à posse iudicis priuatiué ad alios, 19
quæ vel simpliciter concedi solet, & hæc, lata forali sententia ipso iure spirat. u Si verò fundata in aliqua qualitate, vt putà nullitatis processus, vel sententię, exemptionis, nobilitatis, clericatus, dominij vassallorum, vel simili non spirat ipso iure, sed cum summaria causę cognitione, sententia locumtenentis tollitur. x Quod etiam procedit quando contra simpliciter manifestatum est lata sententia in vim statutorum; quia manifestatio irę & præcipitationi opponitur, ne sine culpę cognitione, & ex abrupto procedatur. Sed si à posse priuatarum personarum quis manifestari se petat ad finem disceptandi, cuius sit iurisdictio in persona manifestata; ad solam curiam Iustitię Aragonum spectat, neque ab eius sententia de restituenda, vel non restituenda persona manifestata iudici ecclesiastico, appellari potest: vt fuit sæpè decissum in curia D. Iustitiæ Aragonum, præcipue anno 1582. cum Ioannes Martin, Clericus ordinis sancti Ioannis Hyerosolymitani, in loco de Samper de Calanda, Curam animarũ gereret, isque ob aliquas culpas, circa administrationem curę, à D. Andræa Santos, meritissimo Archiepiscopo Cæsaraugustano fuisset carceri mãcipatus, & die 1. Martij fuit manifestatus; & tãdem nõ obstãte exceptione allegata, fuit mandatũ restitui dicto Archiepiscopo: quia quãuis aliàs esset exẽptus, † tamen ex 20
dispositione Conc. Tridentini, y in ijs, quæ ad Curã animarũ pertinẽt, non habetur pro exẽpto: & constito de qualitate, circumferente iurisdictionẽ iudicis ecclesiastici, mãdatur ei restitui, nec admittetur ad ~ * appellãdũ:

quando

T Bardaxi de offic. Gubernato. in criminali, c. 16 num. 7. & 8. & in comment. ad rubr. de manifestatio. personarum, n. 1. & seq. p. 383. Hiero. de Blãc. de magistratu Iustit. Aragon, potestate, fol. 350. Portoles in schol. ad Molin. verb. manifestatio, nume. 98. Ludouic. Martinez in respons. pro regno 1. p. nu. 154. Sesse de inhibitione, c. 1. §. 2. n. 2. cum seq.

V Sesse post Bardaxi de inhibitio. c. 1. §. 2. n. 74.

X Sesse vbi proxime nume. 67.

Y Sessio. 25. de reformatio. c. 11.

Z * Ita pronunciatum in curia D. Iustitiæ Aragonum in processu D. Annæ Cabrero die 17. Mãij 1571 & die 15. Decẽbris 1580. in processu Dominici Beliostas necnon Ioãnis Fernãdez. & die 5. Iulij 1566 in processu Michaelis Sacristan & Francisci Farlã. & die 26. Aprilis 1577. in processu Michaelis Nauarro & Ioannis dela Nauassa sup. manifestatione, & per Ioannem Ximenez de Aragues 2. April. 1542 & die 24. Aprilis 1582. in processu Magni magistri, necnõ Ioannis Martin super manifestatione.

quando vero † non intuitu iurisdictionis, cumulatiuè cum cæteris omnibus
21 magistratibus, & iudicibus ordinariis regni, Iustitia Aragonũ manifestationes prouidet; & tunc si persona manifestata, vel sexu sit fragilis, vel ętate imbecillis, iudex manifestans debet paternũ officiũ exercere, & personę manifestatę vtilia cõsulere, nõ cõstringẽdo, sed suauiter monẽdo, hocq; faciẽs iudex libertati manifestationis cõsulẽs suo muneri satisfeciſſe iudicarẽ: quod manifestationis iudicium, cum actio ad exhibendũ sit, appellatione nõ suspenditur, *a* cum fuerit inductũ hoc remedium, † ad similitudinem edicti Prætoris, de libero ho-
22 mine exhibẽdo, quod noster I. C. Vlpianus *b* recẽsuit, tuendę libertatis causa fuisse propositũ, ne liberi homines à quoquã retineãtur, aut nimis seuerè, & pręcipitanter, vel clam, & occultè quid ad versus eos violẽter exequatur, aut fiat: cum pœna dilata exigi possit, exacta nõ possit reuocari. Et ideo Imperator statuit, *c* sentẽtię criminalis executionẽ per triginta dies suspendi, post quos pręsumitur iram cessare, *d* quod iam antea Romę obseruabatur, vt suplicij dãnatorũ executio, in tricessimũ diẽ differretur. * *e* Ex quibus infertur, quod cum vassalli †
23 seruitutis, Baronũ nostri regni, nõ sint plene liberi, respectu suorũ dominorũ, ab eorum manu, & potestate manifestari nequeãt, quod si de facto manifestati fuerint, post quàm constiterit eos vassallos seruitutis esse, instãte domino, adeum remissio, *f* (quę alias fieri nõ deberet) *g* erit faciẽda; quinimò hac qualitate adiecta, poterũt vassalli seruitutis, si à quoquam detineãtur, manifestari: nõ solũ si detineãtur violenter, sed etiã si volẽter, quia licèt illi, qui plene liberi sunt, nõ possint, si apud aliquẽ volẽtes manserint, inuiti manifestari, *h* tamẽ isti, qui nõ sunt plene liberi, & quib⁹ nõ est libera recedẽdi facultas, *i* possunt à dominis eorũ, ratione potestatis dominicę, pro iure seruitutis, quod in eis habẽt, à posse cuiuscũq; tertij, eos detinẽtis, causa adiecta, & cognita, quia suus vassallus seruitutis est, vendicãdo manifestari. *k* Quod idẽ admittitur † in patre respectu filij, ratione patrię potestatis *l*,
24 quã, licèt mater nõ habeat, tamen & illa quoq; ratione pietatis, & fauore libertatis admittetur, non ad vẽdicandum filium (vt falsó Accursius noster est hallucinatus)

A Maranta in speculo, 6. p. de appellatio. n. 320.
B l. 1 ff. de libero homine exhibendo.
C l. si vẽdicari, C de pœnis, c cum apud Thessalonicam, 11 q. 3. Orozco de Couar. lib. 2. emblem. 32. Afsini. in praxi iudicior. de senten. executio §. 31. c. 2 limita. 11. Petr. Erod. rerum iudicatarum lib. 1. tit. 5. de Episcopali Audiẽtia, c 18.
D Lucas de Pena in l. omnes omnino, colu. 1. in fin. C. de decurio. Deci. in l. quicquid calore, n. 9. ff. de reg iur. Farin. q. 91. nume. 37.
* ex Quintil. Ianus Langleus semestriũ. lib. 11. c. 2 pag. 680.
E Seneca 2. de ira, c. 23. Aymon. cosil 2. in fin.
F Moli. in repor. verb. manifestatio, versic. manifestatus per curiã Iustitiæ Aragonũ. Vt fuit practicatũ perme, & collegas in processu Annæ del Pex super manifestatione.
G ex ratione Camil Borrel. ad Bellu. rubr. 11. §. x quo prędiximus. verb. Remissiones. vers. nono limita. H l. 3 §. si quis volẽtẽ, ff de libero homine exhibẽdo.
I l 2. ff. eodẽ.
k l. 1 § per hãc, vbi glo. vẽdicare posse, & ibi Bart. n. 1. & Alberi. n. 4. & seq. & in rubr. n. 6. & 7. ff. de rei vẽdi. Cabe. decis. 196. n. 21. p. Brison. de formul. li. 5 p. 487. vers. erar & in vsu quotidiano.
L l. si filius famil. cum sequen. ff. de furtis.

tus m) sed ad eius petēdā libertatē: n & idē dicendū est in cæteris omnibus, † quib⁹ in aliquos aliquod ius seruitutis, 25
potestatis, subiectionis, vel obediētiæ cōpetit, vt in Abbate erga monachū: in Episcopo erga Clericū: in marito erga vxorē: in domino erga colonum, censitum, vel adscriptitiū: in Barone erga vassallum: & in Ciuitate erga
ciuem. Quod si qualitates prædictæ, † ex quibus subesse cōstat, ab illis negentur, aget aduersus illos dominus, 26
seu Baro, pater, Abbas, maritus, Episcopus, & ciuitas actione præiudiciali vtili in rem, vt declaretur eius vassallus, filius, vxor, monachus, clericus, ciuis, & ipsi tribuetur vtilis cōtraria: licèt multi his casibus cōfessoriā, & negatoriā dari exist imēt, non solum prædictis personis, sed etiā iudici aduersus eum, quem subditū prætēdit; & subdito, qui exemptū ab alicuius iurisdictione, & potestate se iactat. Sed coram Iustitia Aragonum, hæc causa tractanda erit, qui iudex peculiaris † exemptorum o est, & 27
non habentium in regno superiorem.

Huius magistratus authoritas nō solum ad prędicta se extendit, sed etiā dubiis super Foris regni emergētibus, 28
† à Rege, vel eius officialibus cōsultus, respōdit, p vt olim I. Consulti, qui authoritatem q respōdendi receperunt ab habente supremā potestatem, à cuius responsis recedere non licet: nō quod eius curia suprema sit, (vt noster Portoles annuit r) sed quia vice supremę curiæ in his cōsulit, vt de Senatu dicebat Iustinianus, s vel verius dici potest esse Prætorē, qui authoritatem habet adiuuandi, & interpretandi ius commune Aragonum, interpretatione declaratoria ad dubium, quod ex verbis fororum ambiguis resultet: quæ passiuè † à iure communi peti solet, t quod intellige, si ius commune 29
non

M glos. in l. penulti. verbo, In rem matri, ff. de fideicommi. libertat.
N d. l. 3. versic. Pietas, ff. de liber. homin. exhiben. Pinel. 2. par. rubr. num. 6. & 7. C. de bon. mater.
O Moli. verb. Iustitia Aragonum. versic. Item, iustitia Aragonum est iudex in causis exemptorum, folio 202. colu. 3. & versic. Die 1. Decembris, fo. 204 colum. 2. vbi Portol. nume. 16. Sesse de inhibitio. ca. 8. § 2. num. 17. pa. § 70. quibus adde B. Græueum in additio. ad Gatl. concluſ. 30. Hieronym. Zeuallos in speculo opinion. commun tom 4. quæst. 1. aliàs 897. num. 616. pagi 136. colu. 2. Belluga in speculo, rubri. 11 §. videdum. vbi Camillus Borrellus verb. Exempti. & verbo, Probemus & de Reg. catholic. præstan. cap. 71. num. 6. Petr. Cenedo 1. p. collecta. 37. n. 3. & in quæstionib. practic. q. 45. n. 10
P For. 1. & 2. tit. quod in dubiis non crassis, obserua. fin. tit. quod assignatio. obseruant. 3. tit. de priuileg. generali. Moli. in repert. verb. Consultatio. vers. 1. & verb Fori Aragonum. verfic. Fororū dubia. & verb Iustitia Aragonum versic. Iustitia Aragonū tenetur. Bardaxi in rubr. de offic. Iustitiæ Aragonū. fo. 99 col. 3. versic. in eo vero.
Q § responsa prudentū, Institu. de iur. natural. l. 2 §. post hunc, & § primus diuus, ff. de orig. iur. Alex. ab Alexan. dier. genial. lib. 6. c. 23. vers. Respōsa denique. pag. 907. Conan. lib. 1 cōmen. c. 11. Duarē. lib. 2 disputatio. c. 38.
R in verb. Iustitia Aragonū, n. 10. in verb. Fori Aragonū, n. 7.
S in § Senatusconsultū. Institu. de iur. naturali.
T l. 1. § lex Falcidia, ff. ad l. Falcid. Barr. in l. omnes populi, n. 65. in versic. vltimo & Crotus n. 294. ff. de iusti. & iur. & ibi cōmuniter DD. & in l. si serui vestri, C. de noxal. & in l. si vero, §. de viro, ff. solu. matri. Mascar. de generali statu interpretatione, cōclu. 1. n. 1. & seq. 77. 236. 249. & 250. Paris. consi. 16. n. 51. lib. 3 Cepha. consi. 533. n. 33. lib. 4. Ruin. cōsi. 15. num. 1. li. 2. Alexan. consi. 50 n. 12. & cōsi. 80. n. 5. versi. Et ita declaratur, lib. 11. Rolā. cōsi. 34 n. 46. lib. 4. Curt. Iun. cōsi. 7. n. 8. Menoch. cōsil. 5. n. 23. li. 1. Osas. decis. 21. n. 15. Brun. ad statutū fœmina. excluſ 5. art. princi. q. 29. n. 21. & 22. Deci. in c. trāslato, n. 40. de cōstitut. & Feli. in proœ. decretal. num. 22. Hortēs. Cabalca. de brachio regio. par. 4. á num. 380. cum seq.

non sit irregulare ex aliqua speciali, seu particulari causa inductum, „ vel verbis, aut rationi alicuius fori aperte pugnaret, x à qua etiam fori interpretantur, siue illa sit expressa in foro, siue vnica tantum assignari possit. y Quia tunc casus ille, super quo est dubium, potest sub foro esse comprehensum declarari: cum interpretatio extensiua, † vel restrictiua, quæ cartæ, & foro repugnet, 30 in Regno non admittatur; z nam hæc soli Domino Regi cum Curia concessa est, quibus leges condendi est potestas. a Et hoc sensu procedit, quod vulgo dicitur, quod eius est interpretari, cuius est condere, b quæ interpretatio à Curia Iustitiæ Aragonum facta, tanquam forus, sequenda est in decisionibus causarum, & non solent esse tales declarationes minoris auctoritatis, quam ipsi fori: c Imo talis interpretatio necessaria dicitur, quę ex iurisdictione, & prœeminentia dicti Iustitiæ Aragonum profluit, & sententiæ huius † supremi tribunalis, 31 sicut & Regiæ Audientiæ solent, pro exemplis, ad decisionem aliarum causarum passim à causidicis adduci, & negari nequit, quin maxima sit rei, ita pluries apud suprema tribunalia iudicatæ, auctoritas, pro interpretatione iuris dubij: d quod licet (vt inquit I. C. Paulus) e semper certum sit, tamen ex nostra ignorantia quid iudicandum sit dubitatur: cum aut super eo casu, de quo contendimus, iure nihil statutum reperiatur, aut, si statutū est, dubia sit illius interpretatio, ad supremorum tribunalium decisiones recurrimus, f & cessat regula, 32 quod † exemplis iudicandum non sit, g quando pluries in supremis tribunalibus, ita iudicatum reperitur, non translaticiè, vt inquit noster I. C. h sed re per dies maturata, cum librorum reuolutione, & matura consideratione, ac studio. Sed quia, † parua facti mutatione, 33 totum ius mutatur, ita vt vix reperiatur vnus casus, qui per omnia alteri adęquetur, & exemplare, quod non claudicet, non est multum, nisi omnibus circunstantijs animad-

V Iasso. in d. l omnes populi, num. 53. & Sanct. Seuerin. in eius repetitione n. 203. Cephal. cons. 536. n. 9. lib. 4. Socin. cons. 89. nu. 18. lib. 4. Ruin. consil. 37. nu. 13. & cons. 94. nu. 5. lib. 3.

X Decian. resp. 32. nu. 9. lib. 2. Roland. à Valle consil. 55. nu. 6. lib. 1. Cephal. cons. 561. nu. 8 lib. 4. Decius cons. 5. nu. 2. Calcan. cons. 11. num. 33. Ruin. cō sil. 32. nu. 12. lib. 3.

Y Molin. verb. fori Aragonum extenduntur. fol. 156. col. 1. vbi Portol. Riminal cons. 4. nu. 7. & seq. vol. 1. Socin. Iun. cons. 1. nu. 9. 12. & 53. p. 1. Paris. de resignatione lib. 5. q. 4. num. 10. Fernandus Rebellus de obligat. iustitiæ 1 p. lib. 1. q. 6. sect. 4. pag. 47. nu. 19. & seq.

Z Obseruan. 1. de equo vulnerato Molin. in verb. extensio, & verb. fori Aragonum non recipiunt, & latius infra dicemus

A l. nam vt ait, ff. de legi. l. 1. C. eodē, Cancer. vari. resolutio 3. par. cap. 3. numer. 61. & seq.

B l. si. C. de legib. l. in ambiguis, ff. de regul. iur.

C Molin. in d. verb. fororum dubia.

D l. filius in princ. ibi sic inueni Senatum censuisse ff. de falsis. Afflict. decis. 45. num. 4 & 96. nu. 11. & 383. num. 8. Mer. och. cons. 400. nu. 65. Peregr. cons. 91. nu. 29. Cabedo, 1. p. decis. 212. nu. 7. Gama decis. 33. nu. 2. ad fin. & decis. 174. num. 10. & 228. per tot. Vincentius de Franchis decis. 81. nu. 2. p. 1.

E l. sed & si restituatur. §. fin. ff. de iudic.

F Cap. in causis. vers. cum

in similibus, de re iudic. l. nam Imperator, ff. de legib.

G l. nemo. 13. C. de sentent. & interlocutio. omni. iudic. cui adde Gramat. decis. 228. Ianus Langleus semestrium, lib. 7. cap. 3. pag. 310. l. sed licet, ff. de officio præsid. & quæ tradit Cicero. philip. 9.

H l. 1. ff. de iure patronatus.

animaduersis,& consideratis,in exemplaribus fidendũ: vt faciunt aliqui causidici (quos S.Cyprianus *i* callidos argumentatores,& iurisperitos fallaces appellat) qui si viderint,contra aliquod eorum exemplar, forsam tali negotio inconuenies,& non omnino adęquatum sententiam ferri,aduersus Iudices excandescunt, suosquè clientes suadent,& stimulantur,vt iudices denuntiationibus,seu acusationibus persequantur,suam(si verum fateri volumus)causã,quia quod superest radere cupiunt, non suorum clientum agentes. Quia licet † exempla 34
rerum aliquoties ita iudicatarum nos aliquantulũ moueant, *k* non tamen ita illis alligari debẽt iudices,quod non præualeant apud eos fori, leges & ęquitas scripta, vel in capitibus prudentum traditione maiorum reposita,& inconcussa praxi Regni obseruata. At tamen † nõ 35
est illi facultas Regni ius(sicut antiquis Prætorib⁹ Romanis)corrigendi,& emẽdandi,& ideo,quod ipse consultus respondit,nec nouum ius inducit,nec antiquũ mutat, sed declarat. *l* Competit etiam † eidem peculiariter iurisdictio in resistentes,& rebelles mandatis Regis; 36
eumquè offendentes, iniuriamuè aliquam irrogantes, etiam in personam suorũ officialiũ, ad instantiã procur. fiscalis punit: *m* quod si officiales Regij cõtra forũ deliquerint, vel contra ius, & iustitiam subditos grauauerint,poterunt etiam coram eodem, ad instantiam partis lęsæ,vel procuratoris quatuor brachiorum Regni,in eodem Iustitiæ Aragonum tribunali accusari, & criminaliter puniri: & in † eodem tribunali tantum est permis- 37
sum,quod Dominus Rex possit,in persona procuratoris fiscalis,& agere,& ciuiliter conueniri: *o* qua ratione † Prætori à Nerua adiecto,vt inter fiscum, & priuatos 38
iudicaret, merito potest iste Magistratus comparari *p*: quasi ei dixerit † Dominus Rex, quod Trayanus *q* eius 39
Præfecto Prętorio dicere solebat, *Accipe hunc ensem,& siquidem recte,atque ê Republica imperauero pro me: sin secus contra me vtere:* Non quod subditis facultas eum accusandi

I In lib. de singularitate Clericorum.
k l cum de in rem verso, ff. de usuris,l.nonnunquã, ff ad Trebellia. l.1.§ hoc autem,ff. ad Silanian. l.1. §.si coheredis, ff. ad leg. falcid.
L Glos.in c.fin. verb.respondemus, de verb. sign. & in cap.consuluit.de tẽpor.ordina.Crotus in l.si is qui pro emptore,n.186 ff.de vsucap.
M Obseruant.sed si Dño Regi.6.tit.de genera.priuileg.
N For.1.de accusatio.cõtra official.for.querientes de offic.Cancellari.
O For.vnic. tit. de in ius vocando.obseruan. Item de omnibus,de priuil.milit.fol.26.obseruan. Item in Aragonia,tit.interpretatio,qualit.& in quibus, fol 30.for.licet, titul. de procurat fisci.Molin.ver. Iustitia Aragonum,est Iudex competens, fol.202. col.1.& verb.Rex Aragonum, vers. Dominus Rex si litigat,fol.294 vbi Portol. Bardaxi in comment. ad priuil. generale Aragonum,nu.37. fol.38.col.4. quibus adde Bald. in l.2. num.8 C de sentent. quæ sine certa quantitate, & Paul.in l.si constante.§ finum fin.ff.solut.matrim.
P l.2.ff.de orig.iur.
Q Ex Plin.Iunio.in panegyrico tradit Rosinus antiquit.Roman.lib.7. cap. 33.in fin.Petr. Gregor.in sintagma iur. lib.47. cap. 18.num.3.Alexan.ab Alexan.dierum genial.lib 4. cap.23 Ludou. Martinez in responso pro Regno, nu.179.Conradus in templo iudic.lib.1.c.1. §.4. vers. dignitatum gradus, n.4.Matheac.in sua apologia & Petr. Ribadeneyra, en la institucion del Principe Christiano,lib.2.cap.5 pag.297,Ioan.Chokier,in thesaur. aphorism. lib.2.cap.2. exemplo 9. pag.71.& d.lib.2.cap.1.exemplo 9.pag.68.

sandi concedatur, sed tantum forma humiliter, ac reuerenter renittendi sit tributa, nam licet Rex molestus nõ sit, miserrimum tamen dicebant maiores nostri, posse, si vellet: r ideoquè hunc Magistratum † creauerunt, qui illum ad leges seruandas moneret, iudicantes quod, sicut beatissimum est in principatu à nemine cogi, ita miserrimum à nullo suaderi, & Rex noster, Theopompum imitatus, cuius supra meminimus, libentissime humili suæ creaturæ se submittit, s vt quasi quibusdam fidei, & iuramẽti aculeis, ad leges seruandas cõstringatur, quod à maiestate † illius alienum fuisse, non est quod quisquã existimet, nam cui (vt inquit Plinius) t nihil ad augendum fastigium, supereſt, hic vno modo crescere potest, si se ipse submittat, securus magnitudinis suæ, & tunc (vt inquit Baldus u de Imperatore loquens) potius iudicio diuino, quam humano se submittit, sed ne leges; proprij commodi intuitu, aliquando illum transgressurum aliquis putaret, statuit, † quod si aliqua causa, in qua ipse esset actor, vel reus, ad eum, tanquam ad supremum Principem, interposita appellatione deuoluererur, licet coram eo, vbi potestas non esset lege restricta, agi posset; x tamen noluit per se ipsum de illa cognoscere, sed per iudicem, quem ad eam delegabat: y non quod credam ex hoc, illa lege, impositam fuisse Regi necessitatẽ delegandi, sed tantum eius potestatem demonstrasse, qua vsus Philippus Rex, ac Dominus noster nominauit in commissarium, in causa domus de Antença, dominum meum, & vxoris meæ patrem D. Hieronymũ Chalez, z † qui quã plurimis annis eiusdem Iustitiæ Aragonum Locumtenens, ac Consiliarius in Regia Audientia criminali exiltens, adeò se æquum in iure redendo præbuit, vt summa gratia, maximisquè beneficijs, tam à Philippo patre, quam filio fuerit affectus, & ornatus, qui migrauit ad cœlum, die 30. Martij anni 1605. cuius locum ego nunc indignus occupo. Quod fieri posse etiam hodie, † existente dispositione forali Caroli Quinti, a Respondeꝛ

40 41 42 43 44

R Hieron. de Blancas in comment. rerum Aragon. tit. de Magistratus Iustitiæ Arago. dignitate, pag. 286. in fin. Zurita tom. 1. annal. lib. 2. c. 64. fol. 103 col. 1. vers. Y se fue cada dia.

S l. est receptum, vbi Doctores, ff. de iurisdictione omn. iudic.

T In panegyri. ad Traiã. Ianus Langleus lib. 7. semestri. c. 17. pag 463.

V In c. pastoralis, § quia vero, nu. 3. de officio delegati.

X l. proxime, ff de his quę in testa. delentur. l. & hoc Tiberius, ff. de hæredibus, instituẽ. Dec. Ias. & alij in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdict. omn. iud Alexã. in l. est receptum. ff. eod. tit. Dec. Abb. & alij, in c. cum venissent, & in cap. nouit. de iudic. Bald. in l. exemplo. ad fin. C. de probatio. Conradus in templ. omn. iudic. lib. 1. cap. 1. §. 4. vers. 10.

Y Obseruan. Item in Aragonia, tit. interpretationes qualiter, & in quibus obseru. Item de omnibus causis, tit. de priuil. milit. for. vnic tit actus Curiæ, super redditibus regalib. ad fin. facit for. licet, de procurat. fisci. Corsetus de potest. Regia. 4. p. q. 44. nu. 7. post Bald. in d. l. est receptum, nu. 2. & Paul. in d. l. proxime, nu. 4. Conradus vbi sup. num. 2. glos. actor. in c. si quis contra. vbi Abb. & Aretin. nu. 17 de for. comp. glos. & Abb. in d. cap. cum venissent, n. 6. facit. l. prætor. 17. ff. de iurisdict. omn. iudic.

* Z Et Regens Marzilla in causa Baroniæ de Ayerue, & Bartholomeus Diez in causa Castellaniæ de Amposta, qui suę virtutis, & eruditionis hęredes, & successores reliquit Bartholomeum & Petrum ex fratre nepotes acutissimos nostri Regni Iurecõsultos.

A Sub tit. que las causas de appellacion no puedan ser cometidas a juez delegado, vbi Bardaxi. pagina 226. & 427.

ponderunt omnes Consiliarij Regiæ Audientiæ, die 19 Maij anni 1574. Ex eo quod, † licet rubrica sit adeo ge 45
neralis, tamen nigrum se restringit ad appellationes, in causis priuatorum, non vero Regis, vel eius fisci, in quibus specialis lex stabat: *b* & quoties lex noua generalis est, & correctoria, distinguēda est per legem antiquam. *c* Sed à sententia collegarum recessit Seruetus de Aniñon, asserens rubricam generalem, quæ dispositiue loquitur & orationem perfectam continet facere legem generalem, *d* cuius sententiam secuti fuerunt Locumtenentes Iustitiæ Aragonum in prouisione cuiusdam iurisfirmæ. *e*

Vltimo iste summus Iustitię Aragonum Magistratus, † si subditi ab aliquo iudice Ecclesiastico, vel seculari, 46
vel á qualibet alia priuata persona, contra foros, & iusti tiam, non solum si in persona, sed etiam si in honore, vel rebus, siue iuribus grauari timeant, nomine Regiæ maiestatis quasdam inhibitiones concedit, quas nostri iurisfirmas, grauaminū fiendorū, appellāt, quia qui eas obtinet, firmat de iure coram Iustitia Aragonum, hoc est, vt ita dicam, fideiussoribus præstitis assecurat iudicium, qui in Regnis Castellæ appellātur fideiussores de la haz, *f* cum nihil aliud sit † firmare de iure, quam assecurare iudicium. *g* Et licet multiplex sit cautio, *h* & videatur, † quod non solum assecurat, de iudicio sisti, sed de iudi 47
cato soluendo; *i* tamen praxi receptum est, fideiussorem, in firma oblatum, solum esse fideiussorem, iudicio sisti, propter suspicionem fugæ, vt reus securum faciat iudicium, ne eius fuga elusorium reddatur. *K* Vnde lata sententia, siue illa sit condemnatoria, siue absolutoria, talē fideiussorem liberari, receptū est, *l* quamuis multi, talem

B Late Hiero. Gabr. consil. 12. num. 4. & seq. vol. 1 Bursat. cons. 76. n. 31. vol. 1. Medicis in tract. de legib. p. 2. q. 10. pag. 147. Gerard. de Petra sancta. singulari. 7. pag. 548. Horat. Carpanus in lucubratio. ad statuta Mediolani, 2. par. cap. 173. num. 13. & 16.

C Tex. iuncta glos. in authen. offeratur, C. de litis contestatio. Ioan. de amicis cons. 11. nu. 20. Imol. in l. si vero. §. de viro, ff. solut matrim.

D Alexan. cons. 109. n. 4. vol. 5. & cons. 6. num. 3. vol. 7. Burs. cons. 12. nu. 16. & cons. 212. num. 9. in 2. Iaf. in rub. de actio. num. 17. Medic. vbi supra num. 4. & seq. Alderanus Mascard. de generali statutorum interpretatio, cō clus. 2. nu. 197. & seq. Crabeta cons. 61. nu. 1. Decius cons. 527. num 11. Beroi. cons. 51. nu. 2. vol 2. Bertazol. cons criminal. 35. num. 1. lib. 1. Natta cons. 282. nu. 10. vol. 2.

E* D. Hugonis de Vrries die 9. Iunij 1574. & omnes concordes, die 6. Martij 1576. in processu D. Annæ de Veyntemilla.

F Roder. Suarez ad l. 2. tit. de los emplazamientos, vers. vlterius nota. n. 18. ibi allegans in termino legitimas exceptiones Gutierrez practica lib. 1. q. 132 nn. 3. & 4.

G §. sin autem, ibi solemni stipulatione firmare in stitu. de satisdatio. Noster Molin. verb. firma, vers. firma iuris vnde habuit originem. fol. 154. col. 4. Sesse de inhibitio. cap. 2. §. 5. nu. 12. Fontanella de pact. dotalibus. claus. 4. glos. 15. num. 129. 132. & 133. fol. 24.

H Lælius Zanchus de priuil. Eccles. pag. 114. á num. 16. cum seq.

I Moscatellus in pract. fideiussor. par. 1. modo. 13.

K Maranta in speculo p. 6. tit. de satisdatione num. 2. DD. communiter in l. sciendum, ff. qui satisdare cogan. l. si prætor. 75. de iudic. l. vltim. ff. ne quid in loco publi.

L Anto. Heringius in tract. de fideiussorib. c. 20. §. 19. nu. 9. per tex. in l. Græcę. §. & post litem, ff. de fideiussor. alijs relatis Menoch. cons. 212. num. 20. vol. 3. facit tex. iuncta glos. in §. sancimus. in authen. de exhibendis reis, ibi sola personali fideiussione. & ibi Accurs. vers. cautione iuditio sisti.

talem fideiussorem iudicio sisti, magis principalem, quã fideiussorem dici debere, asserant. *m* Vnde, hac cautione assecurato iudicio, firmans obtinet inhibitionem à Curia D. Iustitiæ Aragonum, ne contra forum grauetur, quæ in Castella vocatur à pragmaticis, *Carta de amparo.** Sed † quia eodem foro *n* cauetur vt firma nõ impediat executionẽ casus manifesti qualis est omnis obligatio instrumẽtalis, ideo proponũtur exceptiones, *o* quę impediant executionem paratam, quam habebat illud debitum manifestum, donec firma fuerit repulsa, quod nihil † aliud est, quam declarare fore procedendum ad vlteriora in executione, non obstantibus exceptionibus allegatis per reum in iurisfirma, quas amplius opponere non possit; & hoc est, quod nostri Foristę asserunt *p*, repulsa vna firma cęteras omnes repulsas censeri. Sed aduertendum est, † quod hodie *q* indistincte præsentatione iurisfirmæ facta, siue ab eo contra quem decreta est executio, siue à tertio, bona inuentariantur, & sub idoneis fideiussoribus firmanti conceduntur, quibus nõ oblatis pœnes curiam remanent: Quod si fuerit admissa, † non ex hoc impedietur, *r* is contra quem fuit firma concessa, agere in iudicio ordinario auduersus fimã tem: sed si vellit † firmans in casu particulari decretum inhibitionis obtinere, in Curia D. Iustitiæ Aragonũ opponit, & probat exceptiones, excluſiuas intẽtioniseorũ, à quibus grauari timet, quas iustas iudicãs Iustitia Arago. seu eius Locũtenẽs, suã interponit auctoritatẽ & officiũ impartitur, *s* inhibendo, ne firmantẽ contra ius, & foros Regni grauent, quasi declarans, talem exceptionem

48

49

50

51

52

M Luc. de Pena in l. quis decurio. nu. 15. C. de decurio. lib. 10. probat Alexan. in l. 2. §. si quis. n. 5. ff. qui satisdare cogan. Heringius vbi sup. c. 16. num. 23. & seq.

* Montalu. in l. 5. tit. 18 lib. 3. fori legum, Didacus Perez lib. 3. ordinat. l. 1. pag. 589. vers. hinc deducitur.

N §. Item demandan asi en criminal. tit. priulegiũ generale, obseru. Item si quis, tit. interpretationes qualiter, & in quibus, fol. 23. obseru. de foro. fol. 13 tit. de fideiussoribus, obseruan. Item in debito de rerum testatione, fol. 3. for. de volũtad de la cort ibi, à demostrar de caso manifiesto, tit. de firmis iuris. Esse de inhibitio. c. 2. § 3. nu. 25. & seq.

O Molin. in reportor. forum, verb. Manifestum, colu. 1. fol. 221. vbi eius additionator Portol. nu. 1 cum trib. seq. & verb. emparamentum, vers. die 4. Augusti. fol. 115. & verbo firma iuris, vers. quidam vocatus talis de torgon. fol. 145. & verbo liquidatio, col. 1. fol. 110.

P Molin. verb. firma, vers. firma vna repulsa. Esse d. §. 3. nu. 37. & seq.

Q For. vnico, tit. que los officiales y executores no obstantes las firmas, &c. anni 1564. for. vnic. tit. de la firma de tercero; anni 1592.

R D. Esse in suo tract. de inhibitio. cap. 2. §. 3. num. 7. & seq. 17. cum seq.

S Anto. Oliban. de iur. fisci. cap. 4. num. 10. l. si contendat. vbi Paul. post Bart. ff. de fideiussor. iuncta l diffamari. C. de ingenuis manumiss. sed quæ inter hæc duo iura sit differentia, Couar. variar. lib. 1. cap. 18. à num. 3. quibus addendi Anto. Gom. in l. 40. Taur. num. 79. Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 32. nu. 1. & seq. Gabriel lib. 2. comun. conclus. tit. de actio. conclus. 6. Sarmient. selectar. lib. 1. c. 2. & lib. 7. c. 6. Salcedo in additio. ad pract. Bernar. Diez cap. 6. verb. statuere terminum F. Andreas Gail. lib. 1. obsernat. 9. cum quatuor seq. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. c. 14. nu. 22. & seq licet isti in casu actionis intentatæ agant, nos vero quando per viam exceptionis officium iudicis imploratur. l. Aurelius. §. centum, vbi Bart. ff. de liberat. legat. l. si res obligata. ff. de lega. 1. l. si pater, C. qui bonis cede. possunt. Idem Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum, num. 18. ff. pro socio. Bald. in l. 3. nu. 3. C. qui bon. cedere possunt. Socin. cons. 94. num. 4. & 6. cum seq. vol. 3. Ronchegalius Gioldus in repet. rub. de duobus reis, nu. 33. late & eleganter Didacus Perez lib. 3. ordina. tit. 8. l. 1. glos. defensiones perjudicales per tot. sed præsertim á vers. ad quartum dubium, pag. 588. cum seq. Esse decis. 115. per totum. par. 2.

nem, in iurisfirma propositam, firmanti competere, ad actionem, quam iam actor in iudicio deduxerat, vel deducendam timet, extinguendam, & perimendam, vel saltim elidendam, secundum propositę exceptionis naturam: " Nam quædam sunt † exceptiones impedientes litis ingressum, & vocantur litis finitę, & actionē perimunt, vt sunt illę quatuor ab obseruantia nostri Regni enumeratę videlicet rei iudicatę transactionis diffinimenti, & pacti de non petendo, ex quibus, & alijs similibus vt puta solutionis instrumento probatæ, vel alterius scripturæ habentis vim instrumenti, compensationis debiti liquidi, remissionis delicti à parte factę, vel eius legitimę, & foralis præscriptionis non solum impedientur processus ordinarij, sed etiam priuilegiati quales sunt apprehensionis, & manifestationis ac inuentarij, necnon etiam processus criminales. Alię vero sunt exceptiones † dilatoriæ, vel per modum dilatorię propositę, quæ licet impediant executionem rigidam, non tamen impedient litis ingressum, nec iudiciū ordinariū, nisi propositæ sint contra aliquē in vim perēptoriæ, vt est exceptio partis non legitimæ, adimplemēti non sequti, & similiū quę nō omnino perimūt, sed illius aduersus quē fuerunt propositę actionem elidūt. Quibus propositis exceprionibus, & à parte corā Locūten. Iustitię Arago. probatis, obtinet inhibitionē ab eo, modò in forma † priuilegiata; si quē inhibere intendit, priuilegiatam habeat executionem, vt sunt censualia, sententia arbitralis laudata, condēnatio voluntaria, comandę, albarana mercatorū, vel iura regalia, processus criminales certi, vel cum clausula iustificatiua, si tales actus sint, qui non priuilegiatā, sed tantum paratā habeant executionem, vt instrumentū locationis, obligatio instrumentalis, vel ad impediendum iudicium, ratione in competentię iurisdictionis fuerit obtenta, & tunc inhibitus illa clausula vocatur, & excitatur, quod agat ad illius reuocationē, vel declarationē ex deductis in eadem firma, & hoc corā Iustitia Aragonū, qui hunc † habet modum ad se euocandi causas, vel ad eius † repulsionem; agens, *Iudicium purum postulans*, vt inquit Cicero, [x] ostendens se habere contra exceptiones à firmāte propositas casum † manifestū, ex instrumēto liquido, & cōfessione partis resultātē, quē vt inquiūt foristę sola vna scintilla turbat, & offuscat: [y] ita vt eo casu firma nō repellatur, imo in dubio propter eius priuilegiū sit recipiēda. [z] Nō tamē desinet esse cas⁹ manifest⁹ etiā si instrumēto sit testibus corroboratum. [a] Quod si firma sit possessoria † agere pote-

53 54 55 56 57 58 59

T Iacobus Cancer, vari. resolut 3.par.cap.1.n.54 & seq.l.1. §. sunt qui putent, ibi, vt prætor ex causa estimet an hanc actionem dare debeat, ff. ne quid in flumine publi.l.1 §.labeo, ff.de flumi. l.si vnus, §.pactus, ff.de pact.l. si inter, §.1. ff.de pigno.l. si is cui commodata, ff.de furtis.l.vlt.ff.ex quib.cau. maiores.

V Obseruan.vsus Regni, tit.de pignorib. explicat eleganter D. Sesse in d. suo tract. de inhibitio. c. 2.§.4.à n.23.37.43.&44

X Lib. 2. de inuentione Brisonius de formulis li.5 pag.449.vers. nunc ad exceptiones.

Y Molin.in d.verb. Manifestū.Port. &alij sup.rela.

Z Obseruan.penult.titu. de pignoribus, obser. Ité fiEpiscopus de foro com.

A Ex traditis á Bart. & alijs in l.certi condictio. §.quoniam, ff.si cert.pet. Hipolit.in rub. de proba. nu.43.Aluar. Velascus de iur.emphi.q.7.n.34.*fuit decisum in curia D. Iust. Arag.die 28. Iulij 1576. in procel. Francisci Castelblāc super iurisfirma.

rit quis ad contrafirmandum in qua, talis clauſula in citationem reſoluitur *b* hoc ſenſu, quod aliæ omnino obtemperandæ ſunt, iſtis autem, contrafirma oblata, poterit contrafirmans ſuo periculo contrauenire, & ſuã poſſeſſionem rerum, & iurium deductorum defendere, ne in ea turbetur; quod viginti & duobus † modis contin
60 gere poſſe, tradit Sebaſtianus de Medicis, *c* & hanc poſ
61 ſeſsionis turbationem, † non ſolum defendit Iuſtitia Aragonum aduerſus priuatos, nitentes ſua poſſeſsione priuare firmantem, ſed cumulatiuè cum eo, quilibet alius regni iudex competens, ad quem, is quj turbari timet, recurrere deſtinauerit, inhibitionem cõcedit, ne ſua poſ
62 ſeſsione quis turbetur; attamen firma † non eſt neceſſaria, Iuſtitia veró Aragonũ nõ aliter inhibet quàm firmãdo corã eo quia per firmam ad ſe euocat iuriſdictionem in cauſis ſingulariũ regni, quam aliàs nõ habet, *d* cum
63 magna iniuria inferatur † ei, qui in ſua poſſeſsione turbatur, & pati non debet quis, commodo poſſeſsionis, & rei fauore priuari, *e* cum maximum ſit. Qua de cauſa, ſæpè partes cõtendentes ſuper hoc, ad arma veniebant, & vnusquiſq; eorum enſem, quo ſuã poſſeſsionem, & priuilegium rei, paratus erat defendere, loco libelli offerebat; *f* & ideo æquum fuit, ne hæc fierent, ad iudicem recurrere, coram quo de iure ſuo firmãs ſuper poſſeſsione inhibitionem obtinet, *g* ne quis eum in ſua poſſeſsione turbet, aut moleſtet, cum ipſe iam firmauerit, paratũ eſſe iuri ſtare, cautionemq; de iudicio ſiſti obtulerit. Quod ſi vterq; ſe poſsidere, & rei fauore frui debere cõtẽdat, & ſuper hoc cõtrariã iurisfirmã obtulerit, pote
64 rit ſuã poſſeſsionẽ, † etiã manu armata, & amicis accerſitis tueri, *h* quãdo enim alicui permittitur, aliquid impunè facere, intelligitur permiſſum illud facere, cõuocatis amicis

B obſeruant. 1. tit. de citatio. obſeruant. item nota, quod vbi vnus. titu. de fideiuſ. Plotus de in lit iuran. §. 3. num 33. & ſeq. Queo. Rebuf. in conſtitut. Galli. tom. 3. pag. 255. nume. 41. & ſeq. Moli. verb. firma, verſic. firma ſuper poſſeſsione, ſi eſt oblata, fol. 147. Ferrer in metho do rub. de firmis poſſeſſoriis, fol. 32. Seſſe de inhibitio. c. 2. §. 2. num. 9. pagi. 134. Moli. in repor. fororum, verb. firma iuris in dubio, fol. 143. colu. 4. in princ. vbi Portoles à nume. 4. cum 7. ſeq. ex regul. non poteſt dolo carere, vbi Deci, & cagnol. ff. de reg. iur. Aymon conſi. 193 nume. 2. Plotus vbi ſupra, numero 49. folio 29. Menochi. de arbitrariis, caſu 338. n. 15.

C ad l. fin. ff. de legibus, tracta. de acquirend. domin. verb. aut in conſeruando, gloſ. 2. par. 2. nume. 77. Seſſe deciſio. 220 2. p.

D Seſſe de inhibitio. in anacephaleoſi, num. 130. & 131. & cap. 2. §. 4. n. 34. pag. 190. Enric. à Roſental. tom. 2 controuerſ. feudal. cap. 10. concluſ. 41. nume. 139. & 142. pagi. 197.

E l. fauorabiliores, ff. de regul. iur. §. commodum, Inſtitu. de interdict. Ripa in cap. ſæpe, num. 2. de reſtitutione, Cotta in memorabilib. verb. poſſeſsionis commoda, Contardus in l. vnica, 1. ratio decidendi, num. 32. remiſsiue, C. ſi de momentanea, Barbac. conſi. 23. n. 22. lib. 1.

F Bald. in l. quiſquis. n. 3. C. quorum appellatio. non recipiantur. Ruin. conſi. 28. n. 4 li. 4. eleganter & late totam hanc materiam differens D. Seſſe de inhibit. o. c. 6. §. 1. pag. 511. & ſeq.

G for. vnico, titu. de firmis iur. ſuper poſſeſsione, obſeruant. Item nota, cum duabus ſequentibus, titu. de fideiuſſor. Moli, verb. Firma, verſic. Iurisfirmarum iudicium poſſeſſorium, fol. 154. col. 3.

H Aymon conſi 4. n. 7. Bertrand. conſi. 200. n. 11. lib. 3. Caſaneo in cõſuetu. Burgun. rubr. 13. n. 5. Viuius deciſ. 226. n. 10. Portol. in §. ganatum, n. 20. Cancer variar. reſolutio. lib. 2. cap. 20. & lib. 3. cap. 4. num 79. Henricus à Roſent. tom. 2. controuer. feudal. cap. 10. concluſ. 41. num. 137. & 149. pag. 197. & 198. & facit text. in l. cum fundum, ff. de vi, & vi armata.

Rex pro regimine politico cuiusque vniuersitatis per suum Commissarium tribuit leges particulares, 12.

An possit D. Rex disposita in Foris regni adiuuare suo edicto, vel banno, 13.

D. Rex an possit in Aragonia aliquid prohibere banno, vel edicto, 14. & 16.

D. Gaston de Moncada Marchio Aytonæ laudatur, 15.

Ciuitates, & vniuersitates regni possunt statuere pro earum bono regimine, ita vt etiã Infantiones, & aliàs exempti comprehendantur, 17.

Causa ob quam fuit denuntiatus Hieronymus Chalez, & à Rege ad officium restitutus, 18.

Maioria Regis Aragonum non est alicui alteri Principi postponenda, nec Imperatori subjicitur, 19.

Multi Principes Imperatori non subsunt nõ solum de facto, sed nec etiam de iure, 20.

Cauendum à Carolo de Grasalis, 21.

Aragonia est citerioris Hispaniæ pars, 22.

Cæsaraugustæ fuit conuentus iuridicus tempore Romanorum, & Coloniæ immunis populi Romani, 23.

Hispania citerior à Romanis in tres prouincias distributa, 24.

Reges Aragonum an aliquando fuerint feudatarij Regis Castellæ; & quomodo in hoc possint contrariæ sententiæ concordari, 25.

Leges nullæ admittuntur in Aragonia præter Foros regni, 26.

Foris deficiẽtibus, ad naturalem sensum est recurrendum, 27.

Quid sit æquitas, & in quo diferat à consuetudine, 28.

In Aragonia æquior opinio sequenda, licet alia sit magis communis, 29.

In Aragonia æquitas iuris canonici præfertur rigori iuris ciuilis, 30.

Iudices ecclesiastici deficiente dispositione iuris canonici, potius ad Foros regni, quam ad ius commune Romanorum recurrere debent, 31.

Priuilegium l. bene à Zenone, C. de quadriet. præscript. non habet locum in Aragonia, 32.

§. Vigesimus primus.

QVamuis lege regia populus Principi, & in Principem omne † suum imperium, & potestatem contulerit, tamen hoc intelligendum est secundùm naturam principatus, quæ ad meram ciuium, non autem ipsius Principis vtilitatem respicit: ita vt pro subditorum vtilitate, omnis potestas à populo translata intelligatur, quæ necessaria fuerit ad constituendum vnum summum Principem; & supremum caput politicum in Republica; [a] quo sensu † in Aragonia adest merum imperium, hoc est supremum, & maius, ac in suo esse perfectum, [b] ita vt in Rege nostro reperiantur omnia ea, quæ cuique Monarchæ iure Principatus competunt. Sed audio aduersus hanc doctrinam statim opponi, cõtradicere Monarchiæ solum Principem leges nõ ferre, ac legibus latis (sicut Lacędemoniorũ Reges) ligari. Sed Respondeo, non esse cur ex hoc † minorem maiestatem, potestatemvè in nostris Regibus Aragonum admittamus, quam in cæteris totius orbis, quibus ius plenum condendi leges tributum est, ita vt quod illis placuerit, legis habet vigorem: cum hoc intelligi † debeat cũ Isidoro, [c] si tale placitum, inter alia, secundum naturam, patriæque consuetudinem emanauerit, loco, tẽporique conueniat, & pro communi ciuium vtilitate, sit conscriptum; ita vt talem legem seruare, potius quam nõ seruare, vtilius, & salutarius omnibus videatur, quod D. Augustinus [d] significans dixit, firmari leges, cum moribus vtentium approbantur. Non enim voluntas Principis, & quod eidem placuerit simpliciter est lex [e]; sed si placuerit, vt bono viro, atque eius voluntas regulata sit ratione, consuetudinique patrię conueniat, ac legi regię [f] non contradicat; nam vt inquit Aluarez Guerrero, [g] posse Episcopos Roman. Pontifici reuerenter contradicere, dicendo: Sancte Pater, lex ista à te lata non conuenit consuetudini regionis nostræ: quod & nos dicere possemus Regibus nostris, si vellẽt leges generales in regno ferre, nisi in curiis, eius mandato

1

2

3

4

A Ferdinandus Vasquius controuers. illustr. lib. 1. c. 43. n. 1. & 2. Petr. Greg. de Repub. li. 10. c. 7. n. 17.

B Fabius Optinellus ex Cicero. in repetitio. l. imperium, num. 246. ff. de iurisdicti. omni. iudic.

C c. erit autem lex, 4. distinct. exornat relati á Spino in specu. testam. 1. par. glos. rubr. n. 33. Rebuf. in præc. ll. Gallica. tom. 1. à n. 16. cum seq. D. Tho. 2. 2 q. 90. cum sequé. Marta de iurisdict. 1. p. c. 38. n. 23. & seq. Leli. Zechi. de Principe. li. 2. c. 1. n. 9. vers. Bonis præterea. p. 292. & 295.

D in c. in istis, §. leges, 4. distin. l. de quibus, ibi, Nã cum ipsæ leges nulla ex alia causa nos teneãt quã quod iudicio populi receptæ sint, ff. de legib. Benedict. in cap. Raynutius, verb. Et vxoré. n. 231. Couartu. lib. 2. variarũ, c. 16. n. 6. versic. Quinto. Domin. Soto de iust. & iure, lib. 1. q. 1. art. 4. Cæpol. cõsil. crimin. 13. per tot.

E Mẽtal. in for. regio, li. 3 tit. 6. delas herécias, l. fin. glos. fin. fol. 149. col. 1. versic. Ad tertiũ. Isern. in tit. Capitan. qui curiã vendidit, nu. 29. Rebuf. in concorda. in rub. de regia facult. glos. quod Principi, pag. 806. & seq.

F cuius quinq; capita, seu fragmẽta referũtur à Hierony. de Blãcas in cõmentar. rerũ Arago. tit. de antiquo iure, p. 25. & 26 Zurita li. 1. histo. c. 5. Beute. 2. p. histo. c. 6. & Garibay li. 21 c. fin. Ambros. Moral. li. 13 ca. 2. Princeps D. Carolus in histo. Nauarrę, lib. 1. capi. 11. Didac. Morlanes in resp. pro regno, n. 237. & 303. & Ludoui. Martinez n. 74.

G in specu. iur. c. 13. n. 2.

mandato congregatis, ac de cõsensu maioris partis quatuor brachiorũ regni, ibi existẽtium, & totum populum Aragonensem representantium: aliter enim latæ leges non conuenient consuetudini regionis nostrę, in qua hoc consuetudine receptum est, & lege regia stabilitum, vt de antiquis Cãtabris refert Gutierrez, *h* & de Gothorum Regibus Villadiego: *i* inde legem dixit I. C. *K esse commune præceptum, virorum prudentum consultum, sponsionemq; cõmunem Reipublicæ*; atque ita apud omnes ferè gentes seruari, ex multorum autorum authoritate, tradit Augustinus Morlanes *l* collega noster (qui tam eruditione, † quàm prudentia patrem imitatur), vt consensu populi leges
5 debeant recipi, † & moribus firmari: quod est intelligendũ cum Salòne de pa
6 ce; *m* nõ quod in potestate populi, leges ab habẽre suprema potestatẽ cõditas recipere, vel reijcere positũ sit, sed quod si non recipiantur, cõtrario vsu credantur abrogatæ, ita intelligens, cõtra Guilielmũ Benedictum, *n* dictum nostri I. C. *o* asserentis, nulla alia causa subditos leges tenere, & obligare, quàm quod iudicio populi receptæ sint, tacito scilicet, & post leges latas: vbi enim
7 populus lege regia, † non solum ei, hoc est Principi, in prouinciales, sed & in eum, hoc est in ipsummet populũ, transferentem (vt interpretatur Duarenus) omnẽ potestatẽ transtulerit, non est dubium, quod etiã inuitus cogetur legi parere. Attamen in nostro regno, † sententia Guilielmi Benedicti, asserẽtis
8 ad cõficiẽdas leges, populi cõsensum esse necessariũ, & eas nequaquã astringere, donec à populo ipso recipiantur, vera erit. Recipiuntur autẽ, quãdo à Rege de cõsensu curię feruntur, & tunc talis cõsensus approbãs leges, nõ est tacitus, nec post leges latas, prout in cęteris prouinciis, sed expressus, & dum leges ferũtur. Quare ex prędictis manet respõsum obiectioni propositæ, quæ procedit, si leges ferũtur simul à Rege & populo, attamen
9 nostræ leges à solo Rege, † tanquam Monarcha, & supremo Reipublicę capite ferũtur, licét à populo expresse recipiantur, ac suffragiis cuiusque brachij, ibi existentis, firmentur. Est quippe Rex, qui iubet, qui statuit, licet vt plus roboris accedat, progressusque sint longè feliciores, consensus populi, in quatuor stamentis repręsentati, accedit: hinc est, vt semper in foris dicatur, *Rex statuit*, † *& ordinat*; vt intelligamus, eum solum leges ferre: & additur, *de consilio, voluntate, & assensu curiæ, & quatuor brachiorum in ea existentium*: vt intelligamus, populi consensu expresso, eas ma-

H practic. quæst. 17. nume. 212.
I in exordio del fuero juzgo, num. 19.
K in l 1 ff. de legib.
L in respons. pro villa de Castellon de Monegros, num. 219. cum seq. Petrus Gregorius de Repub. lib. 24. cap. 4. & 5. per tot.
M in proœm. leg. Tauri, num. 299. cum seq.
N in dicto cap. Raynutius, verb. Et vxorem, nume. 231.
O in dicta l. de quibus, post Nauarr. Ferdinand. Rebellus de obligatio. Iustitiæ, 1 par. lib. 1. de præludiis Iust. quæstione 5. mero 7. pag. 40. Couarru. lib. 2. variarum. capit. 16. num. 6. versi. Quinto. Gutierrez de iuramento confirmato. 1. par. capi. 38. num. 9. & seq.

+ Sed de Consensu Curiæ

nere ratas, & firmas; atque ideo, cum taliter leges sint late, & cõmuni Reipublicę, scilicet capitis, & membrorũ, sponsione, firmatæ, non est mirum, † quod ab vtrisque 10
inuiolabiliter, tanquam contractus à regno cum dignitate regia celebratus, debeant obseruari. *p* Ex qua ratione fuit in curia Romana decisum, *q* Episcopum ligari † cõstitutione facta per prędecessorẽ cum Capitulo. 11
Quod vero aliàs Reges nostri per epistolam, seu edicto præceperint, leges priuatæ sunt cẽsendæ, quales sunt illę † quæ singulis populis, pro eorũ politica administratio 12
ne, tãquam supremũ caput politicum, tribuitur, quę vulgò Ordinationes regiæ, alicuius ciuitatis, cõmunitatis, vel villę appellãtur, quia ad optimũ, & politicũ illorum populorũ regimen ordinãtur; quas cõdendi facultatẽ, quia nõ est de jis, quę ad primũ gradum meri imperij pertinent, vt est leges cõdere generales, solet Rex delegare. Potest namq; D. Rex tãquam supremũ Reipublicæ politicũ caput, & populorũ, & subditorũ rector, in auxiliũ † fororum edicta proponere, & bãna promulga 13
re, *r* vt putà, super armorũ prohibitione, † quod fuit de 14
cisum in curia D. Iustitiæ Aragonũ, anno 1578. in processu Sebastiani Moles super criminali, cõtra Alguacirium Cãpi, per dominũ meum Hieronymũ Chalez, & duos collegas; qui, licét fuerint denũciati ob defensionẽ istius regalię, tamen absoluti fuerũt die 17. Iulij 1579. & fuerũt plura exẽplaria adducta per aduocatũ fiscalẽ, in quibus cõstabat nõ solum dominũ Regem, & eius Locũtenentem generalẽ prohibuisse armorũ portationẽ; * sed etiã suo casu regentem officiũ generalis gubernationis: qua etiã ratione, Excellẽtissimus D. Gastõ de Mõcada, Marchio Aytonæ, vt Locũtenens generalis suæ maiestatis in hoc Aragonũ regno bãno * prohibuit anno 1612. cursum monetæ diminutæ: in quo, † sicut in omnibus 15
aliis in suo triẽnio gestis, vtilitatẽ publicã cũ seruitio D. Regis ita prudẽter cõiũxit, & sapiẽter se gessit, vt omniũ voto maioribus magistratibus, & honoribus, dignus censeretur: & alias etiam † prohibitiones facere posse 16
foris nõ repugnat, ſ cum & ciuitatibus, † & vniuersita 17
tibus

P text. & ibi omnes in cap. quoniam Abbas, de offic. dele g. Peralta in l. 3 §. qui fideicommissar. nume. 13 & sequen. ff. de hę redib. instituendis. Cancer 3. p. variar. c. 1. n. 147 Q. Paulus Æmil. 1. par. de cis. 220.

R glos. tolli, in Clementi. ne Romani, de electio. Rolandus consil. 3. nu. 18. & per totum volu. 2. Aymon consil. 14. num. 2. & per Iacobum Cancer variarum, 3. p. cap. 3. n. 57.

* in villa Montisoni Imparator Carolus Quintus anno 1528. & eius filius Philippus anno 1552. D. Petrus Martinez de Luna Comes de Morata Locũtenens generalis D. Regis Cęsarauguſtæ anno 1548. & anno 1550. & D. Ioannes de Gurrea Regens officium gubernatio. anno 1556. cũ consilio Consiliariorum regiæ Audientię. & anno 1541 D. Franciscus de Gurrea de consilio sui Assessoris Petri de Almenara in ciuitate Tirasonæ, & in villa de Sos eodem anno, & in villa de Almudebar anno 1538. & in loco de Atteca 1543 quæ & multa alia reperies in processu Sebastiani Moles super denunciatione D. Hieronymi Chalez, & in curia D. Iustitiæ Aragonum in processu procuratoris fiscalis contra D. Ioannem de Alagon & Lupum de Francia super criminali.

* for. vnic. tit. de cudicio y fabricacio de moneda. for. vnic. titu. de cursu monetæ.

S obseruant. item quod ibi dicitur de coto, titu. interpretatio. qualiter & in quibus. obseruant. item de los cotos, titu. de priuileg generali. Moli. verbo, Rex, verſic. Si dominus Rex. fol. 295.

tibus, seu Collegijs, sit foris Regni concessum, [t] inter suos, pro optimo, & politico regimine, statuta condere: non solum ciuilia, sed etiam criminalia, [u] quia cum causæ criminales, in Regno non respiciant ius fiscale, sed eius cuius principaliter interest, [x] non constituitur differentia inter causas ciuiles, & criminales, dum modo nihil in præiudicium iurisdictionis superioris Domini statuatur: *[y] Et ideo ad tollēdū recursum appellationis, solent confirmari à Rege, [z] vel ab eo qui eius nomine præest in Regia Audientia. Sed est discrimen, quod statuta criminalia, milites & infantiones non comprehendent, nisi concilia vniuersitatis condentis talia statuta essent mixta, ita vt ex diuersis ordinibus sub diuerso capite constitutis, vna conflaretur vniuersitas, & vnum constitueretur concilium. Statuta vero ciuilia, si ad alicuius æmulationem non tendant, [a] sed solum ad gubernationem, & rerum comertia pertineant, etiam nobiles, & infantiones (aliàs priuilegiatos, & exemptos) comprehendent, saltim quoad mulctam sexaginta solidorum:* vt fuit sæpe declaratum in Curia D. Iustitiæ Aragonum. [b] Et quia contra statuta, & ordinationes ciuitatis Cæsaraugustæ, politicam ipsius administrationem
18 respicientes, petierat quidam † Infantio Regni, iurisfirmam sibi prouideri à Domino meo Hieronymo Chalez, renuit illam prouidere, quia non procedebat de foro; & hac de causa fuit denuntiatus, & priuatus, die 10. Iulij 1591. sed constito maiestati Regis nostri Philippi Primi, de violen tia, qua à iudicantibus prædicta sententia lata fuit, mandauit illum restitui ad officium Locum tenentis Iustitiæ Aragonum, & veniens ad prædictam ciuitatem exercuit officium, vt antea, à die 6. Aprilis 1592. & die 17. eiusdem mensis & anni fuit per Dominum Ioannem Gazo, Locumten. Iustitiæ Aragonum prouisa firma, ne in exercitio prędicti officij, turbaretur, & quod ei pro tēpore absentiæ solueretur integre salarium, prout fuit solutum cum effectu. Ex quibus omnibus

T For. Item de los cotos de las ciudades, tit. priuileg. generale Aragonum, obseruan. 2. tit. de moderatione rerum venal. obseruan. quod statuta, tit. actus Curiarum, for. fin. vers. Empero por las sobredichas cosas, titul. de prohibita Inquisitio. fol. 178. col. 4. in fin. Molin. in verb. petitio criminalis debet offerri, fol. 254. col. 1. ad fin. vbi Portol. n. 45, DD. in l omnes populi, ff. de iust. & iur. Burgos de Paz in l. 1. Taur. n. 342 350. & seq. Hipolit. de Marsil. de Bannitis, verb. ciuitate, num. 63. & seq. Cancer 3. p. variar. c. 13. num. 347. & seq.

V Forus vnicus, titu. del quitamiento perpetuo de la hermandad, for. de poco tiempo aca de prohibita Inquisitio. obseruan. si aliquis commisserit de homic.

X Obseruan. Item de publico, obseru. Item in criminalibus de homicic.

Y* Fuit decisum in Curia D. Iust. Arag. anno 1590. in processu Magni Magistri, contra Iuratos villæ de Caspe super criminali ex traditis Iaf. in l. omnes populi nu. 26. & seq. & 2. lectu. nu. 7. Auendan. de exequend. cap. 19 nu 4. & cap. 12. num. 3 lib. 1. Diez reg 555 & 556. P. Greg. de appellatio. lib. 5. c. 3. Farinac. cō sil. 101. c. 1. n. 95 & seq. Oliua de actio. par. 1. lib. 3. §. in bonæ, numer. 10 Cancer c. 18. nu. 144 lib. 3.

Z Sesse 1. p. decis. 93. nu. 4. & 44.

A Molin. in repert. verbo statutum, vers. quidam fuerunt accusati. l. si priuatus ff. qui & à quibus, l. toties ff. de policitatio. l. ambitiosa, ff. de decretis ab or

di. facien. B* In processu Petri Epila, & Hieronymi Laram, die 14 Decembris 1553. super iurisfirma & in processu Martini de Bernabe, super iurisfirma, die 10. Aprilis 1587. Sesse decis. 8. nu. 19. & seq. & per me, & collegas in processu Ioannis Munieſſa.

nibus constat, maioriam, supremamquè potestatem, Regum Aragonum † non esse postponendam, cæterorum orbis Principum, potestati, quòd legum septis sit circũ scripta, imo decet tantã maiestatem (licet pro eius summa potentia legibus solutus videatur) legibus viuere, à maioribus eius, de consensu, & voluntate, ac in commu nem totius Regni vtilitatem latis, propriaquè, in adeptione Regiæ dignitatis, sponsione, & iuramento confirmatis: Atquè ita Rex noster Aragonum non tenetur, Romanis Cęsarum fascibus, nec cuiusquã alterius Principis, suas submittere, nequè parere: *c* quia ita supremus est in suo Regno, sicut Imperator in Imperio, & Rex Hispaniæ, † in cæteris prouincijs eiusdẽ, *d* & alij Principes; *e* qui Imperatori non subsunt, & hoc non solũ de facto, sed nec etiam de iure *f* (quidquid dixerint Bartolus, *g* & alij vltramontani) quia non Imperatorum ope, sed proprijs viribus, maiorumq; virtute hoc Regnũ ab hostium faucibus fuit ereptum. *h* Quare cauendum † est à Carolo de Grassalis, *i* qui prædicta expresse negat, & nostrum Regem Aragonum Imperatori subesse falso affirmat, ita, vt Doctores in eius confirmationem adducti, contra ipsum expresse loquantur, & ipsemet admittit Regem Hispanię, superiorem non recognoscere, quod ad Reges Castellæ tantum refert, *K* ignorãs † Regnum nostrum, Citerioris Hispaniæ partem esse, *l* quia citra Iberum

19 20 21 22

C Alexan. cons. 25. nu 6. vol. 1. Geminia. in c. grandi. nu. 10. de suplen. negligen. Prælator. Iaso. in l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 92. ff. de liber. & posth. & in l. ex hoc iure, nu. 25 & Fulgos. nu. 5. ff. de iust. & iur. Bellamera cons. 42 nu. 9 Roman. cons. 298. n. 1. Afflict. in constit. Sicilię in prælud. q. 2. nu. 1. Bellu ga in specul. Princip. rub. 6. nu. 3. vbi Borrel. verb. Imperatorem non recog noscit, & rub. 12. §. quædam. nu. 70. Renatus Cho pin de Domanio Franciæ lib. 2. tit. 1. nu. 13. ad med. pag 183. Guerrero vbi supra c. 55. nu. 12. & cap. 63. num. 1. Purpurat. in l. 1. nu. 294. ff. de offic. eius. Burgos de Paz in prohe. ll. Taur. nu. 33. Corset. de potest. Regia. 5. p. q. 101. num. 66. Regnerus Sixtinus de Regalib. lib. 2. c. 7. nu. 54. & 90. Camil. Borrel. de Regis Cathol. præstantia, cap. 46. nu. 57. & cap. 47. nu. 2 Molin. in repor. verb. Rex Aragonum, vers. Rex Aragonum non recognoscit, vbi Portol. num. 53.

D Glos. in cap. Adrianus 63. dist. Conrra. in temp. Iudic. lib 1. cap. 2. de Rege, §. 3. de magnit. Reg. num. 14. & seq. Parlad. rerum quotid. c. 3. nu. 7. Garcia de nobilit. glos. 3. §. 2. nu. 15. Auil. in cap. Prætor. in prohem. glos. 1. nu. 13. Auend. in c. 1. prætor. nu. 7. Couar. in regul peccatum, 2. p. §. 9. nu. 9. Nauar. in c. nouit. 3. notab. corrol. 65. nu. 167. de iudic. Bouad. in politic. lib. 3. c. 2. n. 4. E. Borrel. ad Bellug. rub. 6. lit. C. Medicis de legib. & statut. 1. p. q. 19. nu. 6. Gallinac. de verb. sign. lib. 10. cap. 35. à nu. 12. Azor instit. moral. par. 2. lib. 11. c. 5. vers. Regem Hispaniæ, pag. 1223. Portol. vbi proxime, nu. 54.

E Paul. in l. cum multa, C. de bonis quæ liber. & Alexan. in l. Centurio. nu. 36. ff. de vulgar. Afflict. in prælud. const. Neapol. q. 2. nu. 3. Anto. Gabr. commu. conclus. tit. de donationib. conclus. 1. num. 22. Casane. in prohem. consuetud. Burgun. ver. duc.

F Nicolaus Festasius de æstimo & collect. 4. p. c. 7. nu. 40. & seq. Bellug. rub. 14. §. veniamus, nu. 6.

G In l. hostes, nu. 7. ff. de captiu. Bald. in princ. nu. 1. de pace iuramento firman. in vsibus feudo. cum alijs per Borrel. in additio. ad Bellug. d. §. veniamus. num. 6. vers. & dicebat Bart. Conrad. in temp. omn. iudic. lib. 1. cap. 1. de Imperatore, §. 1. sect. orbem, num. 8. cum duob. seq. Petra de potesta. Principis, cap. 3. q. 4. num. 15. 31. & 46.

H Glos. penult. in d. cap. Adrianus Gallinius vbi supra, & Marta de iurisdict. 1. p. c. 21. nu. 13.

I Lib. 1. regal. Franciæ, iure 1. pag 8. & iure 6. pag. 91.

K Vt etiam Rodericus Sancius, 1. p. histor. Hispanicæ. cap. 17.

L Baeça de inope debitore, cap. 16. nu. 112. Casaneus in catalog. glor. mundi, p. 12. considerat. 17. vers. Plinius vero diuidit, & consideratio. 21. vers. Tertia ratio.

Iberum, ac inter iuridicos Hiſpanię Conuentus, quos
23 hodie *Chancillerias* appellamus, † Saldubenſem connumerat Sigonius: [m] qui Cæſarauguſtanus dicitur, [n] quod ab Auguſto fuerit inſtitutus. Nam quæ monumenta Auguſtus reliquit, ea non Iuli, ſed Auguſti nomine ſignauit, vt in Hiſpania foro Auguſtanam ciuitatem, eamquè Coloniam immunem Pop. Rom. in Hiſpania Tarraconenſi extitiſſe traditur. [o] Adrianuſquè Imperator totam Hiſpaniam in ſex Prouincias diſtribuit, [p] ſed Citeriorem
24 † antea Romani in tres Prouincias diuiſerunt [q]; quas credo eſſe illas, quæ ſub Aragonum Corona comprehenduntur, ſcilicet, Aragoniam, Cathaloniam, & Valentiam.

Secundo cauendum exiſtimo à quorundam, noſtræ
25 ætatis, virorum † ſententia, [r] aſſerentium, noſtros Reges Aragonum Regibus Caſtellæ ſubfuiſſe, eorumquè beneficiarios, & feudatarios fuiſſe; cum (vt diximus) Reges Aragonum neminem in temporalibus ſuperiorem recognoſcant, niſi ſolum Deum; cuius gratia paſſim ſe Reges Aragonum eſſe profitentur: ſed poſſet eorum ſententia ſuſtineri, [s] reſpectu quorundam locorum, quę ex Regno Nauarræ Reges Aragonum occupata tenebant, vel ratione pacti, quod inter ſe inierant Reges Caſtellæ, & Aragonum ſuper locis, quæ, vtriuſquè viribus coadunatis, à Sarracenis erant per Regem Aragonum recuperanda. Ex quibus euenit, in noſtro Regno
26 † nullas leges admittendas eſſe, pręter foros, ſi tanquā rei leſę maieſtatis nolumus puniri. Quod ſenſiſſe credo Doctores, [t] aſſerentes capite puniri allegantes leges Imperatorum in Hiſpania: ſicut apud Suetios [u] capitale
27 erat Romanas citare leges: ſed foris † deficientibus, ad naturalem æquitatem recurrendum ſtatuit Iacobus

M De antiquo iure prouinciar. cap. 5. lib. 1. & de antiquo iure Italiæ, lib. 2. cap. 15. in fin.

N Plinius ſecund. in hiſtor. mundi, lib. 3. cap. 3. Raphael Volaterranus in Geographia, lib. 2. col. 16 ad med.

O Plinius vbi ſup. Onuphrius Pauinus in Imperio Romano, pag. 215.

P Ioan. Marian. de rebus Hiſpanię lib. 4. cap. 5. pag. 147. in fin. Philip. Bergomenſ. in ſupplemento chronicarum lib. 2. anno mundi 3109. verb. Hiſpaniarum Regnum.

Q Apianus Alexandrinus de bellis Hiſpanienſ. pag. 448. verſ. Alia vero oppida.

R Mariana de rebus Hiſpaniæ lib. 11. cap. 14. pagin. 532. poſt med. Lopez Madera de las excelencias de Epaña. cap. 11. pagina 76. colu. 1. in principio. Didac. Perez de Meſſa. delas grãdezas de Eſpaña lib. 2. c. 159. in fin.

S Zurita lib. 2. annal. cap. 1. fol. 59. col. 3. & cap. 10. fol. 65. col. 2. & lib. 1. cap. 23. fol. 26. colu. 3. in fin. pueſta que ſegun en antiguas memorias, Martinez del Villar, in appendice de innata Regni Aragonum fidelitate, §. 9. pag. 244. verſ. ac licet.

T Oldrad. conſ. 69. num. 9. Benedict. in cap. Raynutius. verb. ſi abſque liberis el 2. de pupillari, numer. 45. ad med. Coſta in l. cum tale. §. ſi arbitratu. limit. fin. num. 36. Rebuffus in l. vnica, notab. 11. num. 14. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. Afflict. in prælud. ad conſtitut. Neapolitan. quęſt. 20. num. 5. Palac. Rubeos in rub. de donat. inter. in introductione num. 19. Burgos de paz in l. 1. Taur. num. 513. gloſ. in l. 6. tit. 4. part. 3. Auendaño in cap. prætorum. 16. numer. 9. & 10. lib. 1. Quintana Dueñas de iuriſdictione, & imperio, lib. 2. titulo 2. numer. 6.

V Renat. Chopinus de commu. Gallic. conſuetud. par. 2. quæſt. 4. pag. 50. verſ. parimodo.

bus x Rex noster, quę, vt inquit Philosophus, nihil aliud est, † quam ius, quod lex scripta prætermisit, & licet videatur, quod idē sit consuetudo, tamen differunt, y quia consuetudo est ius constitutum, & receptum: at vero æquitas ius natum, & naturale: est enim rectitudo iudicij naturalem sequens rationem. Ita vt in Regno nostro habeat maxime † locum symbolum Pythagoræ asserentis, *Staterem ne transilias*, hoc est, vt interpretatur Laertius, ab æquitate ne discedas: z quod est intelligendum de æquitate informata à iure, a alias enim pernicio se quis erraret, si æquitatem capitis sequeretur. b Vera enim æquitas in fragmentis I. C. & Imperatorum responsis reperitur, & ideo solemus illa in sui ratione allegare, quia eorum iusta ratio, & æquitas imperat, non Imperium; c & Princeps, quantumcunquè supremus, vt dicebat Bal. d Æquitate constringitur, & remedia in æquitate fundata tollere non valet. Vnde in Aragonia, ex duabus opinionibus, illa quę æquitate corroboratur iudicando, & consulendo sequenda erit, etiam si cō traria sit communis: e quare cum maior æquitas sit illa, quę in iure † Canonico reperitur scripta, potius ad illam per iudices seculares, quam ad rigorem iuris ciuilis erit, deficientibus foris, recurrendum: f sicut è contrario, in defectum iuris Canonici, † potius ad foros, tanquam leges generales istius Prouincię, à supremo Principe latas, quam ad ius ciuile Romanorum, g per iudices Ecclesiasticos erit recurrendum. Ex qua ratione † infertur, cessare in Aragonia illud priuilegium, quod iure ciuili competit h ijs, quibus à Principe aliquid alienum venditum, seu donatum est; cum illud iure Canonico non habeat locum. 28 29 30 31 32

X In prohem. for. in fin. l. cum ratio, ff. de bon. dānato. l. 3. § si liberi, ff. de conditio. cau. data. glos. in cap. consuetudo, verb. ratione, 1. dist. glos. in cap. ex eo. verb. rationis, de elect. cum alijs per Caballin. in milleloq. 48. Gome. in l. 1. Taur. nu. 9. vbi Burg. de Paz, num. 450. Bellug. in specul. rub. 11. §. his igitur, nu. 1. & 2. & Borrel. rubr. 14. §. veniamus, n. 6. verb. vt legibus Imperij non subiciantur. Morlanes in respons. pro Regno, 1. par. nu. 88. 89. & 323. & 333. & ibidem Ludouic. Martinez n. 236

Y Cuiac. lib. 2. de feudis, tit. 1. fol. 504. A.

Z Conan. lib. 1. commentar. iur. cap. 11.

A §. oportet, in authent. de iudicibus, Abb. in c. ex parte, 3. notab. de offi. delegati.

B Ias. & alij in l. placuit, C. de iudic. Bart. in l. vbicumq; ff. de itinere actuq; priuato, glos. Abb. & Butrius in cap. fin. de transact. Belluga in specnlo, rub. 11. §. compendiose, num. 5. vers. Scias tamen, & Caballin. mileloq. 165.

C Isern. in prohem. feudor. num. 26. 27. & 37. Rebuf. in repet. l. vnic. no tab. 11. nu. 14. C. de senten. quæ pro eo quod interest. Burg. de Paz in d. l. 1. Taur. nu. 543.

D In l. digna vox. C. de legib. Purpurat. in l. si & me: & Titium. nu. 10. ff. si cert. petatur.

E Vt in l. 2. §. Item varus, & §. quamquam, ff. de aqua pluuia arcenda, l. si tibi, ff. si cert. petat. l. placuit. C. de iudic. l. cum res, C. si alien. res pignor. Prosper. Carauita, ritu 208. Paris. cons. 32. nu. 4. vol. 2. & cons. 3 num. 7. vol. 1. Camil. ad Bellug. rub. 11. §. compendiose, verb. æquitatem, in fin. Purpurat. in l. admonendi, num. 55. ff. de iur. iuran. Cephal. cons. 93 nu. 6. Folleri. in praxi censuali. verb. iuris moderando rigorem, num. 10. & seq. intellige, vt per Tiraquel. de retract. consangui. §. 35. glos. 1. nu. 30. & 31. Anto. Corracius de commun. Doctor. opinio. lib. 2. tit. 9. nu. 100. cum. seq.

F Medicis in suis opuscul. opuscul. 1. nu 12. Gozand. cons. 62. nu. 13. Marsil. singul. 463 nu. 1. Bellug. in d. §. his igitur, num. 3. licet contra teneat Paz in d. l. 1. Taur. à nu. 592.

G Not. in c. 1. de noui operis nuncia. c. si in adiutorij. 10. dist. c. sumopere, 11. q. 3. Decius in c. Ecclesia S. Mar. n. 104. vers. 3. conclu. Couar. pract. quæst. c. 8. n. 5. Montal. in l. 4. glo. acuerde en vno, tit. 5. li. 1. fori, Cisué in l. 70. Tau. vbi G6. n. 7. Diez in pra. cri. c. 136. Vasq. de suc. crea. §. 10. n. 648. Góz. var. q. c. 30. n. 76

H l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscrip. Aflict. in prælud. ad constitu. Neapol. q. 14. num. 2. & 3.

§. Vige-

§. Vigesimus secundus.

Lex Regia quo tempore, & à quibus apud Romanos lata, & quæ sit potestas Principum.

SVMMARIVM.

Potestatis quæstio in qualibet dispositione primum locum obtinet. 1.
Quæ sint necessaria ad perfectionem cuiuslibet actus. 2.
Lex Regia cuius meminit noster I. C. quando lata, & à quo rogata fuerit. 3.
Quid alij senserint fuisse legem Regiam, qua Principibus Regna delata, & summa potestas concessa fuere. 4.
Si adsit voluntas in Principe secundum aliquos nunquam deficit potestas. 5.
Potestatis defectus est maximus, & reddit actum nullum. 6.
Exceptio nullitatis ex defectu potestatis opponi potest licet aliæ exceptiones excludantur. 7.
Quando dictio negatiua præponitur verbo, potest omnem potestatem, tam iuris, quam facti aufert. 8.
Deus omnipotens cur sic appelletur. 9.
Verba à Rege nostro Philippo dum moreretur prolata. 10.
Augustus Christo nato prohibuit se vocari Dominum. 11.
Cum dicitur Regem non posse, intelligimus ad ius Principatus, & legem Regiam illud nõ pertinere, nec sub potestate legitima contineri. 12.
Voluntatis & potestatis quæstio eadem pene est in Principe supremo, & iusto. 13.

Frustra legis auxilium

§ Vigesimus secundus.

IN qualibet disputatione † primum locum debet obtinere potestatis [a] quæstio, nam licet, pro actus perfectione, † & voluntas quoquè, & legitimus modus, aptitudo materiæ, applicatio recte facta, & scientia facientis sint necessaria, [b] tamen omnium primum, ac præcipuum requisitum est, quod agens possit. [c] Et ideo noster I.C. ante omnia diffiniuit, omnem potestatem à populo in Principem translatam, lege Regia, vel (vt Alciatus [d] vult) lege Rhenia, † cuius legis nomen, nec ab Antonio Augustino, [e] nec ab alijs reperio notatum, sed solum

A l. si quæramus, ff. de testamen. cum concord. per Anto. Gom. in l. 3. Taur. num. 1.
B Alexan. Raudens. de analog lib. 1. cap. 34. nu. 31. 33. & 36.
C Cap. cum super, vbi Deci. nu. 3. de offic. delegat. l. multũ interest, C. si quis alteri, vel sibi, & vtrobique, glo. & DD. Chacheran. cons. 49. nu 6. Purpurat. in l. 1. num. 468. ff. de offic eius, Socin. Iuni, consil. 72. vol. 1. Anto. de Petra de potesta. Princip. in

præfatione, à num. 1. cum seq. D In l. bona ciuitatis, ff. de verb. signi. Corras. in rub. ff. de offic. Consul. & in l. 1. ff. de offic. Perfect. Prætor.
E De legibus, & Rosinus lib. 8. cap. 22. l. 1. ff. ad Turpilian. l. quæsitum, ff. de testibus.

solum Rhenia, de calumniatoribus, & Memia, de reo euocando, quocumquè tamen nomine vocetur, eius rogationem quidam Hortensio, *f* alij Horatio tribuunt. Non enim est illa, quæ ab Hetruscis in Tarquinium Priscum, certis conditionibus adiectis, fuit transacta: sed illa, quæ † Augusti tempore lata fuit, 4 postquam lepidum dignitate triumuiratus spoliauit, & Antonium vicit, quo tempore solus Imperatorio honore, percepta tribunitia dignitate, iure proconsulari, Pontificatu maximo, patris patriæ nomine, meruit Imperium. In cæteros vero Reges, vt inquit Alphonsus Rex *g* Castellæ, concessione gentium, talis potestas translata fuit, vt significauit Ioannes de Terra Rubea, *h* existimans Regnum Franciæ, non lege Salica, sed ex sola vi consuetudinis, solis masculis deferri: quasi nulla alia in Regnorum erectione, & delatione extiterit lex Regia, cuius auctoritate in Principem summa rerum potestas translata fuerit, sed quod omnis eius potestas à consuetudine reguletur. Sed aliqui, dum Principum † voluntatem captare sibi credunt, eis, & in eos plenissimam à po- 5 pulo in subditos, & eorum bona, potestatem translatam fuisse asserunt: ita vt si eorum adsit voluntas, quæ omnes actus humanos format, & distinguit *i*, nunquam, secundum eos, deficiat potestas; cuius defectus † prima, atquè præcipua omnium, causa nul- 6 litatis est, ita vt nostri Doctores dixerint, k posse opponi † exceptionem nullitatis, ex tali defectu resultantem, quamuis cęterę omnes exceptiones, & nul- 7 litates sint à lege reiectę: quia nec talis actus nomen habuit, si in agente deficiat potestas, vt V. G. si sententia fuerit lata, vel statutum conditum à non habente iurisdictionem; *l* vel si instrumentum fuerit rogatum á non tabellione; *m* vel in loco, vbi quoad certa instrumenta, non habeatur pro tabellione; vel si eius auctoritas intra fines alicuius loci reperiatur limitata, vel restricta: vel etiam si obligatio facta fuerit

F Petr. Gregor. in sintag. p. 3. lib. 47. cap. 20. num. 9 Bouadil. in sua politica, lib. 2. cap. 16. nu. 3. ad fin. Decian. tract. crimi. lib. 2. c. 25. nu. 1. tom. 1.

G In l. 1. tit. 1. part. 2.

H In tract. 1. contra rebeles. art. 1. concluſ. 8. & Zampinus de succesione prærogatiuæ primi Principis Franciæ, pag. 27.

I l. non omnis, ff. si cert. petat. l. 3. ff. de reb. dubijs, l. 2. ff. de iudic. l. verum. 2. l. qui iniurię, ff. de furtis.

K Glos. in l. 2. §. 1. ff. qui satisdare cogant, Deci. cō sil. 38. num. 7. & 275. col. 3. vers. Sed prædictis minime obstant ibus, Vantius de nullita. tit. de nullita. ex defectu inhabilit. à num. 1. cum seq.

L Facit tex. in l. 1. §. fin. ff. ad Tertulia. & in l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quisquè iur. & in l. 2. in fi. ff. de pœnis, glos. fin. in Clement. vnic. de sequestra. posses. & fruct. Bald. in l. generaliter, C. de Epis cop. & Cleric. Marsil. singul. 10. Deci. consil. 8. Ant. Gabriel. commun. conclu. lib. 6. tit. de statutis, concluſ. 3. Menoch. cons. 2. n. 151. & 152. volum. 1. Caualcan. 1. par. decis. 5. de iudic. num. 29. & seq. Dueñas regul. 379. & B. Diaz 251. Vantius vbi supra de nullit. ex defectu iurisdict. à numer. 1. cum seq. Ancharran. consil. 12. num. 1.

M Obseruant. 27. Item que los escriuanos. titul. de priuil. general. Xuarez in l. post rem iudicatam, in sectione, sed pro euidentia, num. 36.

rit â minore *n* viginti annorũ, etiam iurata, ſine legalibus tamẽ ſolẽnitatibus, ac ſine interuẽtu perſonarũ illarum, quarũ authoritas & cõſenſus poterat, ſecundũ foros no
8 ſtri regni, tali obligationi robur tribuere. Lex † namq; dicẽdo, quod nõ poſſit ferri ſententia, vel ſtatutũ fieri, niſi ab habẽte iuriſdictionẽ, quod nõ poſſit agere, vel accuſare, niſi is cuius principaliter intereſt, quod tabellio nõ poſſit cõficere inſtrumẽta in tali loco, vel niſi in tali loco quod minor viginti annorũ nõ poſſit obligari, niſi talib⁹ requiſitis interueniẽtibus aufert ab eis omnẽ poteſtatẽ, o tam de iure, quàm de facto, ita vt nec in Eccleſia tales actus, facti cõtra legis diſpoſitionẽ, ſint validi: *p* imò prę dictis caſib⁹ nec ſententia nec ſtatutũ, nec inſtrumẽtũ, nec obligatio, nec actio, vel accuſatio, ex deffectu poteſtatis erũt dicẽda. Sed tamẽ quia in Principe ſupremo aliqui nõ admittũt vllũ poteſtatis deffectũ, cõtendentes tatã eſſe cuiuſuis ſupremi principis poteſtatẽ, vt ei nihil reſiſte re ualeat, *q* ſed omnia annihilare poſſit, adęquareq; quadrata rotũdis, atq; ita de eius poteſtate diſputare, ad inſtar ſacrilegij cum Impp. *r* redigũt, exiſtimãtes ſe illi face re parẽ, ac tentare ſimilẽ eſſe altiſſimo, qui de illa diſputat: quod verũ iudico, ſi ad potentiã eorũ verba referantur, aliàs nãq; nõ ſumus redarguẽdi de poteſtate Principis nõnunquã diſputãtes, *ſ* ſolus enim Deus omnipotẽs
9 eſt, † ideo ſecundũ aliquos, Deus appellatus, *t* quaſi nihil ei, quod poteſtatis ſit, deſit: & ideo ſola eius volũtate beneplaciti, in cœlo, & in terra cũcta gerũtur, *u* cũ in eo
10 nũquã deficiat poteſtas, vt ſapiẽter moriẽs † agnouit Rex noſter Philippus, qui fertur illa verba protuliſſe: *Tu ſolus dominus, tu ſolus altiſſimus*: quib⁹ prolatis ad Deũ cõuolaſſe piè credẽdũ eſt, cũ illis verbis voluerit oſtẽdere verã ſupremã poteſtatẽ, pẽneſeũ eſſe, quia abſolutè eſt Rex, *x* & nõ veretur

N for. vni. tit. vt minor 25 annor. nequeat facere. & foro vni. anni 1568. tit. q̃ los menores de 20. años cui adde for. vni. ti. de las obligaciones de menores anni 1585. Cãce. var. 2. p. c. 1. Fœnũ. de mométo tẽ por. c. 30. á n. 3, Gabr. cõſ. 1 n. 7. & conſ. 2. n. 2. & 4 h. 1 Rolan. conſ. 15. n. 3. & cõſil. 33. vol. 1. Caſane. in cõ ſuet. Burg. rub. 3. §. 2. n. 17 Grat. cõſi. 46. & 47. vol. 1 Pariſ. cõſ. 100. vol. 1. Cepha. cõſ. 207. n. 10. 21. & 40. & per tot. vol. 2. Burſ. cõſ. 82. Menoc. de arbi. caſu 171. Bellu. in ſpe c. rub: 12. § quædã. n. 9. verſ. quid dicendũſi, & ſeq. 15. in fin: & 23. cũ ſeq.

O glo. celeb. in c. 1. de regu. iur. in 6. Gracian. regu. 484. Tiraq. poſt ll. cõnub. glo. 2. Mago. deciſ. 36. nu. 8. & 9. cũ ſeq. Fortu. Garcia in l. Gallus, in prin. nume. 35. cũ ſeq. ff. de libe. & poſth. Baeça denõ melior. c. 2. n. 79. & 80 Caballin. milleloq. 351. Berdello. cõ ſil. 61, n. 30. in .

P l. ſi quis hoc genus, C. de Epiſ & Cler. Cagn. in l. ſi librarius. n. 67. cũ duob. ſeqq. ff. de regul. iur.

Q Bal. in prooe. decretal. n. 4. & in l. cũ antiquiorib⁹ n. 11. C. de iur. delibe. Iaſ. cõſ. 233. n. 2. verſ. circa ſe cũdã dubitationẽ, vol. 2. & inter cõſ. feuda. Bruni, cõſ. 8. n. 8. 12. & ſeq. Nicol. Feſtaſ. de collect. 4. p. c. 6. n. 2. & ſeq.

R l. 2, C. de crimine ſacri leg. § cõmittũt, aliàs incipit, qui autẽ, 17. q. 4. multi relati á noſtro Petr. Cene in collect iur. canon. 1. p:

collect. 24. n. 18. Petra de poteſt. Princ. c. 1. n. 6. l. ſacrilegij inſtar, C. de diuerſ. reſcrip. S Petr. de poteſt. Princ. c. 1. c. ſunt quidã, 25. q 1. c. literas, de reſcrip. ſpol. c. ex publico, de cõuerſ. cõiugat. glo. abdicatio proprietatis, in . cũ ad monaſterij, de ſtatu monach. & glo. generali iure, in l. fin. C. ſi cõtra ius, Ioã Iacob. de Leonard. inter conſ. feuda. Bruni cõſ. 114. n. 155. & 156. Caſtr. lib. 2. controuer. iur. c. 28. & lib. 3. c. 7. Fachine. controuerſ. li. 8. c. 63. D. Ferdinan. de Mendo. de pactis, lib. 1. c. 5. á princ. q. 1. & n. 9. Thom. Cerdã en ſu verdadero gouierno, c. 15. T Roſin. lib. 2. antiq. Roma. c. 1. in princ. V Cardin. Belarmin. tom. 3. controuer. 3. 3. cõtrou. genera. lib. 1. c. 7. in explicatio. orationis Dominicæ ſuper illis verbis, Fiat voluntas tua, p. 1010. Tapia de vera hominis nobili. lib. 1. p. 99. col. 2. in princ. Paleot. de conſultatio. 2. p. q. 1 verſ. quod etiã, D. Auguſt. in enchir. c. 95. X iuxta illud Sapien. c. 6. à Dño imperiũ à ſupremo poteſtas eſt data. Abulenſ. ſuper Matth. tom. 6. fo. 170 col. 3. B. C.

veretur magnitudinem, cuiusquam: *Qui baltheum regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum.* y Cum omnes orbis Principes sint Reges cum additione: quia (vt inquit Salomon z.) *Excelso excelsior est alius, qui in vestimento eius descriptum habet, a Rex Regum, & dominus dominantium.* Ideoque fertur, b Octauianũ † Augustũ vetuisse Christo nato, ne deinceps dñs vocaretur, cum Iride inclusũ Sybilla Tiburtina ei ostẽdisset Christũ cũ sanctissima eius genitrice, eo loco, quo Frãciscanorũ ędes cõstructę sunt quæ, Sãcta Maria de Ara cœli, vulgó nũcupantur. Artam ẽ in Prĩcipib⁹ seculi, aliqua facere nõ posse nostri tradũt, solũ ex hoc † significãtes, illa ad ius principatus, & legẽ regiã non pertinere, semper tamẽ addẽtes, salua sua clemẽtia, vt intelligãt subditi illa regũ clemẽtia, sub potestate legitima nõ cõtineri, taquã cõtra foros regni; aut bonos mores ciuiles, quos violare nõ posse dicim⁹, quia noluit posse, sed legib⁹ volũtariè se ab initio adstrinxit, ad quæ ex natura principatus absoluti, nõ erat adstrictus; c atque ita cum leges velle seruare, pro eo, iuris, & de iure adsit præsũptio, contra quã aliqua probatio nõ admittitur; hęc nõ tam ad quęstionẽ potestatis, † quã volũtatis redigũtur; d circa quã nemini dubiũ est licere disputare, cum regẽ nihil vnquã iniustũ velle credẽdũ sit, imó præsumatur, actus suos regulare, tam à iustitia fori, quã poli: vnde illud nõ posse Principẽ dicere possemus, quod nõ credimus velle tãquã iniustũ, & legibus repugnans. 11 12 13

Y Iob 12.
Z Eccles. c. 5.
A Apoca. c. 19.
B Tertul. in apolog. c. 34. Valenç. in defensio. motitor. aduersus Ducem & Repub. Venetor. 4. p. n. 151. Polido Virg. de inuẽtor. rer. lib. 4. c. 1. vers. Itẽ Orosius. C. glos. in d. l. dig. nauox. vbi not. Pau. in fin. C. de legib. Bald. in l. 4. ff. ad l. Falcid. Roland. de lucro dotis, quæst. 84. in fin. Surd. decis. 13. num. 4. D l. ex facto, ff. de vulgar.

§. Vigesimus tertius.

Potestatis plenitudo in Principe, quæ absoluta appellatur, quid sit, & singulę diffinitionis partes explicãtur, & an, & quãdo eam exercere Principẽ oporteat, & quæ Vrbes regię appellentur.

SVMMARIVM.

Potestas duplex est in Principe ordinaria, & absoluta. 1.
Aliqui negãt in Principe absolutã potestatem & vnã tantũ potestatẽ habere asserũt. 2.
Quæ sit absoluta potestas in Principem à populo lege regia translata, 3.
Brachium, seu manus regia idem est quod absoluta potestas. 4.
Diffinitur absoluta potestas ex Baldo. 5.
Plenitudo verbum quid importet. 6.
Princeps non legibus, sed legum solemnibus solutus est, 7.
Multa sunt singulariter in Principe contra leges recepta, non vi Principatus, sed priuilegio lege regia concesso; 8.
Antonius Augustinus specialem legem latam de soluto legibus tradit, 9.
Intellectus ad l. Princeps, ff. de legibus, traditur, 10.
Intellectus ad l. si Augustæ, & l. quod Principi, ff. de legat. 2. referuntur, 11.
Qui Principem simpliciter legibus solutum tradunt eum tyrannię nota infamant, 12.
Quibus legibus Imperatores non fuisse solutos, constat, 13.

popu-

An sicut populus suis legibus ante legem regiam latam tenebatur idem in Principe dicendũ sit, 14.
An sit plena potestas Principis, qui legibus adstringitur, 15.
Plena potestas dicitur quia perfecta, & ex omni parte absoluta, 16.
Potestatis verbum est æquiuocum, 17.
Plenitudo potestatis nõ extẽditur ad iniusta, 18
Conditio turpis impossibilis appellatur, 19.
Deus quãuis omnipotẽs non potest peccare, 20
Quod in priuato vim dicimus, in Principe tyrannidem appellamus, 21.
Adulatores quid sub nomine plenæ & absolutæ potestatis intelligant. Et multa aduersus adulatores, 22.
Arbitrij verbum æquiuocum esse, & in regulatum & liberum diuiditur, 23,
Merum arbitrium quid sit, multis exemplis demonstratur, 24.
Merum imperium non esse in Aragonia, quid significet, 25.
Merum arbitrium in dispositione rerum suarũ consistit, 26.
Princeps non habet merum arbitrium in leges, quas ipse solus neq; condit, neque derogat, 27
Prodigis de iure datur curator, sed non in Aragonia, 28. & 30.
Princeps sine causa infringens ius, peccat, 31.
Causæ expressio an sit necessaria & quando præsumatur in Principe, & iusta, 32.
Sola volũtas principis an sit iusta causa inspectantibus ad eum iure principatus, 33,
Difficilius vni iuri quam alteri derogatur, 34.
Ius maiestatis an sit iusta causa rescribendi cõtra leges, & in præiudicium tertij, 35.
Necessitas, & æquitas aliquando permittit, vt in aliquo casu, omisso iure ordinario, manu regia, & imperio vtamur, 36. 37. & 36
Manus regia est iudicibus, in aliquibus prouinciis concessa. 38.
Leges inuiolabiliter obseruandas esse, 40.
Princeps an præsumatur circumuentus, si contra leges rescripserit, & an tale rescriptum sit exequendum, 41.
In Aragonia an sint exequenda rescripta contra foros etiam ex secunda iussione, 42.
Scandalum publicum oritur & status publicus turbatur in Argonia ex fractione fororũ, 43
Iustitia est finis principatus, & administratio nis politicæ, 44.
D. Rex, & omnes eius magistratus in Aragonia iurant obseruare Foros, & libertates regni, 45.
Reges Ægyptiorũ iudices adiurabãt ne quid iniustè, etiã si Rex imperaret, iudicarẽt, 46
Verba Iustiniani elegãtissima referũtur, 47.
Promissio obseruandi leges facta à prædecessore, obligat successorem & quare, 48.
Princeps vi directiua non coerciua tenetur ad legum obseruationem, 49.
Verbum ius, & verbũ publicũ analoga sũt, 50
In iure priuato par est conditio principis cum subditis, 51.
Ius publicũ, est ius populi, qui suã maiestatẽ & imperiũ lege regia in principẽ trãstulit, 52
Lex regia quare ita appellata, 53.
Ciuitates aliquæ quare regiæ appellẽtur, 54.
Cæsaraugusta à quo denominata, & aucta, & de aliquibus eius laudibus. 55. & 59.
Ciues honorati Cæsaraugustæ, sicut & Romani in quinque classes sunt distributi. 56.
Cæsaraugusta quare dicatur Vrbs regia. 57.
Vnde originem sumpsit Reges nostros, Sacræ Maiestatis titulo condecorari. 58.
Quæ iuris publici sunt post legẽ regiam nõ ad populum, sed ad Regem spectant. 60.
Filijfamilias in his quæ iuris publici erant pro patribus familias habebantur. 61.
Ius publicum priuatorum pactis tolli non possẽ de quo intelligatur. 62.
Forma condendi testamẽta in quibus fuerit in Aragonia immutata. 63.
Ius acrescẽdi, & nõ decrescẽdi in Aragonia cessat. 64.
In Aragonia neque ex hæreditate, legitima, neque ex fideicommissis, Trebellianica, neq; ex legatis, Falcidia deducitur, 65.
Hæreditas in Aragonia quare nõ possit esse dãnosa, 66.
Ius publicũ dicitur secũdo modo, quod in constitutionibus Principũ consistebat. 67.
Ius publicum sumitur etiam pro potestate publica, & imperio magistratuum. 68.

5. Vigesimus tertius.

NOstri Doctores in Principe duplicem considerant †potestatẽ: aliam ordinariã, secũdùm quã inquiũt, 1
Principem esse sub lege, *a* quantũ ad obseruantiam, licèt non quantum ad vinculum. Aliam verò absolutã *b*: secundum quam tradunt, non esse sub lege, nec quo ad obseruantiã, nec quoad vinculũ. Alij verò *c* his tertiã addunt, ex qua de facto procedit, nõ habens in seculo, cui ratione reddat, qualis est potestas Baronũ nostri regni, respectu vassallorũ seruitutis, de quibus infra latius agemus. Sed in Principe supremo *d* multi ex nostris † hanc absolutã potestatẽ adesse negãt, asserentes talẽ, absolutæ potestatis, nomẽ ab ore I.C. ablegandũ fore; ex eo, quia quod in vim talis potestatis fit, magis ad vim, & terrorẽ imperij pertinet, quod inter bellicos stre pitus â Ducibus exercetur in castris, quam ad iustã optimi Principis potestatẽ, *e* magisq; Turcarũ Imperatori cõuenire tradũt, quàm christiano Principi, in quẽ à populo, lege regia, potestas collata est, cui vnicã tantũ tribuũt potestatẽ, *f* semper equè dignã, firmã, & efficacẽ: ad expediendũ ea omnia, quę sibi iure principatus licẽt atq; ita, distinctionẽ cõmunẽ ordinarię, & absolutę potestatis, nõ solum admittere renuũt, sed expresse reiciunt. Nos tamẽ iusta ratione † fateri cogimur, *g* in Principe supremo, vltra ordinariã, dari plenã, & absolutã potestatem, nõ eam, quam Doctores nostri plenã peccãdi potestatẽ appellant, quæ nõ potestas, sed dissoluta tẽpestas erat appellãda, quam nec apud populũ vnquã fuisse, nec ab eo lege regia in Principẽ translatã, Alciatus, *h* & alij affirmant, quod ius summum, licet noster I.C. *i* ad Sabi- 2 3

A Petra de potesta. Principis, cap. 1. nume. 7, & 8. & cap. 2. post Angel. in l. Princeps, ff. de legib. Decian. consil. 41. nume. 18. volum. 2. Rolandus consil. 100. num. 60. volum. 4. Thesaur. decis. 91. Rodulphus de suprema Princip. potestate, cap 1. nume. 3. Maur. Burgius de modo procedendi ex abrupto, centuria 1. quæst. 17. nume. 14.

B Petra vbi proxime, c. 3 q. 3. n. 62.

C Petra dicto cap. 3. q. 2 per tot. & dict. quæst. 5. num. 62. Montaluus in foro regio, lib. 3. tit. 6. delas herencias, l. fin. glos. fin. fol. 145. col. 1. glos. 2. ver sic. Alius modus.

D Couarru. lib. 3. varia. cap. 6 nu. 8. Sarmiento se lectar, lib. 1. cap. 8. nu. 20. Ferdinan Mendoça disputatio. iur. ciuil. lib. 1. ca. 5. q. 2. num. 35. Fortun. Garcia in repetitione l. Gallus. §. & quid si tantum, nume. 290. versic. Ego vero, & n. 301. & 311. Alciat. in l. censere, 111, de verborũ signific. Pinel. plures referens 1. p. rub. C. de rescin. vendi. c. 3 n. 24. & 25. Carol. Tapia in rub. de cõstitutio. c. 1. n. 77. & 78. Spino in specu. testam. 1, par. glos. rub. n. 25. Rolan. Cabagnolus obseruatio, & declaratio, ad antiqua decreta Montis ferrati ad decret. 20. §. 1. q. 10. n. 6. Angel. Matheac. de via & ratione iur. lib. 1. c. 34. n. 28. Alcia. consi. 201. n 14. Ferdinã. Vasq. controu. illust. lib. 1. c. 26. n. 2. & 18. Parlado, lib. 2. rer. quotid. 1. p. c. fin. §. 7. n. 10. Camil. Gallin. de verb. sign. li. 10. c. 33 n. 44. 45. Ias. in l. Barbarius n. 35. ff. de offic. prætor. Morla in emporio iur. p. 1. titu. de legib. n. 7. Iacob. Cancer variar. resolut. 3. p. c. 3. n. 114. Cabedo 1. p decis. 12. n. 9.

E Soto de iust & iur. lib. 4 q. 4. art. 1. col. 4. Fari. consi. 4. n. 10. 11. 21. & seq. F Ferdin. Vasqui. contro. illust. lib. 1. c. 5. n. 15. Riminal. iuni. consi. 45. n. 54. G Matien. lib. 5. recollectio. tit. 10. l. 3. glos. 12. n. 1 & 3. Lopez Madera delas excelencias de España, c. 1. Ioan. Orosc. in repetitio. l. Princeps, n. 23. ff. de legibus, Vasqui. vbi sup. c. 26. n. 11. & 18. Thesaur. decis. 91. n. 1. & 2. Petra de potesta. Princip. c. 1. n. 8 & 9. Peregrin. consil. 4. n. 14. lib. 1. Bernard. Græueus ad Gail. lib. 2 conclusio. 56. consideratio. 3 n. 3. & seq.

H in d. consi. 201. n. 14. & consi. 208. ad fin. versic. non obstat secundum. Bald. consil. 311. ad fin. 1. p. Curti. iun. in consi. 170. n. 29. Petra de potest. Princ. c. 24 n. 20. 34. & 35. & cap. 3. 2. q. princip. num. 10.

I l. 3 in fi. ff. de offi. præto.

Sabinũ ſcripſerit, multo magis in Imperatore obſeruãdũ, quàm in populo; tamẽ hoc intelligi debet, ideſt multo facilius, propter naturalẽ inter plures diſentiẽdi frequentiã. Eadem enim erat antea maieſtas, & poteſtas in populo, k quæ poſtea in Imperatore lege regia lata: vnde, quemadmodũ populus ſua lege tenebatur, ita & Imperator, in quo ideo dicimus dari abſolutã poteſtatem, quia illa à nulla alia poteſtate regulariter, regitur & pendet, nec ei, qui eam habet, aliquid quod poteſtatis legitimæ nomine cõtineatur, deficit, ſed omni ex parte, ita ſit perfecta & plena, vt merito cum Cicerone abſoluta valeat appellari: ſicut & Grãmatici ablatiuũ caſum: quãdo à nullo regitur, nec pendet, abſolutũ appellãt: quo ſenſu de genere bonorũ eſt abſoluta poteſtas. l Hæc à
4 noſtris appellatur m brachiũ, † ſeu manus regia, quæ iuſtum quidẽ imperiũ eſt. ſed ex arbitrio regũ pẽdens, nõ adſtrictũ legibus, neq; ordini, formulis vè iudiciorum, quę nõ minus iuſtitia, quàm poteſtate deffiniẽda eſt, ſed ſimplicitate quadã, ac celeritate in exequẽdo calliditatẽ fori nõ exercẽs, atq; definitur, † vt ſit arbitriũ ſupremũ,
5 nõ recognoſcẽtis iudicẽ ſuperiorẽ, nullo iure certo, forma, tẽpore, aut ordine reſtrictũ, ſed liberũ prorſus, cũcta reges, naturalis rationis dictamine, de fortunis, & vita hominis ſtatuẽs. Sed breuius àBaldo, n quod ſit plenitudo poteſtatis, ſeu arbitrij, nulli neceſſitati ſubiecta, nullisq; iuris publici regulis limitata. Habet primò diffinitio, quod ſit pleditudo, † quia qui iſtã pleniſſimã iuriſdic-
6 tionẽ habet, maiore nulla poteſtate impeditur, o cũ maius omnib⁹ habeat imperiũ, & omniũ magiſtratuũ partes, qui quoquo modo ius dicũt, ad ipſum pertinent: ex
7 qua idẽ I.C. p principẽ legibus † ſolutum tradit, nõ ſimpliciter, vt aliqui voluerũt, ſed tantum legũ ſolẽnibus q:
8 ex quo euenit, † vt poſſit donare Auguſtę cõſtante matrimonio,

k l.2.in fin.C.de adopti
L Probus in cap.1. nu.1 ne ſede vacante, in 6 Socin.conſil.266.n.51. volu.2.
M gloſ.& omnes in l.2. ff.de origin.iur. Cabalca. de brachio regio 1.p.c.7. N in l.2.nu.40. aliàs 45. C.de ſeruitut.& aqua Rodulph.de ſuprema Princip.poteſtate, cap.1. n. 3. Maur. Burgius de modo procedendi ex abrupto, queſt.17.num.15. Rolandus conſil.61.num.32.volu.3. Abb.in cap. Ad hæc, num.7.de reſcriptis. Decius in cap.quæ in Eccleſiarum, num.24.aliàs 98. de conſtitutio. Palacios Rubios in l.12. Tauri, nume.5. Peregrin. in tracta. de iure fiſci, lib.1. titu.3. num 63.& de fideiõmiſſ. tit.51.num 122. Curti.ſenior conſil.48. nume.56. Rojas in epitome ſucceſſio.cap.23 num.75. Velaz quez de Auenda. in l.40. Tauri, gloſ.11.nu 26. Capicius deciſ.166.num.11. Conradus in templo omni.iud.lib.1.c2.1.§.1.gloſ. purpureo palio, num.5. in fin. Perra de poteſta. Principis, cap.3. quæſt.1 nu.2. & quęſtio.2.ante num.1. Marta de iuriſdictio. 4.p. centuria 2. caſu 195 n.34 Thom. Sanchez de matrimonio, li.2.diſputa.15.n.3
O l.ſi in aliquam, §.fin.ff. de offic.proconſul. Marta de iuriſd.p1.c.3.n.5.
P in l.princeps.ff.de legibus, Matheac. de via, & ratio iur.li.1.c.34.n.2. Marcus Mãtua dialog.10 lib.1. Curti.ſeni.conſi.65. n.9.& Curt.iun. conſil.1. n.19.& conſi 174.n.8. Rolandus conſil.100.num.6.volum.4. Medicis de legib.4.par. quęſt.3. per tot. Decianus tracta. criminal. tom.2. lib.2.cap.30.num.5.8.& 10. Duaren.in comment.titu.de legib.cap.5. Conan.in comment. iur. ciuil.lib.1.cap.16.num.2.pag.100.C.& num.10.pag.107.B. Ioannes Chokier in theſauro ap(oriſmorum politicorum, lib.2.cap.2.pag.69.
Q l.ex imperfecto, l.omnium.C.de teſtam.l.fin.C.de legib.c.in cauſis, vbi late Felin. de re iudic.l.Æmilius Largianus, vbi notat Bald.ff.de minor..c.adpetitionẽ, vbi Annania.de accuſatio. Vaſqui.cõtro.illuſtri. lib.1.cap.1.num.12.& cap.2.num.1.& cap.26.nu.19.& de ſucceſsio.progreſ.in prẽfatione, num.182.

trimonio, necnon filio, in eius potestate cõstituto, r nec non spurio, f eiusque matri; & quod eius donatio non egeat insinuatione, t nec eius sententia iuris ordine u, nec solemnium defectus eius actus vitiet, x sed multa in eius persona singulariter sint recepta, quę priuatis nõ licent. Hocque non competit illi vi principatus, quo nõ violator, sed legum custos cõstitutus est (cum Principis nomen, iuris sit, non iniurię) sed priuilegio singulari, lege regia, concesso; y quo, sicut illi soli leges condere fuit tributum, ita & illi soli eas abrogare sit permissum; quo sensu solutus legibus dicitur, z vel † quia (vt Antonius Augustinus a vult) in hoc specialis lex emanauerit, quod postea omnibus, iure imperij, fuit permissum, etiam si nominatim non tribueretur; sed non indoctè illud I. C. nostri fragmentum, b † quo Principem solutum tradit, ad eas tantum leges refferemus, quas ibi Vlpianus interpretabatur, scilicet Papiam de caducis, augẽdi ęrarij causa, maximé bellis exhausti, latam; & Iuliam caducariam, seu Iuliam de maritandis ordinibus, contra cœlibes, promulgatam: c qua, forma connubiorum, & ius liberorum continebatur, d quod etiam lege Papia Popea fuerat constitutum: licet multis aliis de causis lex Papia lata fuerit, vt propter decimas, quæ ideo Papia decimaria fuit appellata, & illa quæ nulli, nisi ciui Romano, magistratum cõcedere permisit; e quia postquam in vnum Principem, lege regia, summum imperium translatum fuit, ita solutus fuit, vt quasi crimine sacrilegij notaretur, qui de hac Principis potestate disputaret; f hoc est, an dignus sit magistratu, quem Princeps elegerit? vel ciuitate, quem ad eam admisse-

9 10

R l. donationes quas diuus & ibi Doctores, C. de donatio. inter virum l. cum multa, C. de bonis quæ liber. secundum Xuar. in q. maioratus, num. 18. & sequen. Moli. de Hispanor. primogeni. lib. 1. cap. 19. num. 24. Loazes in respõso pro oppido de Mula, dubita. 1. fũd. 1. pro Marchione, num. 20. & 21. Petra de potest. Princip. cap. 3. quæst. 3. num. 65. & cap. 4 in princip. num. 9. speciali 6. & num. 12. specia. 9. Græueus ad Gail. lib. 2. cõclus. 38. n. 25.

S Menochi. consil. 421. num. 18. & sequen. & 478 num. 10. Surd. decis. 249. n. 11.

T Authentica, item á priuatis, C. de donatio. Rodericus Suarez disputatio. 9. de maioratu, nu. 27. Petra de potestate Principis, ca. 4. in princ. num. 15. special. 11. Riminald. in §. 1. num. 447. & sequen. Instit. de donatio.

V Afflict. in prælud. constitu. Siciliæ, quæst. 9. nume. 9. Bellug. in specul. rubri. 11. §. restat, num 4. vbi Camillus verb. iuris ordinem, versic. Fallit in Principe.

X Vasquius de succesi. creatione, lib. 3 § 26. à nume. 1 cum sequen. & de succes. resolutio. lib 1. §. 3 nume 10. & 11. Oldrald. de donatione facta à Rege Aragonum loquens cõsilio 231. Borrell. in additio. ad Bellug. rubr. 47. versic. Imperialis donatio.

Y vt inquit Marius Salom. in dicta l. Princeps. Z Guilielm. Barclaius de regno & regali potestate, lib. 3. cap. 15. pag. 199. versic. Vlpianus ergo.

A de legibus & Senatusconsultis, titu. de lege Cornelia, de soluto legibus, Conanus dicto cap. 16, num. 2. pag. 100. C.

B Cuiaci. lib. 15. obseruat cap. 30. & in paratitla ad titulum. C. de caduc. tollend. pag. 132. Rosinus antiquit. Roman. lib. 8. cap. 16. per tot. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 9.

C l. 2. C. de infirmand. pœnis Cęlibatus cap. quædam leges, 2. distinct.

D Marcus Vertranus in tracta. de iure liberorum, cap. 22. habetur tom. 8. tract. 2. par. fol. 11. Dion. Cassius lib. 56. Asinius in praxi iudiciorum, ad statutum de modo probandi mortem, §. 1. cap. 82. nu. 2. & 3. Conan lib. 8. commentar. cap. 1. num. 5. & sequen. pag. 855. &. sequen.

F Carol. Sigon. de antiquit. iur. ciui. Roman. lib. 1. cap. 18. F l. 2. C. de crimine sacrileg.

G Rosin.

admisserit? Quidquid lex Papia de peregrinis statueret, vel Iulia de Ciuitate, g quibus nullus alius, præter Principem, imo nec Augusta erat soluta, vt constat ex fragmento Iunij Mauritiani h lib. 2. ad easdem leges, vbi postquam Caius i in fragmento præcedenti dixerat: *Non esse in causa caduci relictum Principi, etiam si ante diē legati cedentem decesserit*, inquit Mauritianus, *Quod si Augustæ legetur, illaque ante diem legati cedentē deceßerit, deficere legatum, & esse in causa caduci*, Quia Augusta illis legibus soluta nō erat, nisi, vt inquit noster Vlpianus K I.C. *Princeps eidem sua priuilegia communicauerit*: Quem credo verum, & genuinum illarum legum intellectum, omissa communi distinctione, an legetur sub nomine proprio, vel sub nomine dignitatis: ad quod solent illa iura pas-
12 sim allegari. Quod si aliqui adhuc † contendant, Principem non his tantum, non solemnibus tantum, sed omnibus legibus simpliciter solutum, isti (vt inquit Osso-
rius) l tyrannidæ nota Principem reuerenter infamant, cum, & si lex Imperij solemnibus iuris Imperatorem
13 soluerit, m tamen aliquibus legibus † constat non fuisse solutum, vt falcidia, n Glicia, Voconia, o atquè ita veniam legis Voconiæ à Senatu Augustum petisse, apud
14 Dionem constat, quinimo sicut populus ipse † suis legibus tenebatur, ita & Princeps, cui, & in quem populus, lege Regia, omne suum Imperium contulerat: nec mirum, cum, vt inquiunt Imperatores; p *De auctoritate iuris eius pendeat auctoritas*, Quod legibus debeat viuere, easquè seruare Princeps, qui maiestate Imperij attenta, illis solutus videtur. Quod & magnus ille Rex Artaxerxes, q Principibus, & Ducibus, qui eius Imperio subiecti erant, rescribens, in hæc verba significauit: *Cum plurimis gentibus* (inquit) *imperarem, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugaßem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, sed clementia, & lenitate gubernare subiectos, vt absque vllo terrore, vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur*: Sed dicet aliquis, r non esse pe-
15 nes Principem † plenam potestatem, si illa vinculis esset circunscripta, legumquè compedibus astringeretur, & contineretur. Respondeo tamen,
16 quod licet † plenum ſ multis modis dicatur, plenam vero potestatem dici (vt supra tradidi) quia perfecta, atquè ita ex omni parte absoluta, vt nulla sit

maior

G Rosin. d. lib. 8. cap. 2. pag. 361. E. & 362. E.
H In l. si Augustæ, ff. de legat. 2.
I In l. quod Principi. eodem tit.
K In d l. Princeps.
L Lib. 5. de Regis institutione, fol. 159. Mariana de Rege, & Regis institutione, lib. 1. cap. 9. pag. 104 verſ. Sed ita tamen.
M l. apud eum, §. Imperator, ff. de manumiſsio. & ibi gloſ. fin.
N l. 4. C. ad l. Falcid.
O l. Papinianus, §. ſi Imperator. ff. de inofficio. teſtam. obſeruat Cuiacius, lib. 14. cap. 14.
P d. l. digna vox, C. de legib. l. ex imperfecto, ff. de legat. 3. l. ex imperfecto. C. de teſtamen & inſtitut. quib. mod. teſtam. infirment, in fin.
Q Esther cap. 12.
R Ex traditis à Bart. in l. inter bonorum, ff. de adminiſt. tutor. & in l. creditor, §. Lucius. ff mandat. & not. in l. 1. ad fin. ff. de offic. procurat. Cæſar. facit, l. fideicōmiſſa, 11. §. ſi ſic. verſ. quamquam. ff. de leg. 3. iuncta l. 1. ff de teſtam. milit. & in cap. fin. vbi Anton. de Butrio. de dilatio.
S Rebuf. in concordat. in forma mandati Apoſtolici, pagin. 653. gloſ. plenam.

maior in Repub. licet enim nunquam plenum dicatur, *t* cui aliquid deficit, ideo tamen verbo (*Plenitudo*) fuit adiectum verbum, *Poteſtatis*, quod licet æquiuocum † ſit, 17
& varie capiatur, *u* tamen nunquam comprehendit iniquum, *x* ſed ſemper à claue diſcretionis aperitur, vel clauditur, quia in re iniuſta, † non plenitudo poteſtatis 18
(quæ Imperium in Principe dicitur) *y* ſed tempeſtatis debebat appellari. *z* Vnde illud vulgo traditur, nos id tantum poſſe, quod de iure poſſumus, quia iniuſte poſſe, non eſt poſſe: & ideo conditio turpis † à noſtris impoſſibilis reputatur, facilequè, eam adijciens, de 19
mens præſumitur. *a* Principes ergo, quantumuis ſupremi, ægre ferre non debent, ſi aliquatenus eorum poteſtas, rationis, & honeſtatis regulis ſit reſtricta, cum (vt inquit Seneca) *b* ſi volunt omnia ſibi ſubijcere, ſubijciãt ſe rationi, à qua diſcent, quomodo ſe, & ſubditos regere oporteat, prout monuit Claudianus *c* Honorio, his verbis.

Sed comprime motus,
Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit
Occurrat, mentemque domet reſpectus honeſti.

Cum enim non maiorem, imo nec parem, Deo (à quo Principatum habent, & omnis poteſtas emanat) *d* appetere

T I plenum, in prin. ff. de vſu, & habitatio. c. ſi omnia, 1. q. 1. Decian. conſ. 36. nu. 3. vol. 2. Corne. cõſil. 329. nu. 2. vol. 1. Felin. in cap. conqueſtus de for. compet. Petra de poteſt. Princip. cap. 3. q. 1. nu. 3. Bald. conſ. 293. nu. 3. in 4 Iaſ. in l. naturaliter, §. nihil commune, col. fin. ff. de acquir. poſſeſ. & in l. ſi ita ſtipulatus, §. Titius, col. 2. de verborũ, Decius conſ. 43. Menochius de recuperan. in præludijs nu. 15 & conſ. 21. nu. 5. & 26. in 1. Riminal. conſ. 59. nu. 3. vol. 1. Tiraquel. de retrac. conſanguinit. gloſ. 1. §. 4. nu. 16. & de retract. conuentio. §. 2. glo. 1. nu. 40. in fin. Sarmiento de redditibus, 3. p. c. 2. nu. 7. Fabius Optinellus in repet. l. Imperium nu. 228. ff. de iuriſdict omn. iud. gloſ & Bal. in l. Iulianus in fin. ff. de rei vendicat. & in l. fœminæ, §. illud, C. de ſecundis nupt. & glo. in l. 1. in prin. verb. conſtat, ff. de orig. iuris, & in Clementina 1. vbi Cardin. nu. 2. de re iudica. facit cap. bene quidem, 96. diſt.

V l. poteſtatis, vbi Alciat. Rebuf. & Cagnol. ff de verb. ſign. Archidiac. in cap. magnum, 11. q. 1. Corne. conſ. 243. nu. 8. vol. 3. & Feli. in rub. de offic. iudic. delegat. Alex poſt Paul. in l. eum qui, ff. de iuriſdict. omn. iudic. l. 1. § in poteſtate, de exercit. act. & in l. 1. §. poteſtas, de peculio, & vtrobique Bart. & alij.

X Gloſ. abſolui. in cap. quanto de iureiuran. gloſ. adimplere in c. non eſt de voto, cap. manet, 24. q. 3. Decian. conſ. 8. nu. 94. vol. 1. Montaluus ſuper foro Regio, lib. 3. tit. de las herencias, l. fin. gloſ. fin. Foller. in praxi cenſual. verb. & ſubmiſſionis cuicumq; foro. nu. 17. Riminal. conſ. 13. nu. 74. & ſeq.

Y l. 1. ff de offic. Perfecti Prætor, & facit noſtri Iuriſconſulti fragmentum, ibi (lege Regia quæ de Imperio) & obſeruat Purpurat. in l. Imperium, nu. 211. ff. de iuriſdict omn. iudic.

Z Aymon. conſ. 241. num. 20 & in tract. de antiquit temp. §. non omitto, nu. 4. fol. 13. Hipol. Rimin. conſil. 45. a nu 49. cum ſeq. Vaſqui. controuer. Illuſtri. lib. 1. c. 5. nu. 17. Camil. Gallinius lib. 10. de verb. ſign. c. 33. nu. 45. cum ſeq. Peregrin. de iur. fiſci, lib. 1. tit. 3. nu. 65. in fin. Ant. de Sola in conſtitu. Sabaudiæ, 2. p. tit. de interinatione, gloſ. 1. nu. 7. & 8. Bart. Socin. conſ. 164. num. 17. vol. 2. & conſ. 120. nu. 14. vol. 3. Enricus à Roſental. controuerſ. feudal. tom. 1. cap. 7. concluſ. 19. nu. 30. f. f. pag. 317. col. 1 Ponte conſ. 4. nu. 22. Socin. Iun. conſ. 75. col. 2. lib. 2.

A l. filius qui in poteſtate 15. l. quidam in ſuo. 27. ff. de conditio. inſtitut. Bald. conſ. 326. n. 2. in fin. & ſeq. p. 1. & in l. eam quam, nu. 33. C. de fideicom. Capic. deciſ. 166. nu. 12. Tapia in dialogo. de triplici bono. lib. 2. pag. 164. col. 2. pluribus exornat Petra de poteſta. Princip. c. 3 q 3. nu. 9. & ſeq. gloſ. in l. ſi cum dies 26. §. compromiſſo, ff. de arbitr. facit tex. in l. vulgo, ff. de ſtatu homin. Raudenſ. de analog. cap. 34. nu. 39. & ſeq.

B Epiſt. 37. C In panegyr. in 4 conſult. Honorij, pag. 164.

D Sapien. cap. 6. ibi à Domino Imperium à ſupremo poteſtas eſt data. Diuus Pau. ad Rom. cap. 3.

E Cap.

20 tere liceat, quem, aperto † ore fatemur nihil iniuſtum facere poſſe; quia peccare poſſe, non eſt aliquid poſſe, ſed deficere poſſe, e at tamen in Deo, tanquam in ſummo bono, non poteſt dari defectus: ſergo poteſtas, quę à Deo emanat, non poteſt eſſe ad malũ. Quod ſi ad malum vertatur, non dicemus eam, poteſtatis plenitudinẽ,
21 ſed tempeſtatis, & tyrannidis potentiam; cum id, † quod in priuato vim dicimus, in Principe tyrannidem appellemus. Inde noſtri tradiderunt, Imperatorem non poſſe delinquere, quia, vt inquit I. C. *g Ex principali maieſtate calumniæ facultatem capi, non oportet; imo in maxima fortuna minima debet eſſe licentia.* *h* Ex quibus intelligetis, à quam
22 notis principijs deuiauerint adulatores, † qui tempeſtatem, & tyrannidem, ſub nomine plenæ, & abſolutę poteſtatis, vt ſe in gratiã Regũ inſinuent, comprẽhendi tradiderunt, eam miris laudibus extollentes, atq; magna cũ impudentia ſuadẽtes, & contẽdentes Principẽ omnino legibus ſolutũ, eiq; omnia eſſe honeſta, & iuſta: illius meretricis, Antonij Caracalle nouercę exẽplo, quæ Imperatori priuigno ſuo dicere ſolebat, *Si libet, licet.* Quod & Perſici Iuriſconſulti Regibus ſuis ſuadebant, *i* tanquam legibus patrijs cautũ eſſet, exiſtimantes imminui Principis maieſtatẽ, ſi nõ omnia ex arbitrio licerent; nec Regiũ eſſe, legibus habere voluntatẽ alligatã, ita vt nõ poſſint facere omnia, quæ vellent. *Sed hæc* (vt dicebat Antigonus) *k Barbarorum Regibus ſuaderi poterant, nobis enim* (inquit) *ea dumtaxat honeſta ſunt, quæ honeſta; & ea iuſta, quæ iuſta:* Et nihil magis Regiũ eſt, quã vinculis arcere libidinem, & ſemper, non quod ipſe vellit, ſed quid lex, & Religio cogat, cogitare; & nihil tã propriũ eſt Imperij, quã legibus viuere. Imo (vt inquiunt Imperatores, Theodoſius, & Valentinianus) *l Maius imperio eſt, ſubmittere legibus Principatum*: Vt enim felicitatis eſſe videtur, poſſe quantũ vellis, ſic magnitudinis eſt, velle quãtum potes: miſerrimumq; eſt velle facere, quod non licet: ſed multo miſerius, poſſe facere, quod ita vellis, nullis legibus actrictus; ſine quibus nec vlla Reſpub. ſalua eſſe poteſt, nec Regnum ſtabile, vbi, pro lege, ſola volũtas Principis ſeruatur. Quare cauendum maxime eſt ab his adulatoribus, *m* patrię, & virtutis inimicis,

E Cap. principium, § charitas, de pœnit. diſt. 2. Riminal. conſ. 13. nu. 76. Vaſ qui. controu. Illuſtr. lib. 1. c. 27. n. 1. Lelius Zanc. de duello lib. 1. c. 39.

F Belarmin. de controu. Chriſtia. religio. tom. 3. li. 2. cap. 18. pag. 153. ad fin: & pag. 155. in prin.

G l. penul. ff. de hæred. inſtitu.

H Plura per Iuſtum Lipſium, lib. 2. politic. c. 10. & Oſorium, lib. 5. de Regis inſtitutio. & Simancas de repub. lib. 4. c. 15.

I Briſon. de Regio Perſarum Principa. lib. 1. pag: 30. in prin.

k Oroſcius in d. l. Princeps, n. 26. Vaſqu. vbi ſup. Tapia de vera hominis nobilit. lib. 2. p. 216. col. 1 verſ. præclare igitur.

L In l. digna vox, C. de legib.

M Petr. Gregor. de Republi. lib. 8. c. 17. Bouadil. in politi. lib. 2. c. 8. nu. 27. & lib. 3. c. 9. n. 13. 24. & ſeq: Siman. de repub. lib. 4. c. 15. Benedic. in c. Rainuti verb. condidit, el 1. n. 49. & 50 Marian. de Rege, & Regis inſtitut. lib. 2. c. 11. Ribaden. en ſu inſtitucio del Principe Chriſtia. li. 2 cap. 29. & 30 & plura per Plutarch. in lib. de amici & adulatoris diſcrimine, Paulus Minerua in ſchol. ad Nilũ, præcept. 16. Cermenatus in rapſodia. c. 23 Ioan. Chokier aphoriſm. politi. lib. 4. c. 3 l. 5. tit. 13 part. 2 in fin. Maſcard. de probat. concluſ. 56. Zeballos in ſpecul. 4. tom. concluſ. 3. alias 899. a n. 198 & ſeq. pag. 233. & 234.

micis, quibus nulla pestis seuior, nulla bellua truculentior, nullum immanius monstrum fingi potest: qui veritatis lumen extinguere, atquè opprimere, cęcitatemq; inducere conantur.

Et mutat faciem, variosq; sumit colores, n
Præter rubrum, & candidum;
Et solum mores imitatur Principis atros,
Albi, & pudici nescius.

Quia (vt inquit Bernardus) *o* dum plenitudinem potestatis extollunt, iustitiæ plenitudinem deprimunt, & talia Principibus consulentes, eosq; blandis, mollibus, & fucatis verbis decipiētes, quia proptius Placentiam semper ambulāt, quam circa Veronā, vt inquit Rebuffus *p*, possidebit infernus, psallunt namq; Principibus placebo, sed nunquam peruenient, in regionē viuorum; quia cupiditate, & humanarum rerum affectu excecati, libere iactant, Principum voluntatem legem esse; atq; ita fumo gratiæ principalis confidentes, non solum humanitatis iura violare nō verentur, sed (vt dicebat magnus ille Rex Assuerus) *q* Dei quoquè, cuncta cernentis, arbitrantur se posse fugere sententiam: & in tantum vesanię prorumpunt, vt eos, qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta agunt, vt omnium laude digni sint, mendaciorum funiculis conentur subuertere: dum aures Principum simplices, & ex sua natura alios çstimantes, callida fraude decipiunt. Qui fumo puniendi erant, quia fumum vendunt, vt fuit factum ab illo magno Imperatore, Alexandro Seuero. *r* Isti enim, qui talia Principibus consulunt, quorum magniloquentia sufflati, vera credunt ea omnia esse, quæ de se ipsis audiunt prædicari, Principatusq; maximum pignus putant, si quidquid alijs non licet, solis licet; eos in latebris irridēt, atquè in necessitatibus, & periculis constitutos deserunt; quia sunt sicut pediculi, qui corpora exanimata deserunt, vt pote defecto sanguine, quo alebantur: & sicut Delphini, qui, quousquè vnda subest, comitantur nantes. Tempestate superueniente recedunt, & sępe videntes, non idem auctoritatis habere indissuadendo, quam in suadendo habuerūt, in maximos animi merores incidunt: adeo vt quandoq, de salute quoquè sua desperare contingat, vt euenit Lutetiæ *s* cuidam, qui Regi suasit vt rusticis, annonam

N Alciatus emblem. 53. vbi schol. Claudij Minois pag. 258.

O Lib. de consideratione ad Eugenium, Gambarus de potestate legati. li. 10. num. 161.

P Regula 16. de non tollendo iure quæsito, glo. 6 num. 35. pag. 268. Borrel. de Regis Catholici præstantia, cap. 62. num. 120. Rojas in epitome successio. cap. 23. num. 116.

Q Esther cap. 16.

R Petr. Erodius rerum iudicat. lib. 6. tit. 8. c. 32. Ioan. Chokier in thesau. aphorism. politic. lib. 2. c. 8. exemplo 22. pag. 109. Orozco Couar. lib. 2. emblem. 19. & Petrus Crinitus de honesta disciplina lib. 18. cap. 11. Ælius Lamprid. in vita Alex. Seueri, pag. 362 & 363. Bonadi. in polit. lib. 3. c. 9. nu. 24. pag. 566. B. Redin. de materia, Princip. verb. paucis familiarem, nu. 31. fol. 121. Menoch. de arbitra. casu 344. à num. 4. Mariana de rebus Hispanię lib. 4. c. 8. pag. 153. ad med. Duaren. disputatio. aniuersar. li. 1. cap. 25. per tot. & in commentarijs ad lib. 4 C. tit. 3. de suffragio, 2 par. pag. 1199.

S Ioan. Chokier in thesaur. aphorism. politi. lib. 4. cap. 3. exemplo 9. pag. 286.

nonam

nonam in Ciuitatem asportantibus, certum tributum imponeret, qui moriens testamento cauit, vt incloaca, in qua totius fori frumentarij sordes confluunt, sepeliretur: vt de se ipso consultę adulationis pœnas sumeret. Vel saltim irridentur eos, quos eorum prauis consilijs, & assentationibus vident in necessitate constitutos, vt euenit [t] Regi Petro Castellæ, qui verbis iniurioſis à quodã eius familiari, & sua facta laudante lacessitus, & iuste eũ à fratre occissum irrisorie proferente, mortis doloribus pressus, sapienter, & vere locutus: respondit, se iuste mori, quia iniuste eum viuere passus fuerit, ac in eo vitium adulationis honorauerit. Mallint ergo Principes sapiẽter corripi, quam stultorum adulatione decipi: [u] *Cum meliora sint vulnera diligentis, [x] quam fraudulenta oscula blandientis*: quia Dominus interrogabit opera eorum, [y] & cogitationes scrutabitur, & si non recte iudicant, & custodiunt legem iustitiæ, iudicium durissimum subibunt, & tormenta potenter parientur: quia sicut in throno hominum, primi constituti sunt, sic & in pœnis, si iustitiam non fecerint, primatum sunt habituri: & illud in eos exclamare licet cum Virgilio. *

Si genus hominum, & mortalia temnitis arma
At sperate Deos, memores fandi atq; nefandi.

Quas vt euitare, & saluti animarum suarum prospicere valeant, nõnunquam ad instar ęgrotorum, ab illis sumenda sunt amara salubria, & vitanda pernitiosa dulcedo, atquè ita amplecti veritatem, cuius radices licet sint amaræ, fructus tamen suauissimi sunt. Nequè enim alterius rei inopia, laborant magna fastigia, nec aliquid omnia possidentibus deest, nisi qui verum dicat: [z] sed vt inquit D. Augustinus, [a] vterquè reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat.

Secundo sequitur in diffinitione (*& arbitrij*) cuius verbi, alijs significationibus omissis, [b] ad nostrum Institutum solummodo in duas species diuidemus; [c] scilicet, in regulatum lege, iure, ęquitate, & ratione scripta: quod ad potestatem ordinariam pertinet, & in liberum, & solutum, quod nullo sit coactum Imperio, ac in mera alicuius voluntate positum, & qui illud habet, possit impune iniquum ęquo prędferre, [e] & solemnitatibus iuris sit solutus: quod ad absolutam potestatem spectat, & plenum arbitrium voluntatis.

T Roderic. Sancius histor. Hispaniæ, 3. p. in eius vita, cap. 15. & seq.
V Eccleſiast. cap. 7.
X Prouer. 27.
Y Sapient. cap. 6. Cermenatus in rapsodia, c. 40. Anton. Augustin. in epitom. iur. Pontif. veter. lib. 10. tit. 2. cap 4. pag. 597. & c. 13. pag. 599.
Z Ex Seneca Lipsius in notis ad 3. lib. politic. pagin. 44. verb. libertatem.
A Cap. quisquis 11. quæstio. 3.
B Menoch. de arbitrar. q. 1. Simon Schardus in lexicon iuris, verb. arbitrium
C Menoch vbi proxime, q. 6. glos. in l. fideicommissa, §. quamquam, verb. arbitrium ff. de leg. 3.
D Iaſ. in l. si quis maior, nu. 16. & Bertazolus 325. C. de transactio. Hortensius Cabalcan. de brachio Regio, 1. p. nu. 17.
E l. cum quidã, la. 2. ff. de leg. 1. glo. arbitrium, in d. §. quamquam, l. 1. de milita testam. Cabalcan. vbi proxime, 3. p. num. 241. & seq.
* 1 Æneid.

tis. Vel ſecundum aliquos, † merum appellatur, *f* hoc eſt purum, non commixtum legum actionibus, vel accuſationibus, nec iuris ſolemnibus, aut pœnis, prout merum vinum dicitur, ſine aqua, mera ſpes, ſine re, mera ratio, abſquè æquitatis interpretatione: *g* merum ius gentium, abſquè præceptis ciuilibus, aut prætorijs: *h* mera pœna, ſine rei perſequtione: *i* merum aurum, quod argento nõ eſt admixtum: k mera actio in rem, merum factum, quod datione non eſt admixtum: *l* merum poſſeſſorium, *m* quod cauſam proprietatis non habet admixtã, mera conditio, *n* mera facultas: (licet hoc verbum aliquibus comentitium videatur, tamen magiſtrale eſt, & à noſtris Doctoribus *o* vſitatum,) merum officium prætoris, *p* quo ſenſu per forum noſtri Regni reperitur, diſpoſitum, *q* merum † Imperium fuiſſe in Aragonia incognitum, prout purum, & legibus ſolutum eſt, nulli iuriſdictioni coniunctum, ſolum ad exequtionem, non vero ad cauſæ cognitionem pertinens, *r* quod (vt ſupradiximus) manus Regia appellatur, & abſolutum, ac merum arbitrium. Quod cum † in rerum ſuarum diſpoſitione, *ſ* non autem in alienarum diſpenſatione conſiſtat, inde fit, quod Princeps ſupremus, iuris † à ſe ſolo conditi, tanquam rei proprię, ita plenus moderator, & arbiter exiſtat, vt nemo dicere ei valeat, cur ita facis? *t* quia cum totius iuris prima cauſa ſit, non eſt dare aliã cauſam primæ cauſæ, nec ſibi talem legem dicere poteſt, à qua nũquã diſcedere liceat: *u* at vero ſi legis, & iuris conſtituti alia ſit prima cauſa, vt in noſtro Regno, vbi non Domi-

24 25 26 27

F Petr. Greg. in ſintagm. iur. lib. 47. cap. 15. nu. 18. Cuiacius in comment. ad titu. de verb. obligat. l. 43 pag. 343. & obſeruat. lib. 2 cap. 2 Claudian. cantiũcula in tract. de officio. iudicis, lib. 2. cap. 7. de mero & mixto imperio, n. 5. Corraſ. Miſcelan. l. lib. 3. cap. 17. nu. 4. Parlador. rerum quotidianarum, lib. 2 c. 1. nu. 4. Fontanella de pactis dotalibus, clauſ. 4. gl. 14. nu. 42. & 43. fo. 224.

G l. ſi mandauero, ff. mandati.

H l. bona fides, ff. depoſiti.

I l. 1. ff. ſi quis ius dicenti non obtemper.

K l. Pomponius, ff. de rei vendicat. Quintana Dueñas, de iuriſdictio. lib. 1. tit. 8. cap. 8.

L l. qui res, §. mihi Romę ff. de ſolu. Tib. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 2. nu. 4. Calefactus in d. l. imperium, nu. 100.

M l. naturaliter, §. nihil cõmune, ff. de acquir. poſ. Põte conſ. 93. nu. 16. & 17.

N l. cum ſeruus, verſ. Sed nos, ff. de condit. & demo.

O Aymon de antiquitẽpor. 4. p. §. circa præmiſſa. Menoc. de arbit. lib. 2. centu. 1. caſ. 44. Decian. conſ. 108. à n. 21. cum ſeq. vol. 3. Anto. Gab. comm. concluſ. tit. de præſcriptio. cõcluſ. 10. Corraſ. Miſcelan. lib. 6. cap. 21. Couar. var. reſolu. lib. 1. cap. 9. nu. 2. Fontanella vbi ſup. clauſ. Barones, 4. glo. 17. à num. 11. cũ ſeq. fol. 248. col. 4.

P §. prætoriæ, inſt. de diuiſio ſtipulatio. vbi gloſ. Vaconius à vacuna declaratio iuris, lib. 6. declar. 78. n. 7

Q §. Item del mero, ſub. tit. priuil. gener. Arag. Seſſe deciſ. 74. nu. 44. & ſeq. facit l. 2. tit. 25. part. 4.

R l. ſi quis forte, ff. de pœnis. l. cum reis, l. ſi operis, l. pœnam. C. eod. tit. l. acta, §. de amplianda, ff. de re. iudic. Marta de iuriſdict. 1. p. c 36. nu 21.

S l. in re mandata. C. mandati. l. creditor, §. Lucius, ff. eod. l. impuberi. de adminiſt. tutor. l. ex facto poſt principium, ff. de vulgar. l. in fraudem, ff. de milit. teſtam. & facit l. cum quidam, ff. de leg. 3. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. de petitio. hæred.

T Bald. in prælud. feudorum, nu. 34. & in prohem. C. ſub num. 8. Igneus in l. donationes quas parentes. ſub nu. 14. C. de donat. inter virum, Iaſ. inter conſ. feudalia, Bruni conſ. 8. à num. 8. cum ſeq. Petra de poteſtate Princip. cap. 3. q. 2. nu. 2.

V For. vnic. de ſecund. confirmatione monetæ, l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de leg. 3. Bart. in l. Lutius, la 2. ff. de fideicommiſ. libert. Bald. in l. digna vox, num. 2. C. de legib. Roman. conſ. 444. num. 10. Rolan. de lucro dotis, q. 84. Menoch. conſ. 250. num. 22.

X l. ni-

dominus Rex solus est prima Fororum causa, sed cum populi consensu, in quatuor regni brachiis, repræsentati, ipsa lex voluntati Principis quantumuis supremi, resistere valebit: cum enim ius à se solo non fuerit ortum, neque sola eius voluntate deficiet. x Sed quãtumuis libera potestas, absolutumque arbitrium, & ipriuatis de rebus suis, & Principi de iure, à se solo condito, disponendi pro libito sit concessum: adhuc tamen nec prjuatis in rebus suis tam libera facultas mansit, vt liceat eis abuti, quia interest Reipublicæ, ne quis
28 re sua male vtatur, y & ideo si abutantur † tanquam prodigis bonorum suorum administratione interdicta, curator à Prętore tribueretur. z Ex qua ratione in-
29 quiunt Doctores, a quod cum Baro † male, ac cum sęuitia tractãs vassallos, dicatur potestate abuti, debeant vassalli ab ea eximi, & illi administratione talis dominicæ potestatis, qua abutũtur, à superiore priuari: b cum anticuitus, ex prædicta causa patronus clienti fraudẽ faciẽs, lege duodecim tabularum, c sacer, & ignominiosus erat, hoc est execrandus, ac detestandus, ita vt sacris interesse eidẽ interdiceretur; d licèt alij inde sacros dici voluerunt; quia quos velint impuné occidi, eorũ corpora cuipiã Deo, maximè ex inferis, non ex superis deuouere solerẽt: quo sensu intelligitur lex Romuli, e de proditoribus, qua sanxit, cõuictum eius criminis licere cuiuis, vt diti sacrum interficere. In nostro tamen regno † ita
30 plenũ, & absolutum cuiuis rei suæ dominiũ conceditur, vt quãuis nimis sit flagitiosum sinere rem familiarẽ delabi, tamen posset quis, etiam abutendo, illam perdere: cum nec prodigis tribuatur curator, f sed solummodo furiosis, & dementibus; ita vt re sua abutens, nõ magistratus authoritate, nec Prætoris imperio, sed sola paupertate comprimatur: Quæ ratio, extenditur etiam ad Barones, in suos vassallos seruitutis sæuientes, & potestate dominica abutentes, vt quo ad illos, & illorum bona, nec dominus Rex vllo modo, nec alter quisquam Magistratus se valeant intromittere.

X l. nihil tam naturale, ff. de regul. iur.

Y §. in potestate, Instit. de his qui sunt sui, Alberic. in dict. l. in re mandata, num. 1. & Castren. 2.

Z l. is cui bonis, vbi Doctores, ff. de verb. obliga. l. 1. de curat. furios. Spino de testam. glos. 10. n. 48. late pluribus relatis Horatius Carpanus in lucubrationibus ad statuta Mediolani, 1. p. de interdictione administrationis bonorum, cap. 424. cum tribus sequenrib.

A Iaſ. in prælud. feudor. nume. 69. Grammatic. decis. 104. nu. 13. & 14. Gail lib. 1. obseruat. 17. num. 4 & 5. Bæça de inope debitore, c. 15. num. 25. & sequen.

B Iacob. Cancer variar. resolutio. p. 2. cap. 2. nume. 166. & seq. Rolandus consil. 18. volum. 3. Guid. Pap. decis. 62. Celsus Hugo consil. 60. nume. 49. in fin. Peguera decis. crimina. 36. Gallinius de verb. signif. lib. 10. cap. 15. n. 28

C Ioan. Rosin. antiq. Roman. lib. 1. cap. 16. Tiraq. post Alicarnaseum, & Plutarchum in adnotat. ad Alex. ab Alexan. lib. 5. c. 10. verb. Nam dicentem. pagi. 895

D Bude. in anotatio. ad l. 2. ff. de pœn. p. 113. Gail. de pace publica, lib. 2. c. 1. n. 10. & lib. 1. c. 2. n. 21. Cęli. Rodigi. lectio. antiqua. lib. 7. c. 11. Corras. in l. tãtum, §. sacræ res, n. 3. & 4. ff. de rerum diuis. Gouarr. in c. alma mater, 1 p. c. 8. n. 6. Azeuedo lib. 8. nouæ recopil. tit. 19. l. 1. n. 41.

E D. August. lib. 7. de ciuit. Dei. c. 23. prope med. vbi anotat. Ludoui. Vibes & Rosinus vbi proxime c. 15.

F obseruant. item de cõsuetudine, titu. de tutoribus.

Nec etiam Principi, quantumuis † supremo, concessum est, passim, sed raro, g & cum causa, tam libera, & absoluta iuris infringendi potestate vti: cum illa ad ea quæ sunt ex bono, & æquo, restringi soleat, h aliàs namque peccat, i & impossibile dicitur, K quod cum peccato fieri potest, maxime in Principe, in quo omne iniustum, & inhonestum impossibile reputatur. Quo sensu debet intelligi illud quod authoritate l. C. à nostris per manus traditur, scilicet impossibile reputari id; quod à sola Principis voluntate pendet, hoc est, iniquum esse, si talis voluntas non esset iuri, & rationi cõformis: cum ea quæ iuri repugnant, non soleant ab optimo, & iusto Principe impetrari, & concedi, nisi ex magna causa: cuius expressio † non est necessaria, cum nostri velint eam semper in Principe præsumi, l etsi exprimatur, quod sit vera & iusta, duobus tantum casibus exceptis. Primus, m si contra fidem debitam, veniat ad violandam legem contractus, etiam cum subdito initi, vel aliam quamlibet proprio iuramento, vel iure naturali firmatam. Secundus, n si ex tali concessione ius tertij infringeretur. His namque casibus, de quibus infra latius agemus, nec causa, nec si expressa sit, idonea, ac sufficiẽs præsumitur. Quod enim † dicitur, o solam voluntatem Principis iustam causam esse, intelligendum est circa 31 32 33

G D.Tho.1.2.q.97.art.1 vbi Barthol.de Medina, & alij Theolog Moli.de Hisp an primog.lib.2.c.7.nume.31.& duob.seqq.Couar.pract.quæst.c.31.n.4. ad med. Iaſ.inter consil. feudal.Bruni cons 8.n.50 & ibidem Ioan.de Neuiz. conſ.12.à n.140. cum seq. Cabedo decis.78.nu.2.& decis.79.n.2.& 4.p.2. & alii relati á Mauro Burgio de modo procedendi ex abrupto, cẽtu.1.q.17.n.21

H §.in bonæ fidei, ibi, Libera potestas, Instit.de actio.vbi not.omnes, Surd. consi.313.n.95.

I Petr.de Aragon in 2.2. q.60.in explicatio. art.5. col.8.B. Capic.decis.166 n.14.Afflict.super 3. feudor.tit de Capitan.qui curi.vendidit,§.similiter,nume.14.Abb.& Deci. in c. quæ in Eccleſiarũ, Couar. in epito.4 li.decreta.2.p. c.6.§.9.n.19.& in c.alma mater,p.1.c.1.n.4.& practic.cap.31.n.4.pag.226. colu.1 ad med. Grammatico 15.& 35. Matiençe lib.5. titu.10.l.6,glos.1. n.14.Hojeda de incompatibil.benef.2 p.c.12.n.39 & seq. Fortuni.Garcia in d.l.Gallus,§.&quid si tãtum, n.295.Ioseph.Gõçalez variar.quæst c.41.n.11.Alcia.consi.201.n.11.Petra de potest.Princ.c.2 n.6.& seq.Sayr.in claui regia lib.3.c.9.n.12.Aldera.Masca.de statuto.interpretatio.conclu 5.n.181.& seq.

K glos.in c.faciat,22. q.2.&in d.l.si cum dies,§.compromisso,ff.de arbitr.vbi glo.in ver.nõ honestũ,c.cõtingit,eod.ti.c.indecorum,de ætate,&qualit.c denique,ad fin.4.distin.l.vulgo,ff.de statu hominũ,Alex.Raude.de analog.c.34 n.39.& seq.l ex facto,ff.de vulgar.

L Paris.cons.1.n.63.vol.1.Alex.cons.155.n.14.vol.6.& consi.94.n8.vol.1.Iaſ.in l.fin.n.5.ff.de flumi.Menoc.cons.100.n.16.&17.& de recup.rem.8.n.59.&præsũ.10 à n.1.cum seq.li.2.Ioan.Gracia,regu.379.per tot.Aymõ cons.135.n.42 Burſa.cons.54.n.19.Vasqui.cõcron.illust,c.25.n.17 Castald.de Imperatore,q.110.casu 298. Surd,cons.210.n.34.&35.Nicola Festas de collect.4.p.c.6.n 19.Camil.in addit.ad Bellu.rub.5.verb.pro Principe,Conra.in templ.omn.iud li.1.c.1 §.4.vers.Vigesimoquarto.per tot.Græue.ad Gail.cõcl.58.conside.1 Fachi.lib.8.cõtro.c.65. versi.sexta quæstio.

M Abb in c.quæ in Ecclesiarum, nu.14,Felin.62.& Deci.27. de constitu. notant omnes in c.1.de probatio.Bald.consi.326.Rex Romanorum,num.10.in fin.lib.1.Aymon consi.241. & Neuizanus inter consi.feuda.Bruni,consi.12.num.90.& 145.

N Anchar.consi.398.n.4.in fin.Paul.in l hæredes palam,§.si quid,n.4.ff.de testam.Capic.d.decis.166.nume.8.& 9 Alexan cons.94.n.6.volu.1.Deci,cons.114.n.3.cons.220.n.2.357.n.6.576.n.16.& 689.n.10. 11.& 16.Conrad.in templo omni.iudic.li.1.c.1 §.3.versi.Nono Imperator.

O glos.fi.in l.relegati,ff.de pœnis,glos.à Romano Pontifice,in c.si gratiose.de rescript.in 6.glos.ex quavis causa,in c.si eo tempore,de electio.in 6.glos.à quocunque,in c.constitutus,de religiosis domib. Alex.consi.155.n.13.& 14.volu.6.Iaſ.in l.fin.n.6.ff.de flumin.Velazq.de Auenda.in l.40.Tau.glos.11.nume.24.Pinel.in 1.p.tit C.de rescind.c.2.n.12.Hojeda de benef.incompatib.2.p.c.12.n.38.

est circa ea, quæ iure principatus ei competunt; in quibus, absque fidei, & iu
ris naturalis violatione, atq; Reipublicæ, vel priuati lesione dispẽsandi pro li
bito, nõ iniuria, sed iure, liberrima mansit potestas, *p* quam plenitudinẽ pote
statis, vel absolutam potestatem esse fateor: quæ enim iniuria fiunt, nõ potes-
34 tatis sunt, sed tempestatis (vt supra diximus) nec etiã † tam facile (etsi liceat)
vni iuri, quam alteri derõgari debet, v.g. Rom. Pont. licet Concilij constitu-
tionem tollere possit, *q* non tamen per solam clausulam, non obstãtibus, cẽ
sebitur velle eidem derogare, sed eius requiritur expres sa mẽtio, *r* quasi firmior sit, quod plurimorũ sit iudicio
35 sancita. Neq; sufficiẽs, † & legitima causa est ad rescribẽ dũ in præiudicium tertij, & cõtra ius constitutũ, & leges sancitas, sola ratio maiestatis imperij, & dominationis, quę vulgo à politicis, *razon de estado*, appellatur, quæ si es set illa, quam Machiabellus (vir impius) docuit, merito à Sixto Quinto, Romano prẽsule appellabatur, *razon del diablo*, cùm, contempta religione, atq; ęquitate, & iu stitia neglecta, aliquid expedire velle Principem non sit credendum, cum enim christiani Principis iustitia sit, neminem iniuste per potentiã opprimere, *s* nec more Titiani, & Proculi procedere, qui (vt inquit Cornelius Tacitus *t*) vbi consiliis vincebãtur, ad ius Imperij trãsi bant, ac etiam impij Neronis, *u* qui nõ crimine, nec ac cusatore existente, quia speciẽ iudicij induere nõ pote rat, ad vim dominationis cõuertebatur; sed exẽplo opti mi Principis Tyberij Augusti, *x* qui cum in causa Caij Sillani diuersę in Senatu sentẽtię proferrẽtur, & Corne lius Dolabela ad violatum Augusti numẽ, & spręta Ty berij maiestatẽ recurrendũ statuisset, vt sic eius causa nõ legib⁹, sed secũdũ imperij maiestatẽ, dominationisq; ratio nẽ iudicaretur, Senatui, in hæc verba respõdit: *Ne verte rent sapienter reperta, & semper placita: satis enim onerum princi pibus, satis etiã potẽtiæ, minuiq; iura* dicebat, *quoties gliscat potes tas, nec vtendũ imperio, vbi legibus agi possit: y* ad quarũ viola tionẽ tyrãni Principes, vt nomẽ rationis status a bomnib⁹ male acceptũ, honestiori vocabulo tegãt, rationẽ boni re giminis appellẽt, ne Machiabelli dãnati hominis impiæ doctrinæ, hac in re annuere videãtur, qui in priuatã sui Principis vtilitatẽ nõ in bonũ publicũ omnẽ suã status

P Ferdinand. Vasqui. cõ trouers. illustr. lib. 1. c. 16. n. 19. & 31.

Q glos. concil. in fin. in c. vbi periculũ, de elect. in 6 Abb. in c. significasti, nu. 3 de elect. Feli. in c. 1. n. 23 de const. Iacoba. in trac. de concilio lib. 5. art. 15. Conar. vbi sup. n. 6. Cõra in templo omn. iudicum, lib. 2. c. 1 §. 4. vers. Nono. n. 6. & 7.

R Deci. in c. prudentiã, n. 10 & 18. de offic. deleg. Anãra Germo. de immun. sacro. lib. 3. c. 11. n. 52. 55. & seq. Alex. consi. 122. n. 9 lib. 4. Cabal. decis. 29. n. 16 & alij relati à P. Cenedo in collectan. 2. p. collect. 123. ad c. nonnulli, de rescrip. n. 3. licet ipse contra rium teneat.

S Anto. Augustin. in epito. iur. Pontif. veter. lib. 10. ti tu. 2. c. 13. p. 559. Bobadi. in polit. lib. 2. c. 2. n. 82. & c. 10. nu. 17. Gundisalu. de Valcarcel. in discursu pro D. Petro Ponce de Leon, super Comitatu de Baylé art. 2. & 3.

T lib. 18. histor. in paruis pag. 609. & in editione Antuerpię 1589. lib. 2. hi stor. pag. 219.

V idem Cornel. lib. 15: annal. in paruis, pag. 153. in editione Antuerpiæ, pa gi. 175.

X idem Cornel. lib. 3. an nal. in paruis, fol. 180. & 181. & in editio. Antuerp. p. 60. in fin. & 61.

Y Anto. Brancalas. in me dulla politicor. lib. 5. de iustit. §. 7. n. 6. p. 17.

rationē confert, sed interdum † non modo necessitas, sed 36
etiā æquitas postulat, vt magis manu, & imperio vtamur,
quā iure ordinario: & vt si aliquod atrox, & enorme factū
eueniat, quod legibus vindicari nequeat, sine maiore tur
ba, & scandalo: cur non (vt inquit Lipsius a) eos, qui re-
gnum, & pacem publicam turbant, tollere clam fas e-
rit? & inter magna exempla referre? quæ (vt inquit Ta-
citus) semper habent aliquid ex iniquo, dum aduersus
singulos vtilitate publica, non in vim iurisdictionis, sed
virtute politicæ, & economicæ potestatis rependitur b:
cum propter † imminēs periculum, possit (vt inquit Ias 37
son c) à regulis iuris etiam prohibitiui recedi, & per
viam facti resisti, & malo imminenti obuiari, si mora in-
terpellandi, & adeundi iudicem est allatura periculum
in Republica: quia * *Suprema pericula semper dant veniā
culpæ*. Et hæc est illa suprema potestas, non limitata à
iuris tramitibus, sed ab obseruatione solemnitatum con
cernentium ordinatoria iudicij soluta, qua, olim cun-
cta à populo, manu regia, gubernabantur, in Reges,
tanquam supremos Reipublicę magistratus, translata d.
Et tunc Reges hac manu regia vti consueuerant, e
qua etiam vti in regnis † Castellæ maiores iudices & in 38
pluribus aliis locis obseruari, maxime in regno Neapoli
tano ex præeminentia magnæ Curiæ (quā aliqui vsurpa
tionem regiā appellant) nostri DD. asserunt. f Sed ne-
que hoc casu dicetur contra legem fieri, cum † à regu
lis iuris communis, & ordinariis, ex causa recedi pos- 39
se, g eodem iure permitatur: maximè his tempori-
bus, in quibus, à tempore quo leges conditæ fue-
runt, adeó malitia hominum creuit, & aucta est, vt ad
summum peruenisse videatur, alias semper leges ve-
nerandę sunt, & inuiolabiliter † obseruandę, ne in-
iuriam facere videatur legibus, qui se meliorem il- 40
lis videri vult. h Quæ vt autorem suum habent Prin-
cipem

Z l. 3. l. qui restituere, ff. de reivendicat. l. is cui, §. missus, ff. vt in possess. legato. Baldus in l. obseruare. §. proficisc. iff. de offic. proconsul.

A liq. 4. politic. c. 14 pagi. 167.

B Bardexi in titu. de la competencia, for. 1. nume. 8. pag. 1. fol. 311. & in for. vnico, titu. de his, qui ad Eccles. confugiunt, num. 20. fol. 6. pagi. 2. Belluga in specul. rubri. 26. ver. Iesu Christi, pagi. 142. n. 18.

C in l. de pupillo, §. si quis riuos. ff. de noui operis nunciatio. Ancharran. consil. 277. num. 10. Curti. sen. consil. 20. per tot. Alderan. Mascard. de interpretatio. statutorum, conclusio. 1. nu. 212. & sequen.

* Claudian. in eutrop. lib. 2. pag. 117.

D Farinac. in pract. quæstio. 21. num. 133. & 136. & quæst. 118. num. 1. & sequen. & quæst. 39. nu. 15. & sequen. & consil. 16. nume. 18. & consil. 73. nume. 8. & consil 103. nume 4. Menoch. de arbitr. lib. 1 quæst. 77. Carabita ritu 259. num. 10. Natta consil. 585. num. 11. Tuschus conclus 890. nu. 5. litera. S. Bursat. consi. 129 num. 41. Borrellus de cō promis. §. 7. glos. 3. num. 5 Chartar. decis. 39. num. 18 & Hortens. Cabalcan. de brachio regio, 1. p. n. 38. & num. 179. Maurus Burgius de modo proceden. ex abrupto, centur. 1. q. 1. n. 3. & q. 3. n. 10. & q. 19. n. 38. & seq.

E Marant. de ordine iudic. p. 3. n. 14. & 15.

F Auenda. c. 16. prætor. num. 9. lib. 2. Azeuedo lib. 4. nouæ recollect. titu. 10. l. 3. num. 16. Farinac. d. quæst. 39. nu. 30. & seq. Carol. Tapia lib. 2. iur. regni. cap. 272. num. 4. fol. 269. Grammat. consil. 64. Mastrillis 2. p. decis. 191. num. 8. & 9 Roland consil. 12. n. 46. vol. 3. Afflict. decis. 391. Vincent. de Franch. decis. 143.

G DD in l. 1 ff. de regul. iur. glos. in c. non debet, de consang. & affinitat. Hortens. Cabalcan. vbi supra, 3. num. 276.

H Rolan. d. consil. 12. num. 79. volum. 3.

cipem loquentem, ita & Princeps habet leges mutas, sui, & publicæ libertatis conseruatrices: quod recte sensit Carondas Tyriorum Rex, & Seleucus Locrensium Princeps, i quorum alter, quia contra legis prohibitionem armatus in concionem ingressus fuit, proprio ferro occubuit: alter verò, quod eius filius adulterium cõmisisset, vnum sibi, alterum filio oculum effodi iussit, vt ita lex duorum oculorum amissionis pœnam imponens adulteris, seruaretur. Tanta fuit apud antiquos legum seruandarum affectio, tantaq; earumdem authoritas, vt nec se, nec filios voluerint Principes ab earum imperio eximi, quod posset pluribus aliis exẽplis K (vltra prædicta) confirmari. Nec mirum cum, si à ciuitate leges recedant, statim subsequatur rerum omnium confusio, iudiciorum vincula reuelluntur, vitæ communis ratio tollatur, nihil cuiquam certum esse valeat, quid suum, aut quid alienum sit, sed vbique fient furta, latrocinia, cædes, adulteria: potentiores, & corporis viribus excellentiores crudeliter, & superbe dominabuntur, imbecilliores, & tenuiores miserabiliter, & impie deprimentur, omnis denique vita priuata legibus, belluino potius, ac ferino, quàm humano more degetur: quo circa, non sine summa ratione inquit Aristoteles, l *In legibus salutem ciuitatis esse constitutam*. Et Cicero m: *Mentem, & animum, & consilium, & sententiam ciuitatis in illis positam esse ostendit, ac vt corpora nostra sine mente, sic ciuitatem sine legibus suis partibus vti non posse. Quarum ministri Magistratus, quarum interpretes, ac executores iudices, quarum denique idcirco omnes serui sumus, vt liberi esse possimus.* Cum sine his, humanæ societatis conseruatricibus, virtutum indagatricibus; ac vitiorum expultricibus, nihil in hac vita securum, nihil quietum, nihil tranquillum esse possit. Inde fit, quod si contra eas † aliquid à Principe supremo emanauerit præceptum, mandatum vè ille dederit, præsumatur potius circumuentus, quàm quod contra iustitiam, & leges voluerit rescribere: n cum suæ dignitatis eminentia omnem fraudis suspicionem remoueat, ac talis pro Principe adsit præsumptio iuris, & deiu-

41

I Petrus Herodius rerũ iudicat. lib. 3. tit. 1. cap. 3 Borrellus in additio. ad Bellug. rubr. 11. §. post quam, verb. Se prius. Paleot. de consultatio. p. 1. quæstio. 6. verfic. Si videmus. Rebuf. in proœm. concordat. in principio par. 1. Mariana de Rege & reg. institutione, lib. 1. cap. 9. pag. 102. & 103. Ioan. à Chokier in thesauro aphorismorum politicor. lib. 2. cap. 2. exemplo 11. & 12. pag. 71.

K adductis á Bobadilla in politica, lib. 1. c. 15 num. 55. & lib. 2. c. 2. nume. 72. & sequen. Ioannes à Chokier vbi supra.

L 1. Rethor.

M in oratione pro Auio Cluentio.

N Casaneo in cathalogo gloriæ mundi, 5. p. consideratio. 24. num. 107. Deci. consi. 588. nume. 19. Roland. consil. 2 à nu. 151 cum sequen. volum. 1. Gratus consil. 26. nu. 18. lib. 2 & consil. 103. nume. 15. lib. 1. Grammat. consil. ciuili 100. num. 97. Gepha. consil. 58. num. 87. Curti. iuni. consil. 170. nume. 40. Deci. in l. nemo potest, 75 num. 4. ff. de reg. iur. Gaballin. in milleloq. 756.

O cap. nisi essent, vbi Doctores, de prębend. c. finẽ litibus, post principiũ, de dolo & contuma.

de iure, vt non admittat probationem in contrarium. p Vnde is, cui tale rescriptum dirigitur, non debet nimis properare illud adimplere, ac ei obedire, sed supersedere tenetur q in eius executione, interponendo supplicationem ad Principem, causas, & motiua supersedendi referens, ac circa veritatem facti illum instruens, cum plerumque inuerecunda petentium inhiatione, importunitate, blanditiis, & adulationibus, necnon cauillationibus, & siniſtra partium informatione moueatur, inducatur, imò quod admodo constringatur, r non concedenda tribuere, nec interim, donec secunda superuenerit iussio, sui Principis mandatum dicetur contempsisse, s cui si statim non obtemperauerit, causa fuit, quia iusté credidit à Principe inuito tale præceptum emanasse: cum persuasio dolosa grauior sit, quauis violentia, t magisque tunc valeat dici; Principem pati, quam agere: vnde, si non expectata secunda iussione exequi tale præceptum properauerit, maximè in atrocioribus, non excusabitur iudex, saltim à pœna extraordinaria, cum non sit inobediens, qui mandato superioris ex causa rationabili non paret; u quod si plenè instructus secundam emisserit iussionem, quę habet vim clausulę, motus proprij, non obstante lege, & ex certa scientia, x humiliter ei obediendũ erit, y nec amplius inquirenda ratio ita constituendi, quę in mente Principis certa est, licet à magistratu, cui rescriptum dirigitur, ignoretur: quod procedit, & debet † intelligi 42 in pro-

P l. antiquæ, C. ad Velleian. l. fin. C. ad Macedon. l. fin. C. de arbitris, l. à diuo Pio, ff. de re iudic. Medic. de legib. 4. p. q. 26. nume. 3. versic. præsumptio iuris, & de iure. & de diffinitionib. 2. p. diffiniti. 7. n. 2.

Q c. si quando, vbi DD. de rescript l. 1. C. de petitio. bonor. sublata, lib. 10 Gail. lib. 1. obseruatio. 14 nu. 7. c. non semper, 11. q. 3. Auiles in c. prætorũ, verb. Mandamientos, n. 14 & 17. Grego. Lopez verbo. Assi como, in l. 16, titu. 13. parti. 2. & in l. 29. & 30. tit. 18. parti. 3. Nauar. in manuali c. 25. n. 9. Marsi. in praxi, §. oportet. n. 21, Rebuf ad ll. Galliæ, 2. tom. tit. de rescriptis, in præfatio. n. 70. & artic. 1. glos. 5. & 6. Villadiego in polit. c. 5. §. 1. à n. 89. cum seq. Martinez del Villar in appendice de innata fidelitate Aragonũ §. 3. p. 143 facit l. si vindicari, C. de pœnis, & c. apud Thessalonicam. 1. q. 3. Esse decis. 221 per tot. vol. 2. vbi in fine inquit, non semel practicatũ.

R glos. fin. in l. quoniam la 2. C. de appellatio,

S Auenda. de exequend. mand. c. 2. n. 14. ad fin. versic. non enim. Azebedo in l. 14. n. 47. tit. 3 lib. 1. Recopil. late Flamin. Charta. de executione sentent. Capto Bannito c. fin. à n. 317. vsque ad 329.

T l. 1. § persuadere. ff. de seru. corrup. iuncta l. si superstites, C. de dolo, l. 4. §. si quis volentem, ff. de liber. homi. exhiben. l. 1. C. de fundis limitrophis. lib. 11. l. eum qui, C. de appellat. d. 1. C. de raptu virginum, Lucas de Pena in d. l. 1. C. de petitio. boue, sublata, lib. 10. super glos. sperare, Cephal. consil. 207. n. 71. Sola in constitutio. Sabaud. tom. 1 tio, de accusatio. decreto. nullum. glos. vna, n. 10. & seq.

V glos. 1. in l. 2. C. de sepulchro violato, Farinaci. aliis relatis de indiciis, & tortura, q. 37. n. 78.

X Cinus in l. rescripta, & Baldus in l. nec damnosa, num. 2. vbi Ias. num. 6. C. de precibus Imper. offerend, Felin. in dicto cap. quę in Ecclesiarum, num. 32. & in cap. si quando, num. 14. de rescrip. Cagnol. in l. velle non creditur, num. 15. in fin. de regu. iur. Iulius Clar. lib. 5. receptar. sententiar. §. fin. quæst. 60. versic. Solet dubitari, in fin. Flamin. Chartar. de executic. sentent. Capto Bannito cap. fin. num. 327. & sequen. Gail lib. 1. obseruatio 35. num. 6. & 7.

Y glos. & DD. in d. c. si quãdo. c. cũ teneamur. de pręben. Authentico, de manda. Princ. §. inde cõpetés. versic. quis autem. & Authentico, vt nulli iudic. §. & hæc vero iubemus, collat. 9. l. etsi non cognitio. & glo. in l. puniri, C. si contra ius, Peteus de Sindicat. verb. Officiales, num. 6. fol. mihi 186. Auiles in c. 1. prætor. glos. mandamientos, 10. n. 23. Xuarez allegatio. 12. versic. primo non potest negari, Segura in director. indic. 2. p. c. 5. Zauallos in specu. commun. opinion. 4. p. q. 906. seu fin. n. 163. & seq.

Z obser

in prouincia, in qua Rex ſolus condit leges, atquè derogat, iuriſquè diſpẽſator plenus, & abſolutus eſt. Et ideo in Aragonia hæc theorica ad praxim reduci nequit, z propter ſcandalum publicum, a quod † ex executione
43 talis mandati, contra foros facta, poſſet oriri, cum ex læſione fororum, facile ſtatus publicus, & vniuerſalis Regni turbetur, cum Aragonenſium animi, nulla de cauſa magis moueantur, & concitentur, quam fractione ſuorum fororum, & ideo conſilium illius magni Comitis Stabuli b Caſtellæ hoc caſu ſequendum erit, & quod lex Caſtellæ c diſponit: nec ex hac cauſa, quod in executione talis reſcripti ſuperſederint, timeant magiſtrat' officia eis auferenda fore, imo, apud ipſos Principes, poſtmodũ maximi habẽdos exiſtimo, cũ illi cultores, & auctores ſint iuſtitiæ, quæ ſola virtus eſt adminiſtrationis
44 † politicę, & Principatus prȩcipuus finis, illumquè conſeruat, d iuxta illud. e

Hoc vno Reges olim ſunt ſine creati,
Dicere ius populis, iniuſtaque tollere facta.

Ex qua ratione iuſtitiam veteres *Virtutem Regiam* nuncupauerunt, quod maxime procedit vbi omnes Magiſtratus, in principio ſuorum officiorum, & ſummus omnium Rex in adeptione Regiæ Coronę, † iureiurando
45 Deo aſtricte ſeruare leges promittunt, & pollicentur: f cui quantum obedire oporteat, quànti iurisiurandi religio ſit habenda, magis omnibus notũ eſt, quam à me dici valeat, atquè ita conſultius erit omnibus Magiſtratibus munere deſtitui, quam reſcriptum contra foros exequi, cum Deo, in initio ſuorum officiorum expreſſe iureiurando promiſſerint, g non procedere, nec ſuper ſedere, ratione mandatorum D. Regis, in aliquo facto, vel negocio, in quo procedere, vel ſuperſedere debe-

z Obſeruan. 3. tit. de priuileg. general. Molin. ver. libertates Regni, verſ. cõtra libertates Regni, fol. 208. col. 4. & verb. ſiteræ Domini Regis, verſ. 2. & 3. fol 212. col. 1. & vtrobiq; eius additio. Portol. A Innocent. in cap. inquiſitionis, de ſenten. excom. Abb. in cap. vniuerſitatis, nu. 3. eo. tit. & in c. propoſuit, col. 4. de conceſ. præben. Roman. ſingulari. 419 Guillem. Benedict. in cap. Raimutius, verb. & vxorẽ, deciſ. 2. nu. 137. Marta de iuriſdict. 1. par. cap. 52. n. 16. & 17.

B In oratione habita ad Magnates in curijs Toleti, anni 1538. relata per Prudentium de Sandoual dignisimum Epiſcopum Pompilonenſem, 2. p. hiſt. Caroli Quinti, lib. 24. §. 8 fol. 189. col. 2. in fin. ibi, que ſe ſuplique a ſu Mageſtad mil vezes, ſi tantas lo mandare.

C l. 24. tit. 15, lib 2. ordinat. eſt l. 10. tit. 9. lib. 3. recopila. & l. 4. tit. 9. lib. 1. ibi, que ſean obedecidas y no cumplidas.

D Botero lib. 1. de la razon de eſtado, cap. de la juſticia, fol. 15. Bellug. in ſpecul. rubr. 11. per tot. Contad. in templ. omn. iudic. lib. 1. cap. 1. §. 3. verſ. Sexto Imperator. Ioan. à Chokier, lib. 2. aphoriſm. politic. cap. 1. 2. & 4. per tot & facit 3. reg 10. ibi: Conſtituit te Deus Regẽ vt faceres iudicium, & iuſticiam, P. Ioannes Azor 2. par. inſtit. moral. lib. 11. cap. 5. verſ. quanta virtus, pag. 1234. Anto. Auguſt.

in epitom. iur. Pontifi. veter. par. 3. lib. 29. tit. 1. per tot.

E Heſior. 2. offic. F In for. vnic. tit. quod Dominus Rex, & for. vnic. coram quib. Dominus Rex. fol. 14. *Quod iuramentum non poſſe præſtari per Procuratorem conſulti reſponderunt, die 11. menſis Nouembris anni 1558. Regij conſiliari cum aduocato fiſcali, & duobus aduocatis Regijs. Oſaſcus deciſione 113. num. 5.

G Et for. 1. de iuramen. præſtan. per officiales, fol. 38. Molin. in report. verb. iuramentum, verſ. de iuramẽto D Regis, & ſuorum officialium, ſed Locumtenentes Iuſtitiæ Aragonum ſingulis menſibus iuramentũ repetunt in poſſe Dipputatorum Regni, for. 1. tit. reparo del Conſejo del Iuſticia de Aragon, Nata conſil. 57. num. 6.

H In

debebunt iuſte, & ſecundum forum, priuilegia, libertates, vſus, & conſuetudines Regni. Inde Rex Petrus Secundus *h* apud nos ſtatuit, pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum: *Quod ſi per ipſum, vel ſucceſſores ſuos, vel aliũ pro eis, vel eorum alterum, vel per Iudices, ac officiales ſuos, contra foros, priuilegia, libertates, vſus, & conſuetudines Regni, vel aliquem pro eis, in toto, vel in parte factum fuerit, vel mandatum fieri, quod in continenti, cum eiſdem oſtenſum, vel ſuplicatum fuerit, & reuocabunt, & facient reuocari, & mandabunt, & dabunt operam cum effectu, quod fori, priuilegia, libertates, vſus, & conſuetudines Regni, abſque violatione aliqua obſeruentur.* Sicut de Regibus Ægyptiorum † tradit Plutarchus, *i* quod ex ſua ipſorum lege iudices adiurabant, nequid iniuſte, etiam ſi Rex imperaret, iudicarẽt. Quod & Iuſtinianus † Imperator, *k* in hæc verba, ſtatuit: *Omnis autem Iudex, cingulum habens, ſiue aliter iudicans, cuſtodiat leges, & ſecundum eas proferat ſententias, & vel ſi contingat iuſſionem noſtram in medium, vel ſi ſacram formam, vel ſi pragmaticam procedere ſanctionem, dicentem aliter agi, ſequatur legem: nos enim volumus obtinere, quod noſtræ volunt leges.* Quæ promiſſio quoſcumq; † obligat ſucceſſores, *l* quia non priuato, ſed publico nomine facta eſt, & ideo ei, per clauſulam, non obſtãtibus, minime derogatur. *m* 46 47 48

Ad Clarius autem oſtendendam poteſtatis, & arbitrij plenitudinem, qua Principes fruuntur, additum fuit in diffinitione (*Nulli neceſsitati ſubiecta*) ex eo, quia coerceri, † & cogi non poteſt is, qui ſupremam poteſtatem habet in Repub. etiam ſi aliqua contra ius, pro libito voluntatis, diſpoſuerit. Subditos namq; ad legum obſeruationem cogunt Magiſtratus, illos vero Princeps, Principem autem nemo, niſi ſolus Deus, in cuius manu eius cor *n* exiſtit. Si ergo ex cauſa, iuſteque faciat, non habet hoc vt Princeps, ſed communi omnium hominum iure, cum nullus homo iuſtus lege coerciua teneatur, *o* ſolum enim poſt peccatum, poteſtas Eccleſiaſtica, & ſecularis vim coerciuam habere cęperũt, *p* cum initio mundi nulla fuerit iuriſdictio, ſed poſtea, cum concupiſcentia emanauerit, & ortũ habuerit: vt ſicut iuſti, ſolo virtutis amore, peccata, & vitia odio proſequuntur, ita improbi, formidine pœnæ, peccare arcerentur, vitiaq; hominũ, & fraudes, damnis, ignominijs, vinculis, verberibus, 49

H In d. for. vnic. de his quæ Dominus Rex.

I In apotegma. Caſane. in catalog. glor. mundi. 7. par. conſidera. 24. ad fin. Ioan. Botero lib. 1. de la razon de eſtado, fol. 16. in fin. Tiraquel. in tracta. de præſcriptio. §. 1. gloſ. 8. Bouadil. lib. 2. cap. 2. num. 40. ad fin. verſ. Alexandro Magno. Antonius Zara in anatomia ingeniorum, ſectione 2. membro 16. pag. 376.

K §. omnis in authent. de iudicib. collatione 6. & in authent. hodie. C. de iudic.

L Doctores in cap. 1. de probatio. cap. quia iuxta, 16. quæſt. 1. Ayala de iur. belli, & diſciplina milit. lib. 1. cap. 7. nu. 10.

M Gloſ. effectus, in cap. cum non deceat, de elect. in 6. Gutierrez lib. 3. q. 17. nu. 220. Villar Maldonado in ſilua reſponſorũ lib. 1. reſponſ. 8. num. 26. & ſeq.

N Prouerb. 21. Ita explicans Gregorius Sayrus in claui Regia, lib. 3. cap. 4. num. 9.

O Bañes de legib. lib. 1. quæſt. 6. art. 7. par. 2. cap. duæ ſunt, 16. quæſt. 2. D. Paul. ad Timoth. 1. cap. 1. & ad Corinth. 2. cap. 3. & ad Galat. cap. 5.

P P. Molin. de iuſt. & iur. tom. 1. tract. 2. diſputa. 21. fol. 161. A. Ferdinan. Vaſqui. controuerſ. Illuſtri. lib. 1. cap. 41. n. 40.

ribus,

ribus exilijs, ac morte (si opus fuerit) mulctarẽtur. Quod si Princeps, sine causa, contra leges disponat, non tenetur: quia Princeps supremus est, q & tanquam Rex, plenitudinem habens potestatis, omnes regere, & à nemine regi oportet, r nisi sola ratione cuius vi (quam directiuam appellant Theologi) ac lege honestatis, & naturalis iustitiæ maxime coercetur, comprimitur, & constringitur, leges semel datas populo non violare, tollere, infringere, seu mutare, nisi ex magna causa: cum in eo sit inconstantia valde vituperabilis, in quo, tanquam super cardine, est totius Reipub. machina constituta: atquè ita debet esse immobilis, sicut cœli cardo, & polus, s vnamquè habere linguam, & vnum calamum, ac tanquam iustitiæ culmen, constantem, & perpetuam voluntatem, obseruandi inuiolabiliter quod promisit, & secundum leges latas, ius suum cuiquè tribuendi, ad quarum obseruationem non desunt inter nostros, t qui affirment, etiam vi coactiua Principem ita teneri, vt contraueniens obligetur ad pœnam, lege statutã, dum modo nec corporalis sit, nec fisco aplicanda.

Vltima verba diffinitionis habent, *Nullisque iuris publici regulis limitata*: & quia verbum *Ius*, analogum † est,
50 x multiplicem habens significationem, ideo fuit additum verbum, *publici*, quod licet etiam sit analogum, y tamen positum est ad differentiam iuris priuati, ad
51 significandum, in ijs, quæ ad priuatum † ius pertinent, parem esse Principis cum subditis conditionem. Quo sensu Imperatores, Theodosius, & Valentinianus dicebant, *Salua Maiestatis reuerentia, non dedignari sibi cum priuatis*

Q l. princeps, ff. de legib. quam ita declarat D. Tho. 1, 2. q. 96. art. 5. & ibi Medina, conclu. 2. Ferdinan. Mendoça disputat. iur. ciuil. lib. 1. cap. 5. q. 2, a nu. 28. Purpurat. in l. imperium, á nu. 96. & seq. ff. de iurisdict. Felin. & Deci. in cap. 1. num. 24. de constitutio. Gomes in regul. de infirmand. resignatio, q. 1 foro, como cerca la punicion, de homicid. Bardaxi in foro 1. num. 5. & 6. de immunitate Eccles. Gregorius Lopez in glo. 1. l. 16. tit. 1. part. 1. Fachineus controuer. iuris li. 1. cap 2.

R Anton. August. in epitom. iur. pontif. veter. lib. 10. tit. 2. cap. 13. pag. 599 Tapia de vera nobilitate, lib. 2. pag. 193. col. 1. ver fic. ac iam primum, Paris de Puteo de sindica. titu. de excessibus reg. §. Rex autem, num. 16. & 17.

S D. Thom. 1. 2. q. 97. art. 1. & ibidem Medina, & alij, cap. iustum est, 9. disti. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 1. num. 4. Marius Salamo. in dict. l. Princeps num. 1. & 3. Gregor. Lopez in l. 1. part. 7. tit. 32. verbo, el Rey, & in l. 16. tit. 1. part. 1. glos. 1. Soto de iust. & iur. lib. 1. quæst. 6. art. 7. Mexia in pragmatic. panis, quæst. 5. nu. 52. Surdus de aliment. tit. 1. quæst. 1. nu. 13. & tit. 2. q. 15. nu. 59. & 60. & decis. 13. num. 17. Cabedo 1. p. decis. 12. num. 17. & seq. & 2. par. decis. 78. num. 1. Fortun. Garcia, in §. & quid si tantum, num. 295. & 308 Purpurat. in d. l. imperium, num. 96. Nauar. in rubr. de iudici. nu 100. & in d. cap. si quando. 7. exceptio. Beci. cons. 45. num. 26. Ioseph. Gonçalez, variar. quæst. cap. 41. num. 11. & 12. Medicis in cap. erit autem lex, n. 34. dist. 4. Nicolaus Serarius tom. 2. opusculorum Theologicorũ, disputatione de legibus, art 52. p. 40. Sayrus in claui Regia, lib. 3. cap. 4. num. 5. 10. & seq. Schrader. tracta. feudal. tom. 1. 2. p. 9. quęst. principa. sectio. 3 nu. 149. vers. quarto.

T Roland. cons. 13. num. 57. & 58. vol. 3. Brunus inter cons. feudal. cons. 117. n. 92. & seq. Deci. cons. 689 num. 19. Cephal. cons. 58. nu. 88. Aymon. cons. 338. nu. 22.

V Mendoça vbi proxime num. 30. & Fortun. Garcia, in l. 1. nu. 26. de pact.

X Luc. de Pena, in rub. de iure fisci, lib. 10. C.

Y l. inter publica. de verb. sign. Forcatal. in l. 1. §. huius studij, num. 2. ff. de iust. & iur. Medic. ad l. fin. ff. de legib. verb. aut in conseruando, glos. 2. p. 3. num. 133.

uatis ius eſſe commune: Et Anthemius Cęſar dicere ſolebat: *Nihil amplius licere Principibus, niſi quod liceat priuatis, ac plus apud eos valere iuſtitiam in ijs, quam principalem licentiam.* Poſſunt prædicta verba primo intelligi de iure publico, proprie ſumpto, quod, vt inquit noſter I. C. z *Ad ſtatum rei Romanæ* † *ſpectat*, vbi alij legendum putant, *a Reip. Rom.* quod nihil aliud eſt, quam ius populi, qui Principi, & in Principem, lege Regia, omne ſuum Imperium, & poteſtatem contulit. Quid enim aliud eſt Reſpublica, quam res populi bene, & iuſte gubernata? ſiue ab vno Principe, ſiue à paucis optimatibus, ſiue ab vniuerſo populo: *b* vnde illa ſuprema poteſtas, quæ circa ius publicum populo competebat, & maieſtas, quæ in illo erat, *c* in Principem lege Regia, fuit tranſlata, *d* & ideo adiecit I. C. *Imperium*, *& poteſtatem*, vt non ſolum iuriſdictionem, verbo Imperij, ſed etiam dominium rei publicæ, & adminiſtrationem, verbo, poteſtatis, tranſlatam oſtenderet: licet alij aliter prædicta verba interpretentur: *e* & ideo, cum hodie Reſpub. in Regem translata ſit, de Repub. ad Regem valebit argumentum. *f* Lex Regia ideo † appellata fuit, quia de conferendo à populo, in vnam ſingularem perſonam, Regiam poteſtatem, lata fuerit. Quemadmodum ciuitates, † in quibus frequenter Reges habitare ſolebant, *R*egiæ appellabãtur, *g* vt Toletum, *h* quæ vrbs Regia, poſt aduentum Gothorum in Hiſpaniam, fuit appellata, quia ibi domicilium, ſedeſque perpetua Regum eſſet, ibiquè Reges eligerentur, non in Vrbe Romana, vt aliqui ſunt arbitrati, *i* antequam per ſucceſſionem in primogenitum, iure ſanguinis, Regnum deferretur, vt hodie: vbi Vuamba 32. Gothorum Rex, anno 776. ex aratro ad ſceptrum (quemadmodum Cincinatus ad Dictaturam) *k* ad vrbem Toleti perductus, ibiq; tempore Leonis IIII. Rom.

52

53

54

Z In d.l.1.§. huius ſtudij, ff. de iuſt. & iur.

A Rebardus de ambiguitatibus iuris, lib.5.c.12.

B D. Auguſtin. de ciuita. Dei, lib.2.cap.21.

C Guillel. Budæus in annotatio. pandectar. ad l. Iul. Maieſta pag.44.& 45 verb. maieſtas.

D Petrus Gregor. lib.3. de repub. cap 4. num.6.& ſintagm. iur. 3.p. lib.47.c. 20.nu.6. Andr Gail. de pace publica, lib.1.cap.4.n. 9. Ayala de iur. belli, & diſciplina milita. cap.7.n. 5.& cap.6.nu 10. & cap. 2.nu.20.& 26. Alciat. in libello de Magiſtra. ciuil. lib. verſ. ſcribunt Iurecõſulti, Medicis, in tract. de legib & ſtatut.1.par.q.6. num.16.& q.17.nu.8. Cõrad. in tempi. omn. iudic. lib.1.cap.1.§.4.verſ. ſecũdo itaq; nu. 3. Quintana Dueñas de iuriſdic. lib.2. tit.1,nu.15 & 16.

E Fabius Optinellus in repet. l. imperium, nu. 224. ff. de iuriſdict. om. iudic.

F Bald. in l.3. C. ad Trebel. Garcia de Hiſpan. nobilit. gloſ.3.§.1.num.15.& 16. cum ſeq.

G Petr. Gregor. de repu. lib.2.c.1.num.10. l. fin. in prin. ibi, vrbe Regia, C. de his qui ad Eccleſia. cõfugi. Alexan. ab Alexand. dier. genial. lib.3.c.6.

H Garcia de Loaiſa in collectio Concil Hiſpan. Concil. Toleta. 8. in not. ad cap.10. pag 475. & facit Concil. Tolet. 12. in princip. Zurita in indice, lib.1 pag 48. verſ. Regina ibi, vrbe Regia triumphali pompa excipitur, Madera de las excellen. de Eſpaña, cap.12.pag.79.col.2 Molin. de Hiſpan primog. in annota. ad cap.2.nu.11.lib.1.Bouadil. in politic. lib.2.c.18 nu.224. Mariana de reb. Hiſpan. lib.5.c.11.pag.221. Gutier. pract. quæſt. lib.3.q.13.n.51. Alpho. á Villadiego, in prolog. del fuero luzgo, l.2.glo.2.nu.19. Gomez à Meſcua de poteſt. in ſe ipſum, lib.2.c. 23. in fin. & 24. Borrellus de Reg. Cathol. præſtan. cap.46. num.61. Ambroſ. de Moral. lib.12. chron. gener. Hiſpan. cap 3 verſ en eſte Concilio, fol.98.

I Spino in ſpecul. teſtam. gloſ.18.nu.73. Garcia de expenſis, cap.16.nu.17.

K Liu. deca.1.lib.3. Valer. Max. lib.4. Feſtas de æſtimo & collect.4.p.c.3.nu.11. Benedic. in c. Rainutius, verb. condidit. el 1. num. 38.

L Ro-

Rom. Pontif. & Constantini Imperatoris, per Quiritiũ Archiepiscopum vnctus, & coronatus traditur: *l* quam uis impugnet Ambrosius de Morales *m* agricolam fuisse, ex eo, quod nobilis esset, &, vt talis, Cõcilijs assisteret; tamẽ nunquã, * vt sup. diximus, & maxime eo tẽpore, agricultura cũ nobilitate pugnauit. Quãdo nãquè à Vandalis, & Selingis, qui vna in Hispaniam comigrarunt, existebat occupata, Hispalis, *n* Vrbs Regia, & vocata, & habita fuit: eademquè ratione Roma, Vrbs Regia, dicitur; necnon Constantinopolis, quia hæc Græcorum, illa Romanorum Imperatorum sedes fuit: *o* & apud Francos Lutetia, Parisiorum vrbs: *p* & apud Arabes in Hispania, nunc Hispalis, postea Corduba, vltimoquè Granata, Vrbs Regia fuit: *q* & apud Ægyptios primum Thebas, postea Menphis, quæ hodie Alcayrum dicitur: *r* & apud nos Cæsaraugusta, *s* quæ olim † Saldùba dicta, *t* ab Au
55 gusto Cæsare adaucta, & quasi reędificata, nomen assumpsit, & conseruat, vt constat ex literis cuiusdã antiquę monetę, C, C, A, hoc est, Colonia Cæsarea Augusta, *u* quæ propagatione ciuium, lingua, moribus, legibus, institutis, sacrorumquè cerimonijs, quædam parua Roma videtur: pulcherrimęquè matris pulchra filia, nomen nouũ pro veteri, à nomine potẽtissimi Monarchæ
56 adepta est, & eius ciues Patritij † in quinq; sunt ordines, seu bursas distributi, sicut & ciues Romæ in quinquè classes erant descripti. *x* Ex quibus, singulis annis in vespera Conceptionis B. Mariæ, cuius & ciuitas, & totum Regnum maxime deuotum existit, *y* quinquè Consules sortiuntur (qui Iurati appellantur) sed olim *z* duodecim numero existebant, quorum vnusquisquè ex sua Parrochia eligebatur, quam optima ratione vrbem Re
57 giam † dicemus, cum in ea Reges Aragonum coronam, & sceptrum Regale accipiant, *a* alijsquè regalibus insignijs

L Roder. Sancius in hist. Hispan. 2. p. cap. 32. Renat. Chopin. de priuil. rustico. 1. p. cap. 11. num. 4. pag. 23, & de Demanio Franc. lib. 3. tit. 8. num. 3. vers. Hispani. pag. 433. Villadiego in choron. Gothor. Reg. pag 40. Borrel. de Reg. Catholici præst. cap. 49. num. 73. & 74.

M Lib. 12, histor. gener. c. 41. pag. 163. in prin.

* §. 14. num. 1. A.

N Palaci. Rubios de iusta retentio. Regni Nauarræ. 6. par. §. 4

O l. sed & reprobari, §. fin. ff. de excusatio. tuto. Oroscius in proem. pandectar, num. 45. & 161. Anto. Vaca. in §. hęc autẽ.

P Guillel. Benedict. vbi supra, verb. & vxorem. de cis. 5. nu. 324.

Q Roder. Sancius in histor. Hispan. 1. par. c. 15.

R Francis. Goelthasius de felici & infelici repub. fol. 1. vers. fertur itidem, Diodor. Sicul. lib. 2.

S Blancas in comment. rerum Aragonens. de Rege Aphons. 1. pag. 114. Ioan. Botero, de la magnificencia de las ciudades, lib. 2. cap. de la residencia del Principe, vers. en España. Garcia Loaisa in colectione conciliorum Hispaniæ in notis ad concil. Cæsaraugusta. p. 35. in princip. & ad concil. apud Iucum de prouincia Tarraconensi, pag 159. vers. Cæsaraugusta post Ptolomeũ, lib. 2. c. 6. Geograph. Melam, lib. 2. cap. 6. Plinium lib. 3 cap. 3. Strabonem lib. 3. Antonini itinerarium, Aurelium Prudentium, & alios Ioan. Lorinus in cõmentar. in Acta Apostol. cap. 25. vers. 21. pag. 925. col. 1. ibi, ex nomine Augusti.

T Andręas Poça in libello de las antiguas poblaciones de España, vers. Salduba, fol. 30. pag. 1.

V Ambros. de Morales, lib. 8. Choron. general Hispaniæ, c. 54. vers. Tambien se edifico, fol. 199.

X Polidorus Virgil. de inuentoribus rerum, lib. 2, c. 3. vers. censum primus.

Y Vt in foro vnico, tit. forus Conceptionis B. Mariæ.

Z Hiero. Zurita tom. 1. annal. lib 5. c. 6. fol. 355. col. 1.

A Molin. in reportor. fororum, verb Rex. vers. 1. & in prohem. foror. Regis Petri, & Martini, & in for. vnic. tit. de iure coronationis, cui adde Capic. decis. 1. nu. 11. Zurita lib. 1. annal. cap. 44. fol. 41. & seq.

gnis decorentur, & sępe manu Archiepiscopi Cæsaraug ustani, maximo Regio apparatu, & pompa celebri vncti fuerint, vt de Alphonso IIII. Rege Aragonum, sicut de alio Alphõso VII. Castellę, à Didaco Remirez, Com postellano Antistite vnctũ fuisse, historiographi vtriusq; prouinciæ tradunt, *b* Hinc merito Reges nostri, sacræ † maiestatis, titulo condecorantur, iuxta illud Ouidij.*c* 58

Hinc sacra maiestas, quæ mundum temperat omnem.

Estque hæc nostra ciuitas † caput principale totius cel 59
situdinis Regum Aragonum, ac non solum Metropolis, & procerum creatrix purpureorum, sed Metropolis martyrum à Cardinali Baronio *d* appellata: cuius laudes, quia longo indigerent sermone, consulto omitto referre.*e* Vnde cum nostra *f* Ciuitas sit Aragonũ Vrbs Regia, merito in eius publico Gymnasio leges interpretantur. Redeuntes ergo ad nostrum institutum, à quo paulo recessimus, ex prædictis dicendum † est, quod cũ 60
potestas creandorum magistratuum, *g* tuendarumq; rerum sacrarum cura, & sacerdotum defensio, *h* ex nostro I.C. *i* Iuris publici sint, iam hodie post legem Regiam, non ad populum, sed ad Regem supremum spectabunt, in quibus (vt inquit Aulus Gelius) parentum † pote- 61
testas conquiescebat, filijquè familias, pro patribus familias ita habebantur, vt magistratum gerere possent, etiam in sacris paternis cõstituti; k & ideo licet indecẽs esset, vt pater esset Iudex pedaneus filij sui, ideſt, ad pedes

B Beuter lib. 2. c. 20. Zurita lib. 2. annal. cap. 50. & lib. 7. c. 1. & c. 28. & 29 & lib. 10. cap. 68. Illescas in histor. Pontific. lib. 5. cap. fin. Valdes de dignitate Reg. Hispan. cap. 14. n. 9. 11. & 17. Borrellus de Reg. Cathol. præstan. cap. 49 num. 25. & cap. 60. n. 1, & 2. Morales lib. 3. c. 2. pag. 2.

C In lib. fastorum.

D Tom. 2. annal. ann. 303 fol. 735. Botero in relatione vniuersali. lib. 9 chroni. cap. 33. Garibay. lib. 3. cap. 4. Anastas. Germo. de sacro immunit. lib. 2. cap. 5. à num. 2. Petr. Cenedo in allegatione contra Cathedrales, fol. 6. col. 1. & Augustinus Morlanes in alijs allegatio. etiã contra Cathedrales pro Ecclesia B. Mariæ del Pilar.

E Sed refert Marineus Siculus lib. 3. de la Prouincia que se dize Tarraconense, fol. 17. Didac. Morlan. in respon. pro Regno. 1. par. nu. 9. & eius filius Augustinus Morlanes, in responso pro villa de Castellon de Monnegros, n. 78 & eius nepos ex sorore Gaspar Ortigas, in patrocinio pro Gymnasio Cæsarauguſt. 2 par. nu. 122. & sequ. Doctor Iacobus Prades in histo. de la adoracion y vso de las santas imagines, lib. 2. c. 5. §. 1. & lib. 3. c. 9. §. 1. Martin Garcia in sermone 102. Blanc. in comment. rerum Arago. tit. de Cæsarauguſt. vrbis opressione, pag. 2. & seq. D. Hieronymus de Vrrea in dialogo de la verdadera honra militar, 3 par. in princ. Zurita lib. 1. annal. c. 44. fol 41. & seq. Aurelius Prudentius in peristephanon, hymno 4. de decẽ & octo martyribus Cæsarauguſtanis. Omnia late & eleganter nouissime sermone vulgari prosequitur religione & eruditione insignis Frater Didacus Murillo in libro quem nunc typis mandat. de las excelencias de Zaragoça, y fundacion de la Iglesia de nuestra Señora del Pilar.

F Glos. in modicis, in cap. Episcopi, 80. distinct. §. hæc autem tria, ibi, tam in Regijs vrbibus, in prohem. digestor. l. vnic. C de studi. libera. vrbis Romæ, lib. 11. l. 1. C. de professor. qui in vrbe Constantinopo. & not. in authent. habita, C. ne filius pro patre, & in cap. 2. de priuileg. in 6.

G l. 1. ff. ad l. Iul. de ambitu. §. 1. tit. quę sint regalia, in vsibus feudor.

H c. Principes, 23. q. 5. Guerrero vbi supra, cap. 5. nu. 5. Belarmin. in controuers. Christia. fidei, tom. 1. 5. controuers genera lib. 3. c. 18. pag. 1347. Ioann. Lupus de iusta retentio. Regni Nauarræ, 4. p. §. 2. & 3. & 5. p. §. 1. Lipsius politicor. lib. 4. c. 2. in princ. & in notis ad illud.

I In d. l. 1. §. huius studij.

K l filius familias, 9 ff. de his qui sunt sui, l. nam quod, 14. ff ad Trebel. l. amissione, §. fin. cum l. seq. ff. de capit. minutis, glos. filius familias, in prin. inst. qui testamen. tutores dari possint.

des suos, sedens tamẽ filius prętor, non repręsentat persõã priuatã & inferiorẽ filij, sed publicã, & superiorẽ magistrat⁹: *l* proquo facit illud *m* Quinti Fabij maximi, qui cum Cõsul esset, iussit patrẽ equo descẽdere. Hoc ius publicũ, propriè sumptũ, quod & authoritate, & vtilitate publicũ est, & in Prin
62 cipẽ,, lege regia trãslatum, priuatorũ pactis mutari, † nõ posse, tradit I.C. Papinianus, *n* quod noster Vlpianus *o* ius Reipub. appellat, quasi sinonyma sint, ius publicũ, & ius Reipub. vnde cum forma faciẽdi testamenta iuris publici sit, priuatorũ pactis, non lędi, inquit I.C. *p* sed eius authoritate mutari potest in quem ius publicum, lege regia, translatum fuit, vt in
63 Aragonia â D. Rege, † cum consensu Curię: multa singulariter fuerunt, in condendis testamentis statuta, quæ à iuris cõmunis regulis deuiãt, vtputà, quod sufficiãt duo testes in testamẽtis, *q* siue illa sint nuncupatiua, quæ in Aragonia, *aperta*, appellãtur, quia palã testator corã notario rogato, & testib⁹, vel, si notarij copia nõ sit, corã spõdalariis, & testibus suã explicauerit volũtatẽ, siue in scriptis, quæ *clausa* dicũtur: sed ita plena, & libera cuiq; de re
64 b⁹ suis disponẽdi facultas in † Aragonia cõpetit, vt pro vt quisq; testatus fuerit, ita planè obseruanda sit, quasi in hoc regno illa duodecim tabularũ lex 1 * obseruetur, quę habebat *Vti quisque legaßet rei suæ, ita ius esto*, adeò, vt si de parte tantum bonorũ disposuerit in cęteris intestatus decedat cessante regula *r* iuris communis in hoc regno, & non solum iure accrescẽdi, sed etiã iure nõ decrescẽdi: vt fuit decisum in curia Iustitiæ Aragonum; 2* quia cùm in Aragonia stemus cartæ, tam in cõtractibus, quàm in testamẽtis facit partẽ, qui non admittitur ad partem, *s* non ex eo quod iure militari testemur, vt voluit noster Molinus, *t* cum in testamento militum, si non expresse in eo prohibitum reperiatur ius accrescendi, & non decrescendi locum habeat, sed quod integre, & ad literam voluntas testatoris seruanda sit, in tantum, vt nec ex hęreditate, † legitima,
65 nec ex legatis, Falcidia, nec ex fideicommissis, Trebellianica, deducatur, *u* sed vnusquisque ea portione sit contentus, quæ secundum voluntatem in testamento expressam ei obtigerit, si enim lucrosam
66 hęreditatem † non habet, damnosam tamen propter

S benefi-

L l in priuatis, 77. iuncta l. seq. ff. de iudic.

M Valer. Max. de institutio antiq. Casaneo in chathalog. glor. mund. 7 par. post princi. Gama decis. 1 n. 6. Ioann. Azor institu. moral. p. 2. libr. 2. cap. 21. in princ. col. 190.

N in l. ius publicum. 39. ff. de pact.

O in l. 2 §. ius Reipublicæ. ff. de administrat. rer. ad ciuita. pertinen.

P in l. 3. ff. de testam.

Q Moli. verb. testamentũ, vers. in testamentis, de foro, obserua. Item de foro in testamẽto, tit. de testa. 1 * l. verbis legis, 120. de verbor. signific.

2 * in processu Emerentianę Pelegrin super iurisfirma factorum, die 33 Aprilis 1615.

R Ius nostrum, 7. ff. de regul. iur. obserua. item de regni, 5. tit. de testam.

S l si mihi & Titio, vbi Bart & DD. ff. de verborũ obligatio. Guiliel. Bened. in cap. Raynutius, verb. Et vxorem nomine Adelasiam, in princip. à nu. 94. cũ plurib. seqq. de testam.

T Moli. in repor. fororũ, verb. Testamentum, versi. Testatus pro parte.

V Moli. in reporto. verb. Testamentum. in scholiis ad forũ 1, de testamentis nobilium, & de testam ciuium in tex. ibi, quantum voluerit, & verb. Hæres. versi. Hæres in Aragonia.

beneficiũ inuentarij ipso foro cõcessum habere nõ po test, nec vltra vires hęreditarias teneri: atq; ita in nulla alia prouincia respõsum I.C. *y* verius erit quàm in Ara gonia, quod hæreditas sine vllo corpore iuris intellectũ habet, cum honoris causa ☞ omnib⁹ bonis in vita donatis, *a* vel hęreditate, legatis, seu fideicõmissis exhausta, pos sit hæredẽ habere, qui eius personã representet, ac integré, & plenè testatoris voluntatẽ adimpleat, cuius aditio nõ est necessaria (pro vt de iure) ad confirmationẽ eo rum, quæ à testatore dispositа sunt, ac in testamẽto scrip ta reperiuntur.

Secundo possunt intelligi † verba de iure publico, 67
quod in cõstitutionibus, cæterisq; eorundẽ principũ pla citis cõsistit, quibus tãquam regulis, iuris, à se cõditi, nõ est mirum quod nõ sit astrictus; cum, vt Rex noster Pe trus 2. dicebat, *b* nulli liceat sibi legẽ imponere, à qua recedere nequeat, si vrgens immineat necessitas.

Tertió potest sumi ius publicũ, pro † potestate publi- 68
ca, seu imperio magistratuũ, *c* vt sit sensus, nõ esse vllam potestatẽ, seu imperiũ ad cogendum principẽ: ad obser uationẽ iuris, à se cõditi, nisi volũtariè, alicuius inferioris potestati, iurisdictionẽ ei tribuẽs, se submisserit: *d* quia tũc eius tenebitur sentẽtiæ stare: sicut enim in principa tu (vt supra diximus) beatissimum est à nemine cogi, ita miserrimum à nullo suaderi.

X obserua. item de foro hæres. tit. de testa. Molina verb. hęres, vers. primo.
Y in l. hæreditas, § 2. ff. de petitio. hæred. l. pecuniæ, § hæreditas, ff. de verb. sign.
Z l. Iulianus, ff. si quis omissa causa testamenti.
A obserua. penul. titu. de donatio. Moli. verb. donatio, vers. donationẽ generalẽ, Salicet. in l. fin. nu. 6. in fin. & n. 7. C. de pactis, Ange. in l. stipulatio hoc modo. n. 4. de verb. oblig. Guid. Pap. singulari 344. Vasqui. cõtrouers. vsu frequentium, c. 62. n. 2. Corras. miscelan. lib. 6. c. 17. quorum sententia in regno recepta est.
B in for. vni. in princ. tit. de augmẽ. & cudi. monetæ
C l. potestatis 215. & ibi Alciat. & Rebuf. de verb. sign l. 3. l. eũ qui, 13. ff. de iurisd. om. iud. l. 3. ff. ne vis fiat ei, l. 1. ff. ad l. Iul. maiestatis. l. 1. ff. quod quisq; iur.
D l. est receptum, & ibi DD. ff. de iurisd. om. iudi. Ioann. Igne. in l. donationes quas parentes. n. 5. C. de donatio. inter vir. & vxor. Moli. in repor. ver. Rex, vers. Dominus Rex si litigat, fol. 294. colu. 4. & ibi Portoles num. 274.

§. Vigesimus quartus.

Ius regium an sit separabile à regia corona; & consideratur respectu dominij, & iurisdictionis.

SVMMARIVM.

Maioria in Principe consideratur respectu iurisdictionis supremæ, & vniuersalis dominij, 1.
Dominium quot modis sumatur, 2. & 15.
Territoriũ quot modis sumatur, & vnde dicatur, 3. & 15.
Iurisdictio passiue adhæret territorio, 4.
Iurisdictio vniuersalis non potest esse sine territorio sed bene in certas personas, 5.
Territoriũ vnde dicatur, & an idẽ sit regio, 6
Roma in quatuordecim regiones distributa, 7.
Capitũ insidiæ, seu vulgò, Cap de guaytas, & Supraiunctariorũ munus, à Romanis ortũ, 8
Çalmetina, & alij officiales regij, baculũ cur in signũ iurisdictionis, more Romanorũ ferãt, 9.
Aragonia, Castella, Nauarra, Cathalonia, Valentia, Lusitania, sunt magnæ regiones, sub maxima comprehensæ, 10.

Ciuita-

Ciuitates, & oppida quot sũt in Aragonia, ibi.
Archiepiscopi Cæsaraugustanus, Tarraconensis, & Valentinus laudantur, ibidem.
Regio maxima, & regiones maiores, quæ dicantur, 11.
Regiones magnæ semper ab vno capite supremo debent gubernari, non idem in maximis & maioribus, 12.
Regiones aliquæ magnæ perpetuo, & inseparabiliter sunt vnitæ sub vna regia Corona, 13
Iurisdictio nihil cõmune habet cũ dominio, 16.
Maioria & suprema potestas quoad ecclesiastica & spiritualia non est separabilis à Romano Pontifice, 17.
Maioria, & regalia maiora, seu iura maiestatis à Principibus secularibus in singulis magnis regionibus separari nequeũt, 18.
Iurisdictio suprema, & altũ dominiũ nõ potest præscribi à priuato respectu vn iuersi; & quid respectu certæ rei, personæ, vel actus. 19. & 22.
Ciuitates existentes, vel Principes habẽtes territoriũ intra alterius Principis magnam regionem, an habere possint iura maiestatis, 20.
Iurisdictionũ omniũ fons, est cõsuetudo, 21.
Principes aliqui iurisdictionẽ, & potestatẽ supremã habẽt, vel quia vicarij perpetui Cæsaris aut Papæ, aut quia hoc cõsuetudine immemoriali acquisierũt, 23.
Rex Aragonũ habet fundatã intentionẽ quoad iurisdictionem in toto regno, 24.
In locis Baronum resistit Forus quoad exercitiũ iurisdictionis D. Regi, 25.
Barones in regno Aragonũ in suis locis cũ sola possessione obtinebũt in iudicio possessorio, quoad iurisdictionẽ, & dominiũ etiam nõ docto de titulo, 26.
Barones sunt allodiales domini suorũ locorũ simpliciter, sed respectu iurisdictionis secundum quid, 27.
Iurisdictio quanto tempore præscribatur, & quomodo, 28.
Scientia Principis, an sit necessaria in immemoriali præscriptione; & an præsumatur ex scientia officialium, 29.
Aragonẽses in præscriptione nõ curauerũt de bona, vel mala fide præscribẽtis, sed de sola negligẽtia eius cõtra quẽ præscribitur, 30.
Ex titulo exhibito præsumitur quis possidere, 31

§. Vigesimus quartus.

NVNC post explicatas absolutæ potestatis diffinitionis partes, venit successiuè disputandum, an talis absoluta, & suprema potestas, iusque regiũ, quod nostri Maioriam vocãt, sit separabilis à Regia corona? Ita vt possit esse aliquod castrum, vel homines intra regni territorium, & fines, qui regi non subsint, nec eum in superiorem recognoscant? Pro cuius difficultatis resolutione, duo sunt præmitẽda. Primò, quod hęc suprema potestas potest cõsiderari dupliciter; vno modo respectu iurisdictionis suprẽmę, ex qua, & ad quã omnes alię regni iurisdictiones affluũt, & refluũt, [a] sicut radij solis à sole, & aqua à mari: quo respectu plures parit effectꝰ, de quibus

I

A Bald. in cap. 1. quis dicatur Dux, & in cap. 1. de allodiis, Vancius de nullita. ex defectu iurisdict. num. 10. Couarru. practi. cap. 1. num. 2. & 9. Petra de fideicommiss. quæst. 13 à nu. 555. Menochi. lib. 1 præsumptio. 14. Teninus cautela 129. num. 18. Valasc. de iur. emphiteo. quæstio. 8. n. 21. & 29. Garcia de expens. c. 12. nu. 56. & seq. Pegue. q. crimina. 36. à n. 1. Celsus Hugo consil. 60. n. 8. Dida. Petez in l. 4. tit. 1, glo. 1. lib. 2. Ordinam. Azeue. nouæ Recopil. lib. 4. tit. 1. l. 1. n. 7. & 8 Iaso. in §. item Seruiana, nume. 112. Institu. de actio. Auil. in c. 1. prætor. glos. 1. Auen. n. 2. Bobadilla lib. 2. c. 16. n. 75. ad fin. B. Burgos de Paz in proœm. ll Tauri, n. 294. & seq. & Ludou. Martinez in responso pro regno, à num. 224. Molina in reporto. verb. Perhorrescentia, versi. Perhorrescentia an possit prouideri.

quib⁹ infra agemus. Alio modo cõsiderari valet, respectu alti, supremi, & vniuersalis dominij: quo etiã modo cõsiderata aliquos producit effectus, de quibus infra. Nam verbum, Dominium, † est analogum, cõprehendit nãq; 2
sub se dominiũ directum, & vtile: *b* Rursus, dominiũ directum, aliud est vniuersitatis, quod dupliciter considerari valet, *c* vel respectu vniuersitatis maioris, vt putà regni; vel respectu vniuersitatis minoris, & inferioris, vt putà castri, vel oppidi: Aliud deniq; ue est dominiũ particulare singularum rerum.

His positis, secundó præmittendum est, † quod territorium dupliciter sumitur, primó impropriè, pro iure terrendi, & iurisdictione, *d* quo sensu districtus, & territoriũ pro eodem accipiũtur, & nomina sinonyma sunt, distinctamq; habent rationẽ à causa dominij; *e* quo respectu regio parua, cuiuslibet ciuitatis appellatur territoriũ, seu districtus, cui passiué † adhæret iurisdictio *f*, 4
estq; ius in personis residens tanquam in subiecto animato, respectu territorij, quoad exercitiũ in eo, tãquam in subiecto inanimato, sicut seruitus est in fundo seruiente, vel dominante, *g* ita vt ab eo diuelli non possit. Ita iurisdictio † vniuersalis sine territorio esse nõ potest *h*, 5
certarum verò personarum, *i* benè potest esse sine territorio, quod ita appellatur, † quia intra eius fines, magistratibus ius dicendi, coercendiq; potestas, est tributa: 6
vt regio Cęsaraugustana, vel Oscensis, quę in singulas parrochias, vicos, municipia, & colonias subdiuiditur, vt I. C. *K* dicebat, vrbem Romanam † in quatuordecim regiones fuisse distinctam, singulisq; bi- 7
nis vnam cohortem, cui tribunus præerat, & omnibus Præfectus vigil. Cuius exemplo, in nostra Cęsaraugusta na ciuitate † tribuni quidam plebeij fuerunt instituti, quos vulgus *Cap de guaytas* appellat; Latini autem, Capita insidię, dixere: quia his, qui per singulas nostrę ciuitatis regiones, seu parrochias excubias faciendo, & vrbem pererrãdo, latronibus, cęterisq; improbis, & facinorosis hominibus, noctu insidiabantur præerãt: quibus omnib⁹ præfectus vigil: qui, materna lingua ab Ara-

B obseruan. ité nobiliũ, 3 ibi, Tã directorũ, quã vtiliũ. tit. de for. competé.
C Covar. reg. peccatũ, 2. p. §. 9. n. 8. Leonar. Lesius de iust. & iur. lib. 2. c. 3. dubita. 1.
D c. 2. in fin. de cõstitu. in 6. Clemẽ. ne Romani 1. §. fane, & ibi glo. & Cardi. q. 4 de electio. l. fin. ff. de iurisdic. om. iudi. Ioann. Andr. in c. cũ cõtingat, de for. cõpe. Caballi. millelo. 507.
E l. pupillus, §. territoriũ ff. de verb. sign. Mago. decis. 36. n. 28. Bern. Diaz regu. 50. Caualli. millelo. 42 n. 1. & 2. Caue. decis. 10. n. 1 Feli. in c. Rodulphus de rescrip. & Bart. in l. 1 infin ff. de iurisd. Paul. cõs. 56. li. 2 Baptista Aymo. in tract. de Allubion. lib. 2. ca. 6. n. 10.
F l. more, & Bart. in l. 2. nume. 15. & 16. ff. de iurisdi. om. iud. Petra de potesta. Princ. c. 18. speeiali 394 n. 13. & 14. p. 242. d. §. territorium, Alex. Raudẽ. decis. Pisana 44. n. 5.
G Boer. decis. 227. n. 5. 7 & 9. Hieroni. de Mõte de finibus, c. 11. n. 18. & 19. & c. 77. nu. 1. Bald. in c. 1. col. 2. de allodiis, & in l. 1 § in initio. per text ibi, iũcta l, fin. ff. de offic. præfecti vrbis, Lodolph. Schrade. trac. feudal. tom. 2, p. 10 sectio. 3. num. 172. & seq.
H Alex. cons. 35. n. 2. & 3 & 19. vol 4. l. fin. C. vbi & apud quem In integ. resti.
I glo. in Authẽtica, habita, C. ne filius pro patre, vbi Doctores.
k l. 3. ff. de offic. Præfect. vigil. Ioann. Rosini. de antiquit. Rom. lib. 1. cap. 12. Guidus Pancirolus in vtraq; notitia, li. 1. cap. 27. fol. 19. colum. 1. & lib. 2. c. 6. fol. 120. colu. 2. Petrus Gregorius sintagma. iur. lib. 47. cap. 35. Polidorus Ripa de noctur. tempo. cap. 47. & 48.

ab Arabibus, qui hanc ciuitatem diu vſurpatã tenuerũt, Çabalmetina l vo-
9 catus, quem noſtri Çalmetinã † appellãt. Hi verò qui per regiones regni diſtributi huic muneri incumbunt, Supraiunctarij, appellantur, m & D. Regi, ac Iuſtitię Aragonum ſubſunt: qui omnes pro inſigniis ſuorum officiorum, virgam, ſeu baculum, qui ſignũ iuriſdictionis eſt, Romanorum more ferunt. n Eſt prętea magna regio, plurium ciuitatum, municipiorũ, & cõmunitatũ, quæ ſub vno Pręſide gubernatur, eiſdemque legibus regitur, vt Aragonia, in qua vltra tres plurium
10 † oppidorũ, ſeu vicorum, qui vulgò *Aldeas* appellãtur, cõmunitates, & plurimas Villas regias, Eccleſiæ, Ordinum, & religionum ſunt decem ciuitates, 1 * & plura alia oppida, quæ aſcendunt ad numerum 1432. * 2 & plures Magnates, 3 * ac Illuſtriſſimi Barones regni, ac cum ſex ſuffraganeis 4 * Epiſcopis; vnus Archiepiſcopus Cęſarauguſtanus, qui eſt hodie electus D. Petrvs Gonçalez de Mendoça, cuius aduẽtus ab omnibus maximo cum deſiderio expectatur, cùm in eo notę ſint animi virtutes, ingenij acumen, vitæ ſanctitas, & ſanguinis nobilitas. Etenim, vt inquit Claudianus: *

Quod ſi nobilitas cunctis exordia pandit
Laudibus, atque omnes redeunt in ſemina cauſæ,
Quis venerabilior ſanguis? quæ maior origo?

Caſtella, quæ nouã, & veterẽ comprehendit; ſub noua intelligas etiã prouinciã Bęthicã, quæ â Vãdalis, *Andalucia*, appellatur; & ſub veteri, regnũ Legionis, & Galletię, in qua ſũt quinq; Archiepiſcopi, ſcilicet Toletanus, qui vltra Hiſpaniarũ primatũ, habet ſub ſe ſex Epiſcopos ſuffraganeos; Cõpoſtellanus quatuordecim; Hiſpalẽſis tres Burgenſis duos, ſcilicet Calagurritanũ, & Pãpilonẽſem, qui â noſtri Archiepiſcopi Cæſarauguſtani ſuperioritate, Sedis Apoſtolicæ authoritate, noſtris tẽporibus fuerũt ſeparati, & ſub Archiepiſcopo Burgenſi cõſtituti; ac deniq; Granatẽſis, qui duos habet ſub ſe Epiſcopos ſuffraganeos. Vltra quæ in temporalibus habet plurimos Magnates, Duces, Marchiones, & Comites. Nauarra, quæ habet Epiſcopũ Pãpilonẽſem, & duos Marchiones & duos Comites. Cathalonia cũ ſeptẽ ſuffraganeis Epiſ

L Hiero. de Blancas in cõment. rerũ Aragonẽſ. ſub tit. de Mauris Cęſarag. pulſis, p. 131. in princip.

M Zurita lib. 4. annal. capi. 108. & tom. 4. lib. 20. c. 72. p. 351. colu. 4. in fin. verſ. eſtaua deſde los tié-

N Bobadi. in ſua politi. lib. 3, c. 2. n. 11. & ſeq. & ibi gloſ. B. Fontã. de pact. dotalib. clauſu. 4 glo. 10. p. 2. nu. 95. & 96. p. 170. Auẽd. de exequen. mand. 2. p. c. 21. per tot. Leli. Zechi de Principe, lib. 1. c. 2 n. 12. verſ. Baculus, p. 26.

1 * Cæſaraguſta caput principale celſitudinis Regũ Aragonũ, Oſca, Iacca, Tiraſona, Bilbilis, ſeu Calatayud, Sancta Maria de Albarracin, Turoliũ, Daroca, Burgia, & Balbaſtro. (it nunc nouit. Ai 2.

2 * Vidi in regiſtris curiarum anni 1495. tẽpore Regis Ferdinandi Secundi.

3 * Dux de Ixar, à quo nomen familiæ. Comes de Luna, loco Comitatus Ribacurtię Regij feudi, quod pacto ad regiam coronã fuit deuolutũ, Aragon. Comes de Aranda, Vrrea. Comes Riclæ, Cobos, Comes Moratæ, Lunæ. Comes de Saſtago, Alagon. Comes Fõtanus, Heredia, Comes de Placencia, Lanuça, Comes de Belchite, Ixar. Marchio de Calanda, Alagon. Marchio de Ariza Palafox.

4 * Oſcẽſis, cuius ſedes vacat obitu D. Berẽgarij de Bardaxi. Tiraſonẽſis D. Martinus Terrer. Balbaſtrẽſis D Ioãnes Moriz de Salazar. Turolẽſis D. Thomas Cortes Albarracinẽſis D. Matthæus Durã. Iaccẽſis electus D. Philippus de Guima ã.

* in laudẽ Serenæ, p. 274

copis, vnũ habens Archiepiſcopũ Tarraconenſem, o D. Ioãnem de Mõcada ex clariſſima familia ortũ, & cãdore animi, ac ſcientia ornatũ, qui (vt inquit Garſias Loiſa Archiepiſcopus Toletanus p de primatu olim cum Toletano contendit: vnum Ducem, duos Marchiones, & vltra ſex Comites. Valentia cum quatuor ſuffraganeis Epiſcopis vnum habens Archiepiſcopum, D. Iſidorum de Aliaga, ſanctitate, virtuteque maxima ornatum, ac in ſacræ ſcientiæ doctrina peritiſſimum, noſtræ patriæ Cæſarauguſtanæ, à qua eſt oriundus, maximũ honoris, & gloriæ (quod talem filiũ habuerit) incremẽtum tribuẽtem: duos Duces, ſex Marchiones, & vltra alios ſex Comites. Luſitania habens tres Archiepiſcopos, Vlyſiponenſem, Eborenſem, & Bracharenſem, cum aliquibus ſuffraganeis: tres Duces, & aliquos Marchiones, & Comites. Maxima autem regio † plures, ac diuerſas, magnas regiones comprehendit intra 11
ſuos fines, & territoriũ, vt Hiſpania, intra quam ſunt magnæ regiones, ſupra numeratæ, q quæ Pyrineis montibus circumſcribitur, ac Herculeis columnis (vltra quas noſtri Reges ſuum extenderũt imperiũ,) limitatur, ac ſub vno catholico, ac domino noſtro Rege Philippo gubernatur, & regitur: quę tamen, ſub maioribus regionibus comprehenduntur, vt ſunt Europa, Aſia, vel Africa. Ex quibus omnibus, licet parua, & magna regio † ſemper ab vno capite regãtur, 12
indeque propriè regiones appellatæ, tamen maximę, & maiores non ſemper, nec neceſſario, ſed ex accidẽti, vni capiti ſubſunt, ac in vnum Regem peruenerũt, licet aliquæ ipſarum, † ita perpetuo ſint vnitę, r vt nulla ratione, 13
ab vna corona, & capite ſupremo ſegregari, & ſeparari, ac diuidi valeant: vt Cathalonia, & Valentia, necnõ Sicilia, Inſulę Baleares, ac regnum Sardiniæ, à regia Aragonum corona. Nauarra, & Granata à regno Caſtellæ: necnon Caſtella à regno Legionis.

Secundo ſumitur territorium, † pro vniuerſitate a- 14
grorum, intra fines alicuius regionis cõſtitutorũ. ſ Ideo territorium appellatum, t quod ab eis territos hoſtes fugaſſent, hi, qui patrio ſolo relicto, vel vi, vel ſponte noua ſedes quęrerẽt: & hoc fundis ſtatuitur, fundique regionibus diuiduntur: quo ſenſu, territorium cauſam dominij reſpicit, quod aliud † appellatur " altum, a- 15
liud baſum: rurſus aliud iuriſdictionis, aliud rerum pertinentium ad communitatem iure vniuerſitatis, & aliud particulare ſingulorũ: & hinc eſt, x quod duo poſſunt habere

O Fontanella de pactis dotalibus, clauſu. 4. gloſſa 11. n. 16.

P in collect. Conciliorũ Hiſpaniæ ad concilium apud Lucum habitum. pagi. 158. in fin. Zurita lib. 1. annal c. 28.

Q Garſias Loaiſa late & eleganter referens in notis ad prædictum concilium apud Lucum, Padilla in hiſtoria eccleſiaſtica Hiſpanię, 1. p. centu. 4. capi. 46. quinque ſedes Metropolitanas antiquas, & earum ſufraganeos refert.

R Marta de iuriſdict. 1. p. c. 26. n. 26.

S l. 3. C. commun. diuidun.

T Baptiſta Aymo. de Allubion. lib. 1. cap. 17. nume. 9.

V Sayrus in claui regia lib. 9. c. 2. n. 7. & 8.

X Bart. in l. 1. §. per hãc, ff. de reiuendicatio & facit rex. in l. 3. eod. titu. & in l. 1. vbi gloſ. ff. de bonorum ppſſeſsio.

habere dominium directum alter in vniuerſo, alter in ſingularibus locis, nec inconuenit, quod Dominus Rex habeat altum, & ſupremum dominium totius Regni, reſpectu vniuerſitatis maioris, & magnæ regionis, y (& hoc dicitur dominium maius,) & quod Barones, reſpectu ſuorum caſtrorum, ſint quoquè domini allodiales, liberi, & abſoluti, cum reſpectu vniuerſitatis agrorum, intra fines alicuius magnæ regionis conſtitutorum, qui ſingulis hominibus, illic inhabitantibus, ſunt diſtributi, poſſit dominium penes priuatum, vno ex duobus modis exiſtere, aut iure feudi, & tunc dominium directum vniuerſi eſt penes Regem infeudantem, z & dominium vtile maius penes Baronem, cui tale caſtrum eſt datum in feudum, ſingulorum vero agrorum dominium directum, penes vniuſcuiuſquè eorum legitimos poſſeſſores, abſq; eo quod in ſingulis rebus alium dominum, vtilē, vel directum agnoſcant. Atquè ita intelligendi ſunt noſtri Doctores, dicentes, quod feuda, in Regno Apuliæ exiſtentia, ſint de directo dominio Regis, licet ipſa maior vniuerſitas, ideſt, totum Regnum ſit feudale Eccleſiæ: Vnde ſi Barones acceperunt caſtra à Rege iure allodij, tunc, licet ſub eius ſuprema iuriſdictione, & Maieſtate Regia ſint, tamen illorum dominiū directum maius, reſpectu vniuerſitatis, habebūt Barones qui illa poſſident:

16 cum longe diuerſum † ſit, habere dominium terrarum, & habere earum iuriſdictionem, quia dominium nihil commune habet cum iuriſdictione, a licet Couarruuias b dominium iuriſdictionis appellet, quod diuerſum eſt ab eius exercitio: c quo caſu eius vaſſalli, in tali caſtro habitantes, habebunt dominium vtile, reſpectu vniuerſi, ſed directum minus, ſingulorum agrorum, qui ab eis poſſidentur, niſi tales agros acceperint à Baronibus in emphiteuſim, aut cenſum; quo caſu tantum dominium vtile illorū habebunt.

His præmiſſis dicendum eſt, quod ſi primo modo ſumatur maioria, † ac

17 ſuprema poteſtas, ſiue loquamur in ſupremo Principe Eccleſiaſtico, cuius territorium, quo ad Eccleſiaſtica, & ſpiritualia, ad totum terrarum orbem extenditur, quia eſt Vicarius Dei in terris, & ideo, ſicut Dei poteſtatem nemo poteſt effugere, ita nec eius Vicarij, nec vlla præſcriptio, vel remiſſio operari poterit, vt quis, quoad Eccleſiaſtica, & ſpiritualia, in finem ſupernatura-

Y Alexand. conſ. 1. num. 40. vol. 5. Surd. deciſ. 288 nu. 3. & 4.

Z Bald. in l. 1. nu. 3. C. vn de legitim. & Surd. vbi proxime, num. 19. 20. & 22. Caldas Pereyra, de renouatio. emphiteo. quęſt. 13. num. 30. Guido, deciſ. 551. glo. & Bart. in prohem. digeſtor. Alexan. cõſil. 76. num. 7. vol. 2. Roland. conſ. 88. num. 7. volu. 1. Nata conſ. 636. nu 42. & 640. num. 7. Aymo. conſ. 896. num. 13. Surd. d. deciſ. 288. num. 19. & ſeq.

A Oldrad. conſ. 176. Bal. in l. à procuratore, C. mãdat. & in rubr. de rerum diuiſ. col. 3. verſ. ſed non ne albeus, & conſil. 138. & 293. & 322. volu. 4. Deci. conſ. 483. num. 9. Burgos de Paz in prohe. ll. Taur. numer. 59. facit tex. in §. Item ſi quis, vbi not. Bald. col. fi. tit. quib. mod. feud. amitta.

B In d. reg. peccatum, 2. p. §. 9. nu 8.

C Abb. Felin. Dec. & alij in cap. prudentiæ, de offi. delega.

naturalem Rom. Pontifici non subsit; *d* quinimo nec ip semet Roman. Pontifex ius hoc superioritatis sibi vlla ratione tollere valet. *e* In supremis Principibus secularibus, † quorum territorium, Regnorum suorum finibus continetur, quoad temporalia idem dicendum est, vt ab eis suprema potestas, & maioria (quæ forma substantialis, & essentialis est maiestatis Regiæ) separari nequeat, *f* imo sit impossibile, aliquem esse in Regno, & de Regno, exceptum, vel exemptum ab hac potestate, quia lex Regia contradicit, *g* & ipsa natura docuit, *h* in qualibet bene instituta Repub. vnum tantum debere esse caput, quod membra sequantur, & cui obediant. Hinc fit, quod cum hoc ius Regium sit inabdicabile à Rege, licet ipse concesserit alicui castrum, sub quacumquè latissima forma, etiam si asserat, in eum transferre omnem suam potestatem, iurisdictionem, & Regalia, & merum, & mixtum imperium, & quodcumquè aliud ius, quod ipse in tali castro habet, vel habere potest, adhuc non censebitur concessisse, (etiam si talem concessionem iuramento confirmasset) *i* hoc ius Regium supremum, quod, vt dixi, à Regia Corona est inse-

18

para-

D Cap. cũ non liceat, vbi Abb. Felin. & alij, de præscriptio. Aimon. de antiq. §. materia, nu. 76. pa. 213. Vasqui. controuer. Illustr. cap. 82. num. 7 in fine, noster Audræas Aniñon de vnitate ouilis, & pastoris, cap. 12. nu. 30. Peregrin. de priuileg. fisci, lib. 1. tit. de his qui iura fiscalia habent, nu. 32. & 59. Conrad. in templ. omn. iudic. lib. 2. cap. 1. § 1. vers. palium, nu. 9. Bellug. in specul. rub. 22. §. & quia, nu. 25. 29. 55. & 61.

E Felin. in cap. nouit. nu. 8. de iudic. Rebuf. cons. 8. pag 17. vers. alias sequeretur.

dendi facultas. Quæ licet Regibus noſtris competat, ex antiquiſſima illa Suprarbij lege, quæ in Regni primordijs, de electione Regis lata, lex Regia merito poteſt appellari: qua in eum ſolũ talis poteſtas à populo, in principio dignitatis adeptæ, videtur tranſlata, † illis verbis: 4 *d In pace, & iuſtitia Regnum regito, nobiſquè foros meliores irrogato.* Tamen conſuetudo immemorialis, vſuſquè ſubſequutus, inuiolabiliter obſeruatus, oſtẽdit, alio eiuſdem legis capite, fuiſſe cautum, & præſcriptum certum modum, eas ferendi, cum populi expreſſo conſenſu: vt de 5 Auguſto † dicebatur nõ leges, ſed legum auctoritatem 6 Senatus poteſtati permiſiſſe. *e* Quod & Iacobus † anno 1301. ſignificauit: *f* Quam conſuetudinem, tam longo tempore, totq; moribus confirmatam, difficilimum eſſet deſtruere, *g* imo impoſſibile, cum à lege Regia originem duxiſſe credamus, & ideo in noſtris foris dicitur, Rex ſtatuit; ad ſignificandum ipſum ſolum leges ferre, ſed additur, cum conſenſu, & voluntate Curiæ, vt ſignificetur, tales foros populi expreſſo conſenſu fuiſſe receptos, & approbatos. Quemadmodũ enim Maieſtas po- 7 puli † apud Romanos dicebatur, & auctoritas Senatus *h* populus ſciſcere ſolebat, & iubere, Senatus cenſere, & auctor eſſe: ita poſtea in noſtro Regno, illa popularia ad Regem, lege Regia, delata ſunt: hæc ſenatoria ad Curiã tranſlata eſſe creduntur. Vna hæc eſt curia, quæ capite & membris conſtat, corpuſquè perfectum Reipub. conſtituit, a qua ſibi ius dici, Principes noſtri ciuili animo ferunt, quam auctorem fieri ſacrandis, promulgandiſq; ſuis ſanctionibus, & placitis volunt; ac cuius cenſuræ conſtitutiones ſuas, ac decreta ſubmittunt: ac cuius conſenſu leges ſuas æternitati conſecrari volunt: quas ſic ab illis latas, à populoq; receptas, nunquam intendunt lędere, † nec fidem ſuper eis iuramento confirmatã in ali- 8 quo violare. Imo quod illis, Regię dignitatis ratione, plene, libereq; pro arbitrio diſponere competeret, & ſpectaret, foralibus tamen diſpoſitionibus cõtradicentibus, quibus, tanquam vinculis, ſe alligatos fore Reges profitentur, ſe non poſſe facere, quod foris repugnet, libenti animo, palamquè proferunt: cum tanquam patres legum, & iuris, religioſiſſimi Principes, *i* quidquid de foro fieri nequit, impoſſibile reputent, ex quo, ſi aliquando Dñs Rex

D Zurita lib. 1. annal. c. 5 & Hieron. de Blancas in commenta. Aragonen. rerum, de antiquitate iuris Suprarbij, pag. 25. Ludou. Martinez in reſponſ. pro Regno. nu. 73.

E Sueton. in Auguſto. & in Tiberio. Vopiſcus in Probo. l. humanum, 8. C. de legib. Theſaur. in præfatio. deciſ. num. 31. in fine.

F For. vnic. ſub tit. quod D. Rex, vbi Bardaxi folio 22. & 23. & in priuileg. general. Aragon. num. 22. Molin. in repor. fororum. verb. Curia generalis.

G Bald. conſil. 370. volum. 3.

H Guillelm. Budæus in annotatio ad l. 2. ff. de origin. iur. pag. 253. & 254. in editio. Lugdun. 1546. Eguinar. Baro, in commẽtar. ad l. 1. ff. de conſtitutio. Principũ, in princ. & Cicero. pro Rabirio, ibi, Imperium in Magiſtratibus, authoritatem in Senatu poteſtatem in plebe. Maieſtatem in populo, Ianus Langleus ſemeſtrium lib. 7. cap. 12. pag. 416.

I §. dubitatum, in authentico, de nuptijs, collat. 4. l. vnum ex familia, §. fin. vbi gloſ. ff. de leg. 2.

Rex,tanquam ſupremus Monarcha,alicui Regni Magiſtratui dixerit,facias ſic, k ſubintelligitur, (& ſi non exprimat)tacita conditio,dummodo foris Regni non repugnet: quia Reges † poſſunt, quidquid lex non prohibet, l inferiores vero magiſtratus, quidquid lex iubet, & ſi aliqui m ex noſtris contrarium fuerint hallucinati ex doctrina Baldi, n quod caſus omiſſus habeatur pro prohibito.

Secundus effectus maioriæ eſt, veniam † ætatis concedere, o quæ in illis caſibus, quibus à foro certa ætas requiritur à Rege † Aragonum impetrari non ſolet p: Veluti ad officia † obtinenda,Perſarum exemplo, apud quos ad iudicandum,vſu tantum rerum ſpectati, deſtinantur; exiſtimantes nihil in Republica perniciosius induci poſſe, quam ſi Magiſtratus,rerum imperitis mandentur, & his qui ex alio ſapere coguntur: ſed diu diſcere oportet,quę mox præcipere debeãt, nihilq; diſcendum habeant, tempore docendi. Sed ſunt multi, qui volunt eſſe prius magiſtri,quam diſcipuli,prius Imperatores, quam milites: & in ſupremos Magiſtratus quotidie irrumpunt,verius quam inducuntur: In quos & illud retorquere licebit,quod in Marium,Sillã dixiſſe fertur,debuiſſe prius eos remum tractare,quam gubernaculum,quod & Auguſtus conſiderans moriens præcepit; ne cui reſpublica committeretur, qui vſu,& rerum gerendarum peritia præditus non eſſet, ſicut & noſtris foris q cautum eſt, ne quis ad munus iudicandi accedere valeat,quin prius per ſex annos, eorum praxim apud Regni tribunalia exercuerit. Sicut antiquitus honores petituri curiæ foribus adſiſtebant, conſilij publici ſpectatores, antequam conſortes eſſent. Aliter properantibus illud Euripidis carmen iure optimo obijci poterit.

Tu nimium properas,& adhuc tua meſsis in herba eſt,
Et ſæpe nimia vbertas meſsem corrumpere ſolet.

Qui enim ſic repente prouehuntur,ſubito lapſi ſunt. Re qui-

K Bald. in c. vnico. ſi de inueſtitu. inter Dom. & vaſſal.lis oriatur,ſub n 11 & in l. 1. C. quomod. & quand. iud. ſub num. 24. Innocen.in cap.ſignificantibus,de offic.de leg.Fel. in cap.quæ inEcclefiarum num. 32. de conſtitutio. Nat.conſ. 625. Affict in c.vnic.§ inueſtitura,n. 11 de noua forma fidelita.Socin.Iun.conſ. 92.lib. 2.

L Bardaxi de offi. Gubernа.q.2.nu.6 & q.3. nu.2. verſ. Præterea ex quo.Molina de Medrano in reſponſ.pro D. Rege, ſuper facultate creandi Locumten. extraneum á Regno, 2.p.num.37. & Licentiatus Valencia.in eod.reſp. art.1. eleganter expédens verba poſita in declarat. priuilegij generalis, vbi Rex reſpondit: eſſo no lo dize el priuilegio.

M Ludouic. Martinez in reſp. pro Regno, à num. 229.cum ſeq.

N Conſ. 340. num.4. in fin.vol 3.

O Relati à Bouadi.in ſua polit.lib.2.cap.16.nu.95. & 172.E. Cabedo deciſ. 72.nu.4.p.2.l.1. & 2. C. de his qui veniam ætatis.

P For.Por quanto.tit.forus inquiſitio.for.1.tit.reparo del Conſejo del Iuſticia de Aragon,for.2.& for.por la impericia,titu. de tabellionibus & in foro nouo Tiraſonæ,1592, tit. de creacion de notarios,for.vnic tit.de la platica que han de tener el Vicecanceller,y otros oficiales,anni 1564.& for. vnic.tit que los menores de 20.años no puedã ſer inſaculados enlos oficios del Reyno, eiuſdem anni.

Q Foro 2. del reparo de la Audiencia, tit. del lugar donde ſe huuiere de tener el Conſejo,& foro 1.anni 1564.tit.orden de nueuo conſejo para votar.

R For.

quiritur etiam certa ætas ad se obligandum, [r] in quo idem dicendum est.

Tertius effectus maioriæ, qui ex suprema potestate in leges pendet, [12] ſ est legitimatio † spuriorum, seu naturalium, vt habiles fiant ad successionem legitimam ab intestato, cuius sunt incapaces; & ex testamento, cuius etiam incapaces sunt spurij, non tamẽ filij naturales: qui nostris non fuerunt adeo odiosi, vt à successione, ex parentum voluntate proueniente, arcerentur. [t] Quod si de facto horum aliquis à Rege, sine curia, rescriptum legitimationis impetrauerit, nec quo ad prædicta, nec quoad alios actus, legitimis tantum permissos, effectum aliquem talis legitimatio sortietur, cum, vt supra diximus, solus Rex Aragonum, sine quatuor Brachiorum Regni consensu, neque derogare pro parte, neque in totum abrogare, neque relaxare leges, earum rigorem remitrendo, & mitigando valeat. [u] Cum & priuilegia adhibito ordinum Imperij consilio per Imperatorem concessa sint irreuocabilia. [x] Si autem dubiũ emergat, † an aliquis sit spurius, vel naturalis secundum aliquos [y] potius præsumetur spurius, sed alij [z] potius eum naturalem esse pręsumunt.

Quartus maioriæ effectus est, non † teneri Principẽ [13] certum ordinem in iudicijs seruare; at tamen cum in causis, & litibus certus sit, à nostris foris, modus præfinitus, non debet illum Dominus Rex peruertere, ac iudiciorum solemnitates tollere, vno tantum crimine, † lesæ maiestatis, excepto: in quo, propter immanitatẽ delicti, libera manſit eidem facultas procedendi pro arbitrio, & libito voluntatis, hoc est sine obseruatione solemnitatum, concernentium ordinatoria iudicij. [a] Quasi in Aragonia illud, M. Portij Catonis, contra Cęsarem, dictum locum habeat, cum enim coniurationis Cathilinariæ participem esse Lentulus accusaretur, & Cæsar in caput ciuis Romani, iniussu populi animaduerti, lege Portia, & Grachi dixisset; [b] Respondit Cato, leges quæ de

R For. vnic. tit. vt minor. 20. annor. nequeat facere albaranum, &c. & for. vni. tit. que los menores de 20. años no puedan hazer contractos algunos, anni 1564. & for. vnic. tit. de las obligaciones de menores de 20. años, anni 1585.

S Petr. Gregor. de repub. lib. 9. cap. 1. num. 43. post Abb. & alios in cap. per venerabilem qui filij sint legit. Anto. Gomez in l. 10 Taur. num. 64. Conrad. in templ. om. iud. lib. 1. c. 1. §. 4. verb. legitimos. Renatus Chopinus de Dbmanio Franciæ, lib. 1. tit. 11. nu. 12. Petr. Grego. in sintagma. iuris vniuersi, lib. 6 c. 7. nu. 33. in fin. p. 1. decis. Rorę. 133 nu. 21. lib. 1 in nouissimis. Surdus cons. 210. nu 42. vol. 2. Borrellus de Regis Catholici præstan. cap. 35. num. 8. & seq. Georgius Cabedo de cis. 69. per tot. p. 2.

T For. vnic. tit. de natis ex damnat coitu, & ibi Vitalis, cui adde Couar. de sponsa. 2 p c. 8. §. 4. & 5. per tot. Sixtinus de regalibus, cap. 11. nu. 15, 19. & seq.

V Azor 1. par. institutio. moral. lib. 1. c. 15 pag. 410. & seq.

X Castaldus in tracta. de Imperatore, q. 114. nu. 3. Sixtinus de regalibus, lib 1. cap. 6. num. 10.

Y Aciat. de præsumptio. reg. 2. c. 5. nu. 4. Natta cons. 421. n 8. & seq, Menoc. cons 421. num. 21. & seq. Zuchar. consil 10. num. 3. Honded. consil. 68. nu. 6. & seq. Bertazol. cons. ciuili, 92. num. 9. Surdus consil 177 num 41. Bardellonus cons. 83. num. 57. & seq. Peregri. de fideicom. art. 22. nu. 90.

Z Ex magis communi Iacob. Berreta cons. 117.

A For. vnicus in fin. tit. dela via priuilegiada, anni 1592 Sesse decis. 77 nu. 13. Maur. Burgius de modo procedendi ex abrupto, centur. 1. q. 5. vbi 130. casus, in quibus ex abrupto proceditur refert.

B Et l. 12. tabula. Cicero. lib. 3. de legib. & in orat. pro Sextio. Ioan. Azor, 1. p. institutio moral. c. 63. pag. 613. D.

de ciuium Romanorum iure, ac suplicio rogatæ sunt, nunquam ad eos, qui à Repub. defeciſſent pertinuiſſe. In eo enim delicto, propter eius atrocitatem, iudicantem, liberum, exolutumquè legum vinculis esse oportet, c cum in summis periculis, iuris ordine, atquè accusationum formulis non vtamur, & extremis morbis, extrema remedia sint adhibenda, non pœnę festinatione, sed præueniendi periculi causa: d ex qua ratione restitit Scipio Nasica, e Mutio Scebolæ Consuli Romano, volenti contra Tiberium Grachum Rempublicam facto repentino turbare præsumentem, ordine iuris procedere; dicens. *Quoniam Consul dum iuris ordinem sequitur, id agit vt cum omnibus legibus Romanum Imperium corruat.* Cum seueritas in atrocioribus habeatur pro clementia & rigor pro equitate. Ex qua ratione seditiosos, iure occidi indemnatos licebat. f Sicut & contra † suos officiales, de quibus inquit nostra obseruantia, g quod Aragonenses non curauerunt de illis, sed Domino Regi dimisserunt, in curia puniendos, pro suo libito voluntatis: quia maiestatem contemnit, qui auctoritate Magistratus, & simulata integritate, alicui iniuriam facit: Et sicut Romani in ciues, Principatum, in quo legibus agi oportet, exercebant, & in Prouinciales dominatum, qui lege non adstringitur: ita Reges Aragonum, in omnes suos priuatos subditos Principatum, in officiales vero dominatum exercuere. His tamen exceptis, nequè rem † iudicatam, 17 absquè eo quod ad eum per appellationem fuerit causa deuoluta, rescindere debet, nec causam, appellatione remota, committere licet: quamuis isti quoquè effectus sint maioriæ, & supremæ potestatis. h Quinimo nec simpliciter, nisi in certis casibus, solet causas committere, & delegare, cum regulariter vnusquisque coram suo † iudice ordinario, & locali debeat respondere, 18 i nec ab eius iurisdictione, tanquam ordinaria, & à lege procedente, eximi quis valet. Licet enim † auo- 19 candi ad se omnes causas, tam cęptas, quam incipiendas, facultas primordialiter Regi cõpeteret, ratione maiorię,

16

C Petr. Ero dius rerum iudicat. lib. 7. tit. 3. cap. 5. & tit. 9. cap. 2. & 7. Noster Iosephus Sesse decis. Aragon. par. 1. decis. 77. num. 13.

D l. si quis filio exhæredato, 6. §. quid tamen, ff. de iniusto rupto.

E Valer. Maxim. lib. 3. cap. de fortitudine, Alderan. Mascard. de statuto. interpretatio. conclus. 1. numer. 214. Benedictus in cap. Rainutius, verbo & vxorem, decis. 5. numer. 471.

F P. Erodius rerum iudicatarum, lib. 8. tit. 4. cap. 41.

G 1. tit. de generalib. priuileg. totius Regni.

H Bald. in l. 1. in fin. C. de sentent. passis. Tapia in rub. de constitu. Princip. num. 66. Amatis decis. 8. nùm. 8. Zeballos tom. 4. commun. quæst. fin. nume. 373. Viuius decis. 69. nu. 1. Petra de potestate Princip. cap. 4. num. 2. 3. & 11. speciali 2. 3. & 8 l. 1. §. fi. ff. qui & a quib. appell. non liceat, cap. pastoralis, de re iudic. Lancelot. de attentat. 2. par. cap. 12. limit. 3. num. 16. Lofredus consil. 20, numer. 11.

I Obseruant. 4. titul. de appellatio. & for. 3. de foro competen. §. Item como, in declaratione priuileg. general. cum concordant, per Molin. verb. actor. verfic. reus quilibet, & verb. iudex ordinarius, vers. 3. Bardaxi in comment. tit. priuilegium general. Aragonens. numer. 15. & 16. fol. 29.

ioriæ; tamen talis poteſtas aliquibus modis, & caſibus ſuit à foro regni reſtricta, K ad cauſas, in quibus per partem, cum iuramento aduerantur ſuſpiciones iudicis, & loci, ſine quibus, etſi cauſę ſint pupillorum, ſeu miſerabilium perſonarum euocari non poterunr, l quãuis de iure, m tales perſonę ſui iudicis ordinarij tribunali omiſſo, poſſint Senatum Principis ſupremi adire. Et tunc quando euocantur cauſæ ad Regem, tanquam ad ordinarium ordinariorum, is in locum primi iudicis ſuccedit, cum euocatio nihil aliud ſit, † quàm cauſæ, quę pendebat, aut incipi debebat coram inferiori ad ſuperiorem citrà appellationem translatio. 1* Cuius varię ſpecies apud noſtros practicos, ſed omnes odioſę, & reſtringendæ, nec paſsim, ſed rarò, & cum cauſa, 2* vtputà ſuſpicionis territorij, vel iudicis concedendæ: cum earum medio cauſę extrahantnr à iudicibus ordinariis, eorumque iuriſdictio diminuatur, quæ ſemper à Foris noſtri regni adiuuata reperitur. Sed ſi, de facto, aliqua † cauſa criminalis, ſeu ciuilis fuerit per Regem delegata, & conuentus coram delegato nõ excipiat, ſententia lata valebit, cum primordialiter facultas omnes cauſas delegandi, maioriæ Regis ſit cohærens: multotiesque accidit, vt ille, qui nihil opponit cõtra actum, qui exceptione poterat elidi, ſibi præiudicet; cũ non ipſo iure, ſed ope exceptionis illi ſubueniatur: n quod idem dici poſſet † deſententia, ab eo extra fines regni lata, c ũ iure regni o ſit ſtatutũ, vt omnes cauſę intra illi' fines inchoari, & finiri debeãt. Ex

20 21 22

k in Authentico, de quæſtore, §. ſuper hoc, l. 2. C. vt litependente. cap. ad noſtram, vbi Abb. & omnes de appellatio. Paulus in Authentica, qua in prouincia, C. vbi, de crimin. agi oporteat, & in l. iudicium, num. 4. ff. de iudic. Rebuffus in tracta. de euocatio. quæſt. 5. nume. 4. & ſequen. Caſaneo in cathalogo gloriæ mundi, 5. par. conſideratio. 24. verſic. Quia. Boheri. in tracta. de ordine graduũ, 2. par. num. 57. & ſequen. Couarru. cap. 9. practi. nume. 3. Belluga in ſpecu. rubr. 23. §. ſed pone, num. 5. in fin. 8. & 9. Bobadilla in politi. lib. 2. cap. 16. nume. 100. A. Iacobus Calicio in Margarita curiarum, dubitatio. 8. verſiculo 64. cum 5. ſequen. cap. licet ex ſuſcepto, vbi gloſ. vacante, Abb. & gloſ. diſtulerit, in cap. ex tranſmiſſa, de foro competen. Ripa in cap. cum M. Ferrarienſis, num. 196. de conſtitutio. Antonius Oliba de iure fiſci cap. 3. nu. 35 & ſequen. Caballinus miſceloq. 731. cum tribus ſequentibus. §. item que como ſegun fuero, cum §. ſequen. in declaratione priuileg. general. fol. 9. obſeruant. quo ad D. Regem titu. actus curiarum, Molina in verb. Euocatio. & verb. perhorreſcentia. Molina de Medrano in reſponſ. pro D. Rege, 2. parte, numero 142. & 143.

L obſeruan. quod ex cauſa, titu. actus curiarum.

M l. vnica, C. quando Imperator inter pupillos & viduas, Rolandus conſil. 76. nume. 37. & ſequen volum. 1. Gregorius Lopez in l. 5. titu. 3. gloſ. r. parti. 3. & gloſ. 4. in l. 41. titu. 18. parti. 3. gloſ. orbitates, in l. fin. C. ad leg. Flab. de plagiar. Couarru. practica. quæſtion. cap. 6. & 7. per tot. & Theſaur. deciſ. Pedemontana 177. Iacob. Cancer lib. 2. variar. c. 2. à n. 3. cum ſeq.

1* Couarru. vbi ſupra Cancer 3. par. variar. cap. 10. num. 8.

2* ex late traditis á Iano Langleo ſemeſtrium, lib. 7. cap. 17 per tot. pag. 461.

N Portoles in ſchol ad Molinum, verb. Rex, num. 85. & ſequen. ex Menochio & aliis centum & ſeptem caſus cumulans, in quibus non oppoſita exceptione actus manent validi ipſo iure, ſex in eiuſdem rei declarationem concluſiones proponens.

O For. item que uingun iudgue. tit. priuileg. genera. Aragonum. * Et fuit deciſum in curia D. Iuſtitiæ Aragonum iu menſe Augnſti anno 1586. in proceſu Iuratorũ Cæſarouguſt, & in proceſu Bartholomæi Beltran ſuper iurisfirma contra ciuitatem Oſcæ in cauſa Vniuerſitatis.

Ex qua ratione, obseruandi solemnitates forales in procedendo fuit † inducta à foro in fauorem eorum, qui contra forum capti sunt, vel in carcere detinentur liberatio per viam priuilegiatam; p quæ ideo priuilegiata appellatur, quia liberatus per illam, nulla ratione ex causis præcedentibus, intra vigintiquatuor horarum spatium iterum capi potest: quæ hodie Foro nouo Tirasonæ, edito anno 1592. in atrocioribus ad vnum tantum casum uon offerendi petitionem intra sex dies fuit restricta. q Nostri namque Aragonenses noluerunt, quemquam indemnatum, r hoc est sine ordine iudiciali, s & causæ cognitione, ac à iudice competenti in carcerem detrudi, flagellari, exiliari, vel occidi. Satius enim cum nostro I. C. t iudicarunt maiores nostri, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare, quod enim in Aragonia prouisionem appellitus † dicimus; in Castella, mandatum iudicis de capiendo, appellatur, sine quo, vel fragante maleficio, nec in Castella aliquem capere est Alguazellis permissum. u In hoc solum adest differentia, quòd ibi mandatum ex officio, ac sine causę cognitione solet concedi: in Aragonia verò, non nisi ad instantiam partis legitimę, & vno teste de visu, vel duobus, saltem de fama publica comissi delicti, debeat x mandatum iustificari, antequam decernatur: quod si prædictis non iustificetur, & mandatum de capiendo parte legitima instante decernatur simpliciter, firma iuris, quę vulgò *Volandera* appellatur impediet captionis executionem. 23 24

Quintus effectus ex maioria proueniēs, & ex suprema iurisdictione profluens, est ius conferendi dignitatem, y seu † aliquod officiū, vel beneficiū, quod habeat nobilitatē, seu dignitatē annexā, putà Ducatū, Marchionatū, seu Comitatū, z quæ † licet hodie, territorio, cui ille 25 26

P For. fin. de litib abreuian. for. cosa es, de manifestation. person. foro, E porque, de procurat. astrict. Portoles ad Molinam, verb. Captus, vbi plenum tractat. fecit 1. par. pag. 312. cum sequen. Sesse decis. 99. nu. 7 & seq.

Q titu. de la via priuilegiada.

R Cicero in oratione 38. in l. Pisonem, ibi, Contra leges indemnati ciuis, pag. mihi 182. Et ita intelligetis Act. Apostolor. cap. 16. versiculo 37. ibi. Paulus autem dixit eis. Cæsos nos publice indemnatos, homines Romanos misserunt in carcerem, & nunc occulte nos ejiciunt? non ita, sed veniant; & ipsi nos dejiciant. & cap. 22. versiculo 25. Si hominem Romanum, & indemnatum licet vobis flagellare, & vtrobique Ioannes Lorinus in commentar.

S foro vnico, titu. de proditoribus, ibi. Fiant tamen iudicialiter omnia supradicta. foro vnico, titu. de exiliis. Antonius Oliba de iure fisci, cap. 3. n. 47.

T in l. absentem, ff. de pœnis, Zurita tom. 4. annal. lib. 20. cap. 72. p. 352. col. 1.

V l. 18. lib. 2. Ordinatio. titu. 13. & ibi Didacus Perez, glos. Merinos, & titu. 14 l. 1 & ibi glos. Fazië do delicto.

X Foro, E por dar, titu. de manifestatio. personarum, Moli. verb. Appellitus criminalis, & verbo, Captus, versic. Capi nullus criminosus. & versi. seq. for. quandocumque, for. el señor Rey, titu. de appellitu. Bardaxi de officio Gubernatoris in criminalibus, c. 4. n. 20. & per tot.

Y Cabe. decis. 73. n. 1. & seq. vol. 2. l. si constat, de appellatio. c. 2. de electio. Bart. in l. 1. n. 87. C. de dignitatibus, lib. 12.

Z Sola in decretis Sabaudiæ, verb. Dux. glo. 2 n. 3 & 4. l. honor, ff. de munerib. & honor. c. 1. tit. quis dicatur Dux Bart. in d. l. 1. n. 97. Borrel. de Reg cathol. præst. c. 29. Fabi. de Ana consi. 44. n. 15. & 66. n. 8. Seraphi. decis. 133. n. 2. volu. 1.

ille, qui tali titulo decoratur, tanquam dominus præest, adscribantur: tamen olim, sui origine, officia erant, quæ, vel in aula Principis, vel in administratione prouinciæ exercebant, illi, quorum consiliis, & ope, Imperatores, Reges, & supremi Principes, in bello, & pace vtebantur: vt enim Ducis in bello, sic Comitis in pace, ciuiliq́ue administratione potissimum elucebat munus. Tamen, quia non omnes Comites, eodem munere fungebantur, ideo solebat adjici nota, quæ quid eius muneri incumberet, ostenderet, atque eius ministerium demonstraret. Comes ęrarij, appellatur thesauris Regis Præpositus, *a* sicut qui Regis patrimonium, possessiones, mensamq́ue procurabat, Comes patrimonij, solebat nuncupari. *b* Comes notariorum, qui apud nos *Prothonotarius* dicitur, summusq́ue Regis Aragonũ Secretarius est. *c* Comes spathariorũ, hoc est, custodum corporis Regij Præfectus, *d* qui apud nos vocatur, *Capitan de la guarda*, qui est hodie D. Frãciscus Michael de los Cobos Marchio Camarasę, Aragonensis, qui falsa delatorũ testimonia, pacientia, veritate, propria, & maiorum innata fidelitate vicit, ac superauit. Comes cubiculi, hoc est, Prępositus eorum, qui cubiculi regij curam gerunt, *e* vulgó *de la Camara, o llaue dorada.* Comes stabuli, qui equorum Principis curam gerebat, *f* qualis apud nos est, *el Caballeriço mayor*; quæ dignitas maximo olim in pretio fuit, & hodie insignis dignitas est, eaq́ue fruitur Excellentissimus Don Franciscus de Rojas & Sandoual, Dux Lermæ, cuius consilia maxima sunt adiumẽto Imperio Hispanico, vt regna eidem subiecta, pace, & felicitate fruantur; tantæ namque Monarchiæ fastigio, tantus erat dandus adiutor, qui ex ingenuis virtutibus, & animi dotibus, quibus sẽper eluxit, à iuuenili ętate fortunæ, in quã alebatur, capax ab omnibus iudicabatur; & postea omnes agnouerunt eius incrementa, non fortunæ adscribenda, sed propriæ eius animi virtuti, multo maiora debita, vt rerũ gestarũ magnitudo testatur, ex quibus eum gloria, vbique quasi vmbra comitata est. Comes sacrarũ largitionũ, *g* cuius officiũ præcipuũ erat vt Princeps per eum suã liberalitatẽ, & magnificentiã exerceret, cui potest cõparari, *el Limosnero mayor.* Comes priuatarũ, cui cõueniet officiũ, *de guarda ropa, o joyero mayor.* Comes exercitus, seu rei militaris, qui † si ad custodiẽdos regni limites mitte-
27 retur, Marchio, Germanorũ lingua, quę Gothicæ multũ est vicina, dicebatur, emanat etiã ex maioria & suprema

A l. 1. & l. fin. C. de suscepto. lib. 10. de quo supra §. 15. n. 14.

B in titu C. de officio Comitis sacri patrimonij, in constitutione Græca.

C C. de officio Primicerij, de quo supra, §. 10. num. 8.

D Guilielmus Benedictus in cap. Raimutius, verb. Duas habens filias, nume 53. & sequent. de testam.

E l. 3. ex toto titu. C. de pręposit. sacri cubiculi, lib. 12. l. in lege Censoria, 203 in fin. ff. de verbor. signif.

F l. vnica, ibi, Comites sacri stabuli, C. de Comitibus & tribunis scholarum, lib. 12. Zurita tom. 2. annal. lib. 7. cap. 12. colum. 3.

G Garsias de Loaysa in notis ad Concilium octauum Toletanum, pag. 460 & duobus sequentib.

iurisdictione, & authoritas † creãdorũ magistratuũ, *h* siue illi sint, qui iurisdictionem exerceant, siue solum administrationem politicam, *i* quales sunt officiales, & ministri vniuersitatum. Qua ratione D. Rex nominat Commissarios ad faciendas imbursationes, dempto in hac vrbe Regia, vbi ex singulari priuilegio solet ipsemet D. Rex, ad supplicationem ciuitatis facere in propria persona, & illi Ordinationes, pro bono ciuitatis regimine, concedere. Vnde, si lex regni non repugnaret, posset Dominus Rex quoscumque, & qualescumque magistratus creare, & promouere, pro libito; quia ab eo pendent, sicut rami ab arbore, radij à sole, riuuli à fonte; est namque dominus iurisdictionum, omneque ius, dominium, & possessio iurisdictionum penes eum residet; *K* Magistratus verò † solum habent illius administrationem, & exercitium; & ideo non possunt interdicto, vti possidetis, quoad officia iuuari, nisi essent hereditaria, ad successoresque eorum iure patrimoniali transirent; tunc namque pro fundis, & prædiis haberentur. Hinc primó infertur, quod reductio officij Iustitiæ Aragonum, ad beneplacitum Regis, *l* nihil aliud fuit, quam eum in suum ius antiquum, lege regia competens, restituere, ac quasi in pristinum statum reponere. Secundò infertur, quód vt restringeretur † ista libera Regis facultas, necessarium fuit, qualitates necessarias promouendorum ad officia exprimere, vt putà, quod sint naturales, *m* & quod sint seculares,

28 29 30

H c.1.tit.quæsint regalia, l.1.§ cũ vrbẽ.ff.d offi.præfecti vrbis.l.1.C.de metro pol.Berito lib.10.l.quidã consulebant,§ 8.in fin.iũcta glos.ff.de re iudi. l.1. ff.ad l.Iul. de ambitu. vbi Bald.& in c.1. § iudices, de pace iuramen. firman. glos.in c.2, ne prælati vices suas, Auenda.de exequen.mãd. c.1. in princi. & c.4.num.6 Petrus Gregor.de republ.lib.9.c.1. num.33.Bobadilla in polit.lib.1 cap.2. num.14.& seq.Ioan.Azor 2.p morali.lib.11.cap.4. vers.portas creandorum.p.1217. Quintana Dueñas de iurisdict.& imper.lib.1.titu.1. num.9.Borrell. de Regis cathol.præstan.cap.21.nume.14.& seq.per tot. Cabedo decis.33.nu.1. p. 2. Marta de iurisdict. 1.par. c.42.Nata consi 636.n.8 Maranta in Specu.4.distinum.3. Capic. decis.130. num.26.Bardaxi in comment.tit.de offic. Iusti.Arago.pag.97. colum.4.in princ.& omnes qui scripserũt super facultate creãdi Locumtenentem generalem extraneum, Molina de Medrano pro D.Rege 1.p.n.9& seq Barbosa ibidem conclu.1. Martinez pro regno, nu 224.&225 Menoch.consi.302.n.29. Cagno.in l.2.n.102.& 103 ff.de origine iuris. Sixtinus de regalibus, lib.2.c.15.per tot.

I Guido Papa decis.106. Azebedo ad curiam Pisanam, lib 2. c.4.n.14.fol 40.& cap.18.num.34.fol.73.Portoles in scholiis ad Moli.vers.Rex, num.46.& seq. Cabedo decis.60.n.7.p.2.

K Bald.in c.1.de allodijs, & in c.1.quis dicatur Dux, & in c.cum vicessimũ, vers.quæro quæ ætas, de offic. deleg.& in l.2.col.1.vers.aduerte quia nunquã inuenies, C.de sentẽn.& interlo.om.iud. Aym.consi.338.in prin. Auend.de exequẽ.c.1.n.6.& seq.Couar.in prac.c.1.n.2.& 9.& c.4.Menoc.lib.1.præsump.14.& cõs.2 n.7.Vanci.de nulli.ex deffect.iurisd.n.10.Petra de fideicom.q.13.à n.555. Valas.de iur.emphy. q.8.n.21 & 29.Lauren.Teni.caute.129.n.18.Cabe.decis.9.n.1. & 8.& deci.43.p.2.Garcia de expẽs.c.12.n.56.& seq. Pegue.decis.crim.36.n.6.Cels.Hugo cõs.60.n.8.Dida.Perez in l.4.tit.1.glo 1.lib.2.Ordina.Bosi.in praxi tit.de Principe, n.233.Azeb.in 4.Recop.tit.1.l.10.Alci.lib.2.parado xo.c.6.

L for.nouo Tirasonæ anno 1592 tit.de offi.Iust.Aragon.

M vt in for.titu.de alienigenis ad offi.non admittend.cui adde Ioann. Chokier in thesauro aphorismorum politicorum lib.1.cap.6. & notauit optime Bardaxi de offi.gubernato. quæstione 1. numero 3. pag.4.versi.Vnde posset inferri, for.2.de officio Cancellarij foro vnico, titu. quod extraneus à regno non possit habere officium in regno. & for.vni.titu.vt iudices Aragonum iudicent. Misinge. singular.obseruatio.centu.4.obseruat.30.

res, & non clerici, *n* quod & iure, & prope omnium prouinciarum vsu receptum est; *o* licet Prælati domi-
31 ni † locorum possint iurisdictionem ciuilem in propria persona exercere, *p* cum eam non exerceant tan-
32 quam officiales, sed tanquam domini, aliasque † qualitates, nobilitatis, *q* absentię D. Regis, *r* praxis, ętatis, & gradus, *s* & nisi forali dispositione hoc esset cautum, instar sacrilegij haberetur *t* indignos magistratu, & incapaces ad officia iudicare eos, quos Princeps e-
33 legerit. Tertiò infertur, quod cum † nec iure naturali, vel diuino, officiorum secularium venditio sit prohibita, *u* posse Regem Aragonum officia vendere, si hoc non fuisset foro regni *x* prohibitum; quæ prohibitio & Romanorum, Gallorum, aliarumque prouinciarum legibus confirmatur, *y* & optima ratione fulcitur, quod qui emit, necessarium est vt vendat, *z* nec sine rubore puniri potest. is qui quod emit, vendit.

Sextus effectus supremę potestatis, iurisdictionisque
34 est, potestas † gladij, ad animaduertendum in facinorosos, quæ à nostris merum imperium appellatur, ac penès Pricipem supręmum residet, cum animaduertere, executionem respiciat; *a* & ideo erectio furcarum, vbi executio fieri solet, meri imperij signum est *b*, & per eas possessio conseruatur, etsi per mille annos aliquis in eis non fuerit suspensus. Sed verius est solum effectum esse meri imperij, exemplique causa à

N for. vni. tit. quod official. executo. & ministri iurisdict. regię sint seculares & nō clerici, vbi Bardaxi concord. l. 17. li. 1. ordinat. tit. 3. vbi Dida Perez glo. si resumiere corona & glo. no pueda tener. & lib. 2. titu. 15. l. 23. Moli. in report. foro. verb. Clericus, vers. Clericus de foro, vbi Porto. n. 2. idem Barda. in for. 1. tit. dela inquisiciō cōtra el Vicecāceller, pract. crimin. canonica. B. Diez c. 61. n. 2. vbi an possit esse de cōsilio Regis, ex Abba. in c. non est, n. 4. de voto cū plurib. concord. per Salçedo in addi. ad dec. 61. verb. Cōsiliarij Principis. O c. 2. c. ne Sacerdotibus ne cler. vel monachi, Rebuf. in const. Gallię, tom. 1 tit. vt laici, &c. n. 3. Bened. in c. Raiutius, verb. & vxorē, dec. 2 n. 477. Couar. in iu pract. q 33. n 5. Mastri. decis. 159. n. 18. p. 2. Bortel. de Regis catholici præstantia, c. 73. n. 3. & 4.

P obseruan quod Prælati tir. actus curiarū, & obseruā in causis, tit. de for. cōpet.

Q for. vni. tit. quod regēs officium guberna. sit miles simplex.

R for. vnic. titu. quod D. Rex non possit facere Locum tenentē ipsius in Aragonia nisi certis casibus.

S for. vni. tit. de la platica que han de tener el Vicecanceller, y otros oficiales, & for. vni. tit. Que el Vicecanceller, y otros oficiales ayā de ser graduados. for. 1. tit. Reparo del Cōsejo del Iusticia de Aragō, ib., De edad de treynta años.

T l. 2. C. de crimine sacrilegij.

V Guili. Benedic. in c. Raiutius, verb. Duas habens filias, n. 32. de testam. Soto de iust. & iur. lib. 3. q. 6. art. 4. col. 3. Tellus Fernan. in l. 26. Tau. n. 10. Mencha, contron. illustr. c. 42. n. 9. ad fin.

X for. vnic. tit. de prohibita lagitio. pecuniæ, vbi Barda. Moli. in repor. verb. pecunia vers. 1. & verb. pretium. vers. 2. & verb. firma, vers. die 10. Decębris, & verb. iuramentū, de iuramen. D. Regis, & suorum officialiū, vers. & circa istud iuramentū, & verb. officialis. vers. officiales exercentes, & vtro biq; Porsoles in scholiis.

Y l. 1. ff. ad l. Iuliam, de ambitu, l. vni. C. de pistoribus, lib. 11. l. vnica, C. de officio præfecti Senatus, lib. 12. Soci. cons. 146. n. 2. lib. 1. Rebuf. tom. 2. ad leges Gallicas. tit. de mercato. minut. venden. arti. 1. glo. 5. ad fin. Marcus decis. 149. n. 5. Bald. in l. Barbarius. ff. de officio præto. Nauar. in manua. c. 25. n. 7. Gabe. decis. 24. n. 4. p. 2. Auend. resp. 9. n. 2. Afflict. in constitutio. Siciliæ, rub. 93. n. 6. Rebuf. in l. vai. glo. 1. n. 133. C. de sententiis quæ pro eo quod interest, Brancala sen sus predicamentos de Corte. c. 10. n. 28. p. 140.

Z Ioan. Choki. in thesau. aphoris. polit. lib. 5. c. 4. for. vni. tit. de iustitia reddēda, & nō vēdēda for. vni. tit. de prohibitis aueriis. & for. vni. tit. de pœna corrūpentis iudices. Cyril. in summa crimi. rub. 1. §. 1. n. 5.

A l. aut dānū. §. 1. ff. de pœnis, l. nō dubito, in fin. vers. nō fiūt, ff. de captiuis, l. respiciēdum. §. fin. ff. de pœn. l. si quid erit. ff. de offic. procon. Marta. de iurisdi. 1 p. c. 36 n. 18. & seq

B Alcia. lib. 9 parerg. c. 24. Couar. li. 4. var. c. 5. in fin. Græu. ad Gai. lib. 2. concl. 60. consid. 2. n. 7.

sa â I. C. c propositum; ideoque banna, & proclamata, quæ in illius executione in nostro regno fiunt, ad maiestatem regiam, apud quam talis potestas gladij residet, referuntur; quæ tamen aliquatenus legibus regni limitata, coarctata, & modificata reperitur, vt putà, quod non fiat, † nisi præcedēte processu, & sententia forali, quę 35
publice, & in loco publico, & cum sole exequatur, d & quod non officio nobili, sed mercenario, ideſt, ad instā tiam partis legitimæ, tali vtatur potestate, e & accusationi deseruiat: & ita Antonius † de Herrera, qui in om 36
nibus delictis facultatem iudicibus procedendi ex offi cio foris Tirasonę concessam retulit, â veritate prorsus deuians, legem illam, quæ historico dicta est, f ne quid falsi dicere audeat fuit impudenter transgressus, cum non solum id, g sed & multa alia innatæ fidelitatis Aragonum ignarus falsa audacter ad dominum, ac Regē nostrum Philippum rescripserit, qui non tam dedit operam h veras, certasque res scribere, quàm nihil omnino præterire, quod vel à quibusuis habuerit, vel ipse somniauerit; quia in Aragonia non habemus interesse † secundarium, sed omnia ad instantiam eius, cuius principaliter interest, geri debent, cum, obseruantia no- 37
stri regni, omnia publica delicta, ad instar priuatorum sint redacta: i ita vt nec fiscus ad accusandum admittatur, K cum non sit priuilegiatus ad agendum, sed iure priuati vti debeat; l nec quilibet de populo, nisi casibus supra relatis, m in quibus extraneus à regno non admittetur ad accusandū, n & vno agente statim actio criminalis cōsumitur, o nisi primus cū parte collusserit, vel ob partis cęsionē fuerit reus absolutus, p sed regulari ter

C in l. imperium, ff. de iurisdict. omn. iudic.

D For. querientes, tit. de offic. Cancellarij.

E obseruan. item per foros. titu. de genera. priuileg. totius regni, for. vnico, titu. de postulan. Moli. in reportor. verb. clamum, in princip. Ias. in d. l. imperium. n. 17.

F Polidor. Virgil. de inuentorib. rerū, lib. 1. c. 13. in fin. ex Ciceronе lib. de oratore.

G in relatione rerum Aragonensium ad Philippū Tertiū, 1. p. pa. 21. ibi, Mouiendose competencia. & pag. 25. ibi, Y que el mejor y mas verdadero remedio. pag. 50. ibi, por q̄ industriosamente. & 2. p. pag. 57. ibi, Arraygada la mala, pag. 59. ibi Yno disminuyendo la confiança delos Aragoneses. pag. 71. ibi, Por la sospecha de todos. pag. 77. ibi, Sino con palabras. pag. 89. ibi, desfogando. pag. 107. ibi, Por no ver de sus ojos. p. 119 ibi, Y que los juezes. pagi. 130. ibi. Se ordeno, & ibi, El Visorey, y Regentes. pag. 138. ibi, Ypor quitar ocasiones. Quæ omnia tanquā falsa expungenda & abolenda, ac igne expurganda essent.

H Cano de locis Theolog. lib. 11. c. 6.

I obseruant. item in publico crimine, 4. & obseruan. item in criminibus, 8 tit. de homicid. Sesse decis. 99. num. 16. & duobus seqq. 1. p.

k obseruant. sed si D. Regi, tit. de general priuileg. totius regni, Moli. in d. verb. clamum, verb. Fiscus, & in verb Procurator fiscalis. vbi Port.

L Maurus Burgius de modo procedendi ex abrupto, q. 19. à n. 9. cū seq. late & ibi per eum allegati, l. extat, l placuit, ff. de iure fisci, Cæsar Contard. in l. vnica, q. 21. ad verb. fiscus, n ume. 5. C. si de momentanea. Gail lib. 1. obseruatio. 90. n. 2. glo. in l. 1. C. de petitio. hæredit. Montal. de reprobatio. sententiæ Pilati, artic. 3. n. 16. l. fin. C de fiscalibus vsuris, Farinac. in quæst. criminal. 18. n. 14. & seq.

M d. obseruan item in criminibus, obseruan. 2. tit. de general. priuile. totius regni, for. 3. tit. de lenonibus, & in for. vnic. titu. de la facultad de acusar a los que injuriaren a los Lugartenientes, & in for. nouissimo Tirasonę, tit. de los que injurian a los oficiales Reales. & alij supra relati §. 19. n. 50.

N Burgius vbi proxime, q. 18. n. 27. O ex glos. in l. 3. ff. de popula. actio.

P Farinac. in praxi crimin. q. 4. n. 13. & 37. & Burgius vbi proxime num. 35. & 36. & q. 20. num. 43.

Q vt in

38 ter in hoc Regno omnis inquisitio est † prohibita, q̃ præ
ter quam in causis finium regundorum, caloniæ homi-
cidij, & infançonię, vel contra officiales Regios, vel re-
dituum regalium administratores, si nomine Regio, fis-
co rationem reddituri administrent: si enim locationis,
atquè ita temporariæ emptionis titulo pro se ipsis admi
nistrent, inquiri non poterunt, quamuis forsan si dolose
se gesserint circa res sedentes à D. Rege conductas, via
ordinaria ciuili, aut criminali à fisco, vel ab eo cuius in-
tererit conueniri poterunt, vt fuit decissum in Curia D.
Iustitiæ Aragonum. * Sed si in Inquisitionis iudicium
consenserint, & contra iudicem inquirentem exceptio
nem generalis priuilegij non opposuerint, eius iurisdi-
ctionem declinantes, nec iudicium dicetur nullum, &
sententia in eo lata valebit, vt fuit declaratum in Curia
D. Iustitię Aragonum. * Licet aliqui sint officiales, con-
tra quos, vel ex priuilegio non potest fieri inquisitio,
vel certus est iam, inquirendi modus à lege prescriptus,
multaquè alia, † tam in procedendo in causis crimina-
39 libus, quam in imponendis pœnis, & earum executio-
ne, sunt singulariter foris, ac legibus nostri Regni pro-
uisa, in quibus maioria, & suprema Regis Aragonum
potestas videtur restricta: vt sunt illa duo singularia Re-
gni priuilegia; alterum, modum procedendi respiciens,
ne scilicet sit tormentum † alterum vero, pœnam, ne
40 sit bonorum confiscatio, nisi in crimine lesę maiestatis humanæ, seu diuinæ,
nec triremium, seu galearum possit imponi alijs quam latronibus: quæ sunt
ex illis quatuor Regni priuilegijs foro Tirasonæ, anni 1592. reseruatis, super
quibus nihil disponi, vel nouari potest, nisi omnium existentium in curia ne-
mine discrepante adhibito consensu, vt supra diximus. Vnde nec statuto in-
duci poterit, præterquã in casibus à foro permissis, in quibus vt fuit per me,
& collegas declaratum in curia D. Iustitię Aragonum, * nullatenus impedie
tur executio: nec Clerici torqueri poterunt, ab Ecclesiastico Iudice, quia,
cum hoc priuilegium territorio concessum sit, etiam Clericos compre-
hendet, r & ideo fuit denegata firma, D. Thomæ de Borja Archiepisco-
po Cæsaraugustano viro nobilissimo, & mihi multum benefico: nec
etiam exteri, & alienigenæ vt falso asseruit Anthonius de Herre-
ra,

Q Vt in priuileg. gener. §. Item que inquisicion, & toto tit. de prohibi inquisi. Bardaxi in commen. ad priuil. gener à num. 6. cum seq. obserua. 1. tit de generali b. priuil. obseruã. si aliquis commisit, tit. de homicidio, obseru. fin. tit. finium regundo. & foro 1 tit. de testibus.

* In processu Menauti de Morlanes super iurisfirma, & in proces. procu. fiscalis, & Ioannis Tristan de Ostabat super crimin. contra eundem Morlanes.

* In proces. Hieronymi Palomares, & Petri Gaian super iurisfirma, 1615. obseruan. si aliquis, tit de homicidio.

* In processu Francisci Hernandez super iurisfirma, die 31. Ianuarij 1612 Sesse de inhibitio. cap. 1. §. 2. num. 68. pag. 52. in fi. vbi tradit quædam exemplaria à nobis in sua originali matrice vissa, quæ nostram sententiam & decretum coadiubant.

R Roman. cons. 180. numer. 2. Felin. in cap. Eccle sia. Sanctæ Mariæ, nu. 76. de constitu. Olarad. consil. 32.

ra, * nisi in casu falsæ monetę in hominibus vilis conditionis, sed nec hi in capite alieno* torqueri poterunt. In cęteris vero † omnibus, quæ legibus à se latis, & à populo receptis, eius potestas non reperitur limitata, tam lata, & ampla Regi nostro mansit facultas, & potestas in eum lege Regia translata: sicut in quemlibet alterum supremũ Principẽ, & Monarcham: quod si aliquis audacter contrariũ astruxerit eum, vt Antistium Labeonem insanire dicemus: * Solum enim cõtra leges † nunquã intẽdit aliquid facere, nec plenitudine potestatis vtitur. Et hæc est ratio dicti vulgaris, nostrorũ Foristarũ, quod D. Rex in Aragonia litigat vt priuatus, quia, vt de Imperatore dicitur, quando nõ vtitur plenitudine potestatis absolutę, non est vlla differẽtia inter eum, & alium dñm, iurisdictionem in loco habentem. Inde primo infertur, in Rege nostro cessare doctrinam Cini, ſ & aliorum asserentium, posse Principẽ, iuxta propriã, & particularẽ scientiã sentẽtiã ferre, licet in iudicio cõtrariũ sit probatũ. Secundo infertur, quod à sententia nostri Regis non appellatur, † non tanquam Pręfecti Prætorio, vt dixit Bardaxi, t (cui æquiparatur primogenitus, Regni Gubernator) sed tamquã supremi Monarchę, licet per viã grauaminum, cõtra forum factorum, ad Curiã Iustitiæ Aragonum habeatur recursus, ** ad instar supplicationis inductus, quæ, vt inquit Vitalis, antiquitus locũ habebat, antequã lege Regni fuisset sublata, exceptis causis criminalibus, in quibus nõ potest † haberi recursus ad Curiã Iust. Arago. nisi respectu nullitatis, & ritus y, Sed de cõsilio Regiorũ cõsiliariorũ aulę criminalis * sententia lata exequtioni, absq; vllo recursu mandatur, nisi esset mortis, aut mutilationis membri, in quibus fit reuisio per cõsiliarios aulę ciuilis, * si damnatus intra tempus legitimũ appellet. Tertio infertur, ex eadem ratione Regem nostrum indulgere † crimina, remissionesq; pœnarum delinquentibus concedere, z quatenus tales pœnę respiciunt

41 42 43 44 45

* In relatione ad Philippum, ibi, y que los estrangeros. pag. 122.
* In proces. Pauli Espital super manifesta. an. 1609.
* Ant. August. Archiepis. Tarracon. nostriæ patriæ decus, dialog. 4. desus me dallas, pag. 156.
S In l. 1. C. vt quæ desunt aduocat Alber. in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præsid. Couarr. lib 1. var. c. 1. nu. 7. in fin. vers. Princeps tamen. Cabed decis. 74. num. 8. p. 2.
T De offic. Guberna. q. 5 nu. 5. vers. proprius accedendo in fin. pag. 56. & n. 7. pag. 58. post Corsetum de potesta. Regia. 4. p. q. 44. num. 10. Bart. in l. omnes populi, n. 8. ff. de iust. & iur. & in l. 1. ff quod quisq. iur. Iass. in l. 1. n. 8. ff. de offic. eius.
V Obseruan. quod filius legitimus, & obseru. seq. tit. actus Curiarũ. Mieres in constitutio. Cathalon. Petri 3. 1. 3. collation 6. de offi. Gubernat. fol. 167 & 2 p. colla. 6. c. 36 fo. 52
X For. querientes. 1. & 2 tit. de firmis iuris.
Y Sesse de inhibitio. cap. 1. §. 2. nu. 20. & seq.
* Doctissimi D. Augustin. Morlanes, D. Ioannes Porter, D. Hieronymus Marta D. Balthasar Nauarro de Arroyta, & ego eorũ minimus.
* Sapientissimi D. Iosephus Sesse Regens Cancellariam. D. Dominicus à Vẽgochea, D Augustinus Pilares D. Ioannes Canales. D. Fráciscus de Pueyo
Z l. relegati. in fin. l. moris. §. sed enim. l. diuus, la 2. l. ad bestias, §. exprouincia. ff. de pœnis. l. 1. §. fin. ff. de quæstio. Molin. in reporto. verb. Rex, vers. Domino Regi tantũ cõpetit remittere, & ibi Portol. nu. 290. & seq. Casane. incatalog glor. mund. 5. p. cõsidera. 24. vers. 54. Anto Gom. tom. 3. variar. c. 8. n. 4. & in l. 40. Taur. nu. 10. vers. octauo. Menoch. de arbitr. casu, 326. vers. cum solus Princeps. Cephal. cons. 304. nu. 103. lib. 3. Decia. cons. 18. n. 120. lib. 1. & cõs. 96. n. 1. lib. 3. Franc. Marcus decis. 68. n. 6. p. 1. cũ concordã. per Farina. tom. 1. tit. de carceribus, q. 29. nu. 80

† Nota. 2d. solum in sinta mortis, aut mutilat. Mitri dat. appellatio.

ciunt vtilitatem publicam, *a* non vero solet tales remissiones concedere in præiudicium † partis offensę, *b* nisi de absoluta potestate, ex aliqua magna causa publicæ vtilitatis: *c* sed verius est si interesse partis solum sit vindictæ, non pecuniarium illud remittere non ad absolutam, sed ad ordinariam Principis supremi potestatem iure Principatus, ex lege Regia proueniente, & orto pertinere, atque ita Regi Argonum competet, nisi quatenus talis potestas aliquibus casibus à foris *d* Regni reperitur restricta, in quibus guidatica, & remissiones à D. Rege concessę non valebunt, nec in præiudicium partis lesæ obtinenti proderunt, quinimo, & si in casu permiso fuerint concessę tenebitur obtinēs parti accusanti expensas in prosequtione causæ factas soluere, *e* quod intelligi non potest de guidatico *f* particulari, quod & ab inferioribus Magistratibus, testibus in causa criminali producendis solet concedi. Sed de consuetudine, & stilo Regiæ Audientiæ guidatica generalia ad tempus, & remissiones perpetuæ non dantur, nec admittuntur in quibuscumquè criminibus, nisi pace habita, & parte concordata, & ea satisfacta. Hoc nec præsidibus iure communi tribuebatur, nec in Aragonia alteri, quam Domino Regi, vel eius Locumtenenti generali, qua ratione, nec Regens officium † generalis Gubernationis, etiam dum in Regia Audientia præsidet, facultatem remitten-

46

47

nu. 80. Bouadil. in politi. lib. 2. c. 16. nu. 99. & 122. lit. F. Auenda. in c. 7. prætor, nu. 7. in fin. Anto. Sola in consti. Sabaudiæ, tit. de indulgent. decreto. indulgentiam. glos. vnic. à n. 5. cum seq. Marta de iurisd. 1. p. c. 44. Cabedo 1. p. decis. 45. Eleganter noster Regens Sesse in tract. de inhibitio. c. 1 §. 5. per tot. A l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.

B l. 2. C. de præcib. Imp. offerend. Salicet. in l. si pro iure, ff. de condic. furtiua. Ruin. cons. 60. vol. 5. Bal. in l. 2. n. 3. C. de in ius vocand. Maranta de ordin. iudic. 6. p. vers. Inquisitio. num. 56. Grāmat. cons. 34. in prin. & voto 35. nu. 9. Paul. Chirl. de relaxatione carceris. tit. de compositione, q. 2. n. 4. Borrel. de Reg. Cathol. præstan. c. 38 nu. 13. & 14. Bursat. cons. 54. nu. 18. in 1. Plot. cons. 78. Couar. lib 1. var. c. 20. nu. 8. Osasc. decis. 134. n. 11. Sola tom. 1. tit de indulgent. decret. Abit fus. glos. 2. nu. 12. & 13. Conrad. in templ. om. iud. lib. 1 c. 1. §. 4. vers. decimoseptimo, nu. 4. & 5. Azebedo in 8. tit. 25. l. 1. num. 63. & seq. Luc. de Pena. in l. 1. q. 5. C. de desertor. Isern in

tit. quæ sint regal vers. & bona committentium, nu. 73. & Afflict. eod. tit. § pœnarum, nu. 32. & in consti. Regni, malier. quæ dotarium, num. 25. notab. 10. Abb. cons. 6. nu. 2. vol. 2. & Felin. in cap. 1. num. 4. vers. 2. declara. de probatio. Casane. in consuet. Burgund. tit. des Iustices, §. 5. num. 163. & cons. 27. Molin. in reportor. verb. Rex, vers. D. Regi tantum competit remittere, & ibi Portol nu. 290. & seq. Sesse vbi proxime nu. 82. cum plurib. seq. & decis. 178. per tot. 2. p. Molin. verb. exilium, vers. fin.

C Gramat. cons. 34. Carauita. ritu. 273. nu. 2 & Sola in d. decreto. ne malitia. glo 1. 2. p. nu. 7. & 8. Greg. Lopez. glo. el Rey. l. 1. tit. 32. par. 7. Ruin. cons. 60. vol. 5. Paris. cons. 1. vol. 4. Borrel. de Reg. Cathol. præst. d. cap. 38. nu. 15 & seq.

D Foro. como cerca la punicion, 1. & 2. tit. de homicidio, foro como de pocos dias aca, tit. de crimine falsi, for. fin. de consultatio. & in for. 1. & 2. tit. de iuramen. præstan. per officiales, foro de poco tiépo, tit. de prohibita inquisitione, for. vnic. tit. de processu contra fractores inhibitionū Iustitiæ Arag. ibi. segund que por fuero contra los officiales.* Et ita fuit decisum in curia D. Iustitiæ Aragon in proces. fragantiæ Hieronymi de Luna, super criminali, die 19. Decemb. 1562. non prodesse relaxationem delicti eidem factam per D. nostrum Regem, quia ex notabili contraforo, & resistentia facti Francisco Lunel Locumtenenti Iustitię Aragonum, fuerat per curiam condemnatus dictus Luna, qui erat Zalmetina Cæsaraugustæ ad priuationem omnium officiorum ciuitatis, & Regni, & exilium decem annorum, cum comminatione perpetui, & abcisionis manus minus vtilis.

E Foro vnico, tit. de remisionibus guidaticis.

F Greueus ad Gail, concluſ. 52. num. 16. & 17. corolario ad illam concluſ.

G Sesse

mittendi, & indulgendi crimina habet, licet ex causa, habita deliberatione cum eius Assessore,* & Consiliariis Regiæ Audientiæ criminalis, & Aduocato fiscali,* soleat Procuratori Astricto, qui in atrocioribus accusator publicus est, præcipere, vt ab accusatione desistat, g vel in ea instantiam non faciat; quod, in effectu, indulgere, & remittere est, per indirectum. Non tamen facile † debent crimina indulgere, & pœnas remittere, quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, h nec vllam reus (inquit Beatus Isidorus) i pertimescit culpam, quam redimere numis posse existimat; crescit enim hoc modo multitudo peccantium, & facile itur ad culpas, vbi est venalis ignoscentium gratia. Vt enim, inquit Seneca, k non oportet habere promiscuam, ac vulgarem clementiam, nec abscissam; cum tam crudelitas sit, omnibus ignoscere, quam nulli: sed modum im remittendo crimina teneant, quia (vt inquit Psalmista *) Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore, in quem locum cum interorandum B. Ludouicus, Rex Galliæ incidisset, gratiam, & remissionem cædis à se factam illico reuocasse, traditur; vt sic posset dicere cum Propheta, l *Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.* Nam dum facinorosi non puniuntur, ne dum publica turbatur lætitia, sed etiam ira Dei in nos prouocatur, m atquè ita, multo minus, pœnas delictorum vendere debet, cum non deliquerit bursa, sed persona, n & ideo in Aragonia compositio pecuniaria in criminibus prohibita fuit: o quia si pœnæ venduntur, omnia mala in Repub. nascuntur, & illud cum Prudentio p dicere possumus. 48

Pudor per aurum soluitur,
Violatur auro integritas,
Pax occidit, fides perit,
Leges & ipsæ intercidunt.

Vnde sine causa non sunt crimina (maxime atrocia, & grauia) remittenda, cum non sit misericordia, quæ in miseriam conuerti potest, nec inannis species clementię vincere debet salutarem seueritatem, cum causa vero † vt propter pacem, vel propter lętitiam victorię partę, Natiui- 49

tatis

*Peritiss. D. Marti. Godino
* Doctiss. D. Franciscus Santacruz de Morales.
G Esse vbi proxime, á num. 122. cum. seq.
H Cap. est iniusta, ad fin. 23. quæst. 4. Cerdan Talla da en el verdadero gouierno, cap. 5. Anto. Sola in constitu. Sabaudiæ, 1. par. tit de accusatio. decreto ne malitia. glos. 2. 2. partis, num. 2.
I In c. pauper. 11. q. 3.
k Lib. 1. de clementia. capit. 2.
L Psalm. 110.
M Baiardus ad Clarum, quæst. 64. num. 118. Gramat. decis. 36. numer. 1. Cartar. de executio. senten. Capto bannito. cap. fin. num 411. Cabalcan. de brachio Regio, 1. par. num. 127. Burgius de modo proceden. ex abrupto. centu. 1. quæst. 10. numer. 3.
* Psalm. 105.
N §. oportet, in authentico. de mandat. Princip. collat. 3. Carauita ritu. 272. num. 6. Cyrillus Fulgonius in summa crimina li, rub. 1. §. 3.
O Foro vnico, tit. de prohibitis auerijs, foro 1. vers. E que por ocasion, tit. de Procurator. Astrictis. foro, como de pocos dias aca, colu. penultima, ibi, no pueda seyer ni sea admesso a alguna composicion, o pena pecuniaria, ni la condenacion personal pueda seyer conuertida, o comutada en pena pecuniaria, tit. de crimine falsi, Moli. in reportor. verbo compositio, vers. 1.
P In perystephanon hymno. 2. de Beato Lauren.

tatis filij, primi, Regis ingressus, nuptiarum, vel pacis cũ alio supremo Principe habitæ, & fœderis initi, aut tempore Paschali, æquum est, quod D. Rex veniam delictorum, & remissionem criminum tribuat, q maxime, si illa atrocia non sint, & iam, diuturnitate temporis elapsi, à memoria hominum quasi abolita sint. Ex eodem principio prouenit, quod restitutio famæ, & honoris ad Regem spectet. r

Quarto ex eodem fonte promanat, vt ad eum solum spectet sententias criminales exequi, & commutare; relegatosquè in Insulas ad alias transferre; ac condemnatis ad carcerem locum carceris assignare. ſEt hoc sen-
50 su, † quatenus merum imperium à I.C. t appellatur potestas gladij, ad animaduertendum in facinorosos homines, & ad executionem refertur, non est incognitum in
51 Aragonia: imo hac ratione intelligitur forus † disponens. u quod Iustitiæ, & extemæ corporum, & membrorum specialiter sunt, & spectant ad D. Regem, & ad suos baiulos. Et hoc significat gladium illud euaginatum, † ac nudum, & eleuatum, quod vidimus ante D. nostrum Regem anno 1599. in eius felici, & solemni ingressu in hac ciuitate Cæsarauguſtæ, portasse D. Gabrielem de Alagon Comitem de Sastago, tanquam Camarlengum Regis Aragonum, quod etiam Ianuæ ducitur ante Ducem, & in ciuitatibus, Lucę ante Confalonerium, & Mantuæ ante Capitaneum Iustitię: Sed alij eius supremę iurisdictionis, & potestatis argumentum esse tradunt, x & ideo ante Ducem Venetorum non portari nudum, sed vagina tectum, ad significandũ non esse sui arbitrij penitus totam Rempub. sed subsequentis Senatorij ordinis summam esse potestatem, quod etiam Consulum Romanorum præligati fasces prænotabant.

Quinto ex eadem suprema iurisdictione prouenit, vt ille solus, in duobus eius supremis tribunalibus, Regiæ Audientię, & curiæ Iustitię Aragonum, sit Iudex com-
52 petens, † in causis Vniuersitatum, & nobiliũ, y & Dominorum vassallorum, seu alicuius castri, z quod intellige si ha-

Q d.l.abolitio. 8. cum l. seq. ff. ad Turpil. l. nemo deinceps. C. de Episcop. audien. l. ob diem. l. paschæ. l. paschalis, l. religio. in C. Theodos. de indulgent. crim. Bortel. vbi supra, d. cap. 38. num. 69. 71 & 75. Luc. de Pen. in l. contra publicam, C. de re milita. lib. 12. Rolan. con sil. 4. nu. 58. vol. 3. Marc. decis. 409. vol. 1. Boer. de cis. 217. num. 21. Sesse d. §. 5. nu. 15.

R Afflict. in tit. quæ sint regalia in princ. nume 4t Castro in l. licitatio. ff. de publica. & vectiga. Cephal. consil. 58. num. 67. vol. 1.

S l. 1. §. 1 & §. fin. in fin. ff. de quæstio. l. relegati in fin. ff. de pœnis, Cancer variarum resolut. 2. par. cap. 2. num. 141. Afflictis tit quæ sint regalia, § pœnarum, num. 30. Carabita. ritu 272. nu. 11.

T l. Imperium, ff. de iurisdict. omn. iudi.

V Forus si aliquis homo. 4. tit. de homicidio, foro vnico, tit. de iurisdiction. obseru. Item notandum, de priuileg. militum. Dida. Perezz lib. 3. ordinat. tit. 1. l. 1. glos. alos que appellaren, in fin.

X Ianus Langleus lib. 13. semestrium cap. 1. p. 733. D. & seq. lib. 11. cap. 2. pa. 688. B.

Y Obseruan. Item nobilis, obser. Item nobilium, & obseruan. in causis, tit. de foro comper. Bardaxi de offic. Gubernato. q. 5. num. 93. & seq. 100.

Z Obseruan. Item si agatur. la 2. tit. de foro compet. obseruan. Sciendum de salua infan. facien. Molin. in verb. Domini locorum, vers. 1. & seq. vbi Portol. num. 1.

† Nota Camarlengo significatum.

si habeant vassallos, seu castra in Regno nihil enim interest, quod habeant extra Regnum. Idem in non habentibus Aragonum Nobilitatem, sed alterius Prouinciæ: dicendum esse crederem, cum possit quis esse nobilis in sua patria, & non in Aragonia [a] cum nobilitas Aragonum in multis, cum nobilitate aliarum Prouinciarum non conueniat, & faciat ordinem, seu stamentum distinctum ab ordine, & stamento infantionum, & militum, quorum nobilitas prope in toto orbe est communis, & nota: at tamen ista Aragonum nobilitas in multis est annomala, & quod dicit noster Molinus, [b] mortem D. Ioannis de Fuxo fuisse habitam pro notoria non est mirum, quia licet origine esset Francigena, tamen erat nobilis, & Richus homo in Regno, ac dominus villæ de Maella, & multæ illustrissimę domus, & familiæ aliarum Prouinciarum, á Magnatibus nostri Regni originem ducunt, quas inter nobiles Regni referre non dubitarem: Hoc est vnum ex singularibus, ac pręcipuis priuilegijs, quibus fruuntur nobiles, & vniuersitates Regni, cui (nec etiam volentes) renuntiare possunt, & alterius inferioris Iudicis iurisdictioni se submittere: A quo si fragante maleficio capiantur, ad prędicta suprema tribunalia debent secundum forum remitti. [c] Quod etiam procedit in causis † criminalibus 54
Infantionum, in locis Baronum inhabitantium: quia vbicumquè morentur, & sint populati, semper Regis sunt illi; & qui priuilegio infantionum fruuntur, licet alias non essent infantiones sanguinis, & generis. Vnde si caperetur criminaliter infantio in locis Dominorum ab illorum officialibus, & vltra debitum detineretur, ibiquè petitio criminalis etiam intra tempus fori offerretur, & ab infantione admitteretur, liberandus demum veniret per viam priuilegiatam, ac si nulla petitio oblata fuisset, vt fuit decisum in Curia D. Iustitię Aragonum. * Cætera omnia, quæ à suprema iurisdictione oriuntur, experiri poterunt per D. Regem Aragonum, si eorum ortui, & productioni leges Regni non resistant.

A Bart. in l. 1. numer. 62. 63. & 83. C. de dignitat. lib. 12. Bald. consil. 387. col. 1. lib. 1. Baeça de inope debitore, cap. 16. num. 108. Gutierrez pract. lib. 3. q. 14. nu. 85.

B Verbo mors. vers. mors D. Regis.

C Foro quandocumquè, vers. adicimus de appellitu, Portoles in Scholijs ad Molin. verb. captus in tra ctatu de via priuilegiata, §. 5. num. 25. & facit tex. in l. Diui, § fin. ff. de pœnis cum concord. per Iasso. in l. 1. num. 14. de officio Assessor, Molin. verbo emparamentum, vers. 2. & verbo, Nobilis, vers. Nobiles non possunt, & verbo Domini vassallorum, & verbo Iudex ordinarius, vers. à Iudice suo ordinario.

* In processu Procuratoris Astricti Villæ Montisoni, contra Georgium de Sin, super criminali, die 12. Februarij, anno 1615. ex traditis à Portoles, tracta. de liberat. per viã priuilegiat. quæst. 5. & 6.

(?2)

§. Vi-

§. Vigesimus sextus.

De effectibus ex supremo dominio resultantibus, & quis sit illorum vsus, & secundum leges regni restrictio.

SVMMARIVM.

IVs imponendi gabellas, vectigalia seu tributa ad maiorem, & supremam potestatẽ pertinet. 1. & 5.

Gabellæ indictæ à Principe supremo quomodo differant à collectis vniuersitatis inter vicinos; & an teneantur Clerici contribuere. 2.

Tributum capitis, & vectigal quid sint, & an Clerici & Infantiones illa soluere teneantur. 3.

In vectigalium & tributorum solutione, & exemptione, consuetudo semper attendenda est, 4.

Regum Aragonum potestas in imponendis, vel exigendis tributis, vectigalibus, & sisis, an foris Regni, restricta sit. 6.

Immunitas à quibus concedi possit. 7.

Vassalli domini Regis an teneãtur eius familiares hospitare. 8.

Exempti tenentur onus hospitij subire soluta mercede. 9.

Ius confiscandi legibus regni in Aragonia limitatum reperitur. 10.

Montes publici in dominium Regis fuerunt lege regia translati. 11.

Montes fuerunt concessi vniuersitatibus à Rege in dotem. 12.

Quare dos data à Regibus vniuersitatibus, dicatur dos profectitia. 13.

Vniuersitate destructa ad quem pertineant mõtes ipsius Vniuersitatis. 14.

An resoluantur censualia, et debita vniuersitatis illa destructa. 15. 20. 22.

Vniuersitas quot modis contingat destrui, ac dirui. 16. 19. 21. 23.

Vniuersitas quando dicatur delinquere, & quãdo singulares ipsius. 17.

Vniuersitate destructa, si reficiatur, vel de nouo ædificetur, an in omnibus & per omnia actiue & passiue succedat in locũ primæ. 18. 20. et 24.

Defesias an possit constituere dominus Rex in præiudicium iuris pascendi competentis à foro, vel ex pacto. 25.

Pœna à foro statuta an possit augeri per dominum Regem in constitutione defesiæ. 26.

Dominus Rex an possit prohibere extrahi à Regno triticum, oleum, & alia, & pœnam imponere. 27.

Montes omnes regni exceptis defesiis priuilegiatis sunt indefensi ciuibus ciuitatis Cæsaraugustæ ex priuilegio Regis Alfonsi 28.

Salinæ ad quem pertineant in regno, et quid de vniuersitatibus, quibus ex priuilegio, vel præscriptione immemoriali, libertas vtẽdi sale quo velint concessa est. 29.

Mineria, seu metallorum fodinæ an pertineant ad dominum Regem, ratione alti et supremi dominij. 30.

Viæ publicæ hodie regales appellãtur, tribus cõ currẽtibꝰ, & in quo differãt à vicis, et plateis vrbanis, et ad quẽ earũ cura pertineat. 31.

Pedagia soluũtur in Aragonia D. Regi, necnõ etiãaliquibꝰ Baronibꝰ pro securitate viarũ. 32

Ius pontagij, passagij, aut barcagij ad quẽ spectet. 33.

D. Rex concedit immunitatẽ soluendi pedagia etiam in territorio Baronum. 34.

Flumina publica spectant ad D. Regem. 35.

In flumine publico considerantur tria, proprietas, iurisdictio, et vsus; duo prima regalia sunt. 36.

Molendinũ et põs an possint fabricari sine licẽtia Principis in flumine publico, et albeus mutari, et ripa muniri. 37.

Rex solus est iudex aquarum currentium, et illas diuidere potest. 38.

Ferdinandus Catholicus Rex noſter quomodo diuiſerit aquam profluentem ex flumine Orba & fonte de Muel, 39.

Confraternitas mercatorum curare tenetur, quod flumē ſit nauigabile, & ex priuilegio Regis collectam à nauigantibus exigit, 40.

Flumina priuata ad dominum fundi, in quo oriuntur pertinent, 41.

Cudendi monetam facultas priuatiue pertinet ad Regem; & priuatus abſque authoritate Principis ſupremi cudens, quomodo puniatur, 42. & 50.

Moneta mutari non debet à Principe ſine conſenſu populi, vt in Aragonia moneta Iaccē ſis. 43.

In Aragonia inualidi ſunt contractus, niſi celebrentur cum moneta Iaccenſi; nec notarij ſine pœna poſſunt inſtrumenta contractuum cum alia moneta conficere, 44.

Morabetinum, ſeu monetaticum qua ratione ſoluatur in Aragonia; & quid in locis Baronum, & Eccleſiæ, 45.

Moneta quare ſic appelletur, 46.

Tria ſubſtantialia, vt moneta ſit proba, 47.

Imaginis Philippi in moneta impreſſæ, meminit noſter Vlpianus, 48.

Philippus dicebatur primus Imperator chriſtianus, 49.

Bona vacantia ad Regem ratione ſupremi dominij expectant; & quibus modis poſsint dici vacantia, 51.

Hæreditas quæ auferturtanquam ab indigno, & caduca, vel in cauſa caduci, quæ dicerentur, & ad quem pertineat, 52.

Bona amiſſa, vel ex naufragio in mari à nauigantibus emiſſa. cuius ſint, 53.

Theſaurus repertus ad quem ſpectet tam de iure, quàm in Aragonia, 54.

Terræ incultæ, & quæ pro derelicto ſunt habitæ, ad quem pertineant, 55.

Naues, planſtra, & animalia ſubditorum pro vſu Reipublicæ inuitis dominis capi poſſunt, 56.

Angaria & perangaria dicuntur Zofras in Aragonia, & qui ſint ab illis immunes, 57. & 60.

L. 1. & 2. C. de curſ. public. lib. 12. declarantur, 58.

Veredarij officium, quod vulgò Correo mayor dicitur, ad dominum Regem ſpectat prouidere, 59.

Nundinas concedere, effectus maioriæ eſt & de earum priuilegijs, & immunitate, 61.

Debitor non gaudet immunitate nundinarum, ſi illi renuntiauerit, vel apud nundinas contraxerit; & quid pro repræſalijs. 62.

Princeps ſupremus concedit dilationem debitori, quam in Aragonia elongamentum appellamus, 63.

Bellum mouendi authoritas, creandi Duces, ac faciendi treguam, ſeu pacem, ac impediendi ne ſubditi ædificent, vel reficiant caſtra, fortia, poteſtas ad Regem ſpectat, 64.

Fœdus inire cum infidelibus, an liceat, 65.

Academias literarias erigere ad Regem ſpectat, & Cæſarauguſtana, Oſcenſis, Salamantina, Complutenſis, ac Valentina et Illerdenſis in Hiſpania celeberrimæ, & de illarum origine, & antiquitate. 66.

Rex Aragonum an poſsit petere rationem diſtributionis ſuorum patrimonialium reddituum ab vniueſitatibus regni, 67.

Menſuræ, & pondera à quibus ſignanda. 68.

Saluos conductus, ſecuritates, & ſaluasguardias concedere, ad maioriam ſpectat, & quæ ſit inter illa diſcrimen, remiſſiue. 69.

Milites armatæ, et togatæ militiæ creare, deponere, vel exauthorare ad quem pertineat. 70.

§. Vige-

§. Vigesimus sextus.

EX suprema potestate, respectu dominij, plures etiam oriuntur effectus; quorum aliqui sublati, aliqui verò nostris legibus limitati, & restricti fue-
1 re: vt ius † imponendi publicas functiones, vectigalia, & indicendi collectas; *a* non intelligendo de illis,
2 † quæ non iure superioritatis, sed priuata auchoritate, & communi decreto, ab aliqua communitate, vel vicinia. ob necessitatem communem illorum, qui collectantur (quæ vulgò *compartimientos* appellantur) *b* & solent imponi, vel ob causam alicuius publicæ vtilitatis, vel necessitatis, politiam, & ornatum ciuitatis cõcernentem, in quibus etiã Clerici, & Infantiones tenẽtur cõtribuere (etiã si tali vtilitati se velle renũtiare proclament, *c*); quia cum vtilitas, in his, ad eos tanquam ad ciues extendatur, non sunt exempti, sed communi cæterorum ciuiũ iure vti debent, & vniuersitatis statutum eis præiudicat, *d* cum sint & ipsi (vt supra diximus), & pars, & membra vniuersitatis, licet sint membra priuilegiata. Sed

A l. omnium, l quidquid, C. de vectigal. l. vectigalia, vbi Salicet. num. 2. l. nõ solent, l. fin. C. nou. vectigal. instit. non poss. l. 1. C. de fund. limitroph. l. si quisquam, de diuers. & tempor. præscript. l. 1. §. familiæ, 7. l. locatio, §. fin. l. quãtæ, §. fin. ff. de publican. & vectigal. l. inter publica, §. fin. ff. de verbor. signifi. c. super quibusdam, § 1. vbi Canonist. eod. titu. Conrad. in temp. omni, iudic. cap. 1 §. quarto, verfi. Vndecimo Guid. decis. 498. n 2. Per. Gregorius de Repub. li. 9 cap. 1. uume. 30. Alciatus consil. 174. num. 8. Socin. Iuni. consil. 98. num. 15. & per tot. volum. 3. Bobadilla in sua politica lib 5. cap. 5. num. 1. B. & numero 13. D. Belluga in speculo Princip. rub. 11. §. post quã n. 6. vbi eius additionator Borrellus verb. imponens collectas. & rubri. 46 i §. donum. vbi etiã Camil. verb. Tributũ. & de Reg. cath præst. c. 11. n. 34. & 35. & seqq c 20. per tot.

Petra de potesta. Princip c. 4. in princip. num. 30. specia. 23. Marta de iurisdicti. 1. par. cap. 45. Cauedo 2. par. decisio. 49. Regnerus. Sixtinus in tracta. de regal. lib. 2. cap 6. nu. 14. & seqq per tot Ioannes Azor instit. moral. 2. par. lib. 11. cap. 4. versic. vectigalia, & versi. Et angariarum, pag. 1226. & sequentibus. Bossius in prax. titu. qui vectigal. imponer. poss. num. 4. Renat. Chopin. de domanio Franciæ, lib. 1. titu. 1. nume. 6. & titu. 10. nume. 2. Bertachinus da gabell. par. 1. num. 2. Purpuratus consil. 493. nume. 4. Corsetus de potestat. Reg. par. 4. quæstione 48. Ripp. respons. 181. n. 1. Natta cons. 661. n. 1.

B l. omnes, 2. C. de operib. public. Accursius in Authentic. quibus modis naturales efficiantur sui, §, si quis igitur, verb. persoluat. Bartol. Bald. & Angel. in l. 4 §. actor, ff. de re iudica. cum concordant. per Nicola. Festass. in tracta. de æstim. & collect. 2. par. cap. 1. num. 8. & cap. 4 á num. 45. Albertus Brunus consil. 29. num. 9. & 10. lib. 1. Lassarte de gabell. cap. 68. num. 80. Azeuedo in l. 25. tit. 6. lib. 3. nouæ Recopilationis. Auendan. de exequend. 2. par. cap. 14. num. 5. Auiles in cap. Prætor. gloss. Muestren. Mexia in pragmati. taxę panis, conclusio. 5. num. 46. & 64. Villadiego in sua instit. politic. cap. 5. §. 34. Borrell. de Regis catholici prętant. cap 20. num. 18. & sequentibus. argumento legis 1. §. quod si nemo, vbi Bartol. num. 2 & 3. ff. quod cuiusque vniuersitatis. Antonius Thesaurus decis. 257. Iacobus Cancer 3. par. variar. resolut. c. 3. num. 130. & seqq. & c. 13. n. 103. 108. & seqq. & c. 17. n. 208. Flor. Diez de Mena variar. quæst. lib. 2. q. 21. n. 43. Guid Pap. q. 87. n. 9. & 631. n. 21. & seqq. Ioseph Ludou. decisio. Perusi. 43. p. 1. Nicol. Lose. de iur. vniuersi. p. 3. c. 5. Henri. à Rosent. controu. feud. tom. 1. c. 5. concl. 75. pag. 155. vbi plures allegat, & facit obseru. nostri regni finali tit. interpretat. qualiter, & in quibus.

C Peguer. decis. 56. n. 13. & per tot. p. 1. Zuall. commu. opin. q. 3. aliàs 899. n. 159. & 165. cũ seqq. p. 226 & 227. & q. 906. aliás fin. n. 73. & seqq. p. 348. & n. 331. p. 371. & n. 335. & seqq. Azor 1. p instit. moral. li. 5. c. 13. versi. Octauo quæritur, p. 416. & 2. p. lib 10. ca. 7. versi. Nono quæritur, p. 1079. Bardaxi super priuile. gener. Arago. post n. 31. & tit. de Prælat. religios. nu. 9.

D l. quod maior, ff. ad municip. l. aliud §. refertur. ff. de regu. iur. Iaf. cõs. 71. lib. 3. Franci. Marc. decis. 489. n. 4. li. 1. Surd. cõs. 65. n. 3. Vince. de Franch. decis. 2. n. 1. 24. & 25. li. 1. & latius decis. 197. n. 9. & 15. Luc. de Pena in l. 2. C. de nauibus nó excus. li. 11. Rolan. cõs. 3. n 22. li. 2. Bertaz. cõs. crimi. 87. n. 7. li. 1. Abb. cõs. 6. Mastri. decis. 49. 1. p. late & elegãter noster Sesse 1. p. decis. 8. n. 36. Gutier. practi. li. 1. q. 3. & 4. Camil. Borre. de Reg. catho. præstã. c. 63. n. 48. & seq.

Sed de illis loquor, quæ publica. & ſuprema authoritate inducuntur, *e* & â ſubditis Principi ſupremo ſoluuntur, poſtquam in eum lege regia iura Reipublicę fuerunt translata; *f* vel ratione capitis, † vt eſt in Aragonia tributum illud, quod appellatur *el marauedi*, quod in Caſtella *moneda forera* dicitur, & illud quod â noſtris appellatur, *capitatio*, *g* à quo capitis tributo Clerici omnino ſunt exempti, & liberi; *h* vel ratione agrorum, ſeu ſoli poſſeſſi; à quo Clericos non eſſe exemptos, aliqui tradunt, *i* maximè ſi iam tale onus rebus eſſet infixũ, *K* an tequam in poſſe Clericorum, peruenirẽt: à quorũ ſententia multi iuris canonici authoritate recedunt, & in his oneribus, quæ non pacto, ſed lege generali rebus imponuntur, ex mutatione domini priuilegiati, exemptionem locum habere cõtendunt: vel ratione mercium, ſeu rerũ inuectarũ, quod propriè *vectigal* dicitur, *l* quia à vehẽdo, eius vocabuli ethimologia deriuatur; vnde iura generalitatũ, quæ in noſtro regno ab omnib' indiſtincte ſoluuntur, *vectigal* appellabũtur, quamuis ad ęrariũ populi Aragonenſis pertineãt: & carneragium, quod â tranſeuntibus cum ganatis in aliquibus locis regni ſolet exigi, *m* eſt illud Armandiæ regale, quod aliqui interpretantur, vectigal, ex armentis animalium pendendum, licet alij ad vectigal ex licentia fabricandi arma referant, cum armentaria publica, ideſt locus, in quo arma, ſeu tormenta bellica, galę, ſeu naues fabricantur, & conſeruantur, qui *Arçana*, ſeu *Taraçana* vocatur, *n* Principi ſuperiori, tanquam regalia competere aſſerant, quemadmodum & per portum, & ripaticam, *o* inter regalia enumerata, communiter

E de quibus late Enriq. a Roſenthal. tom. 1. controuerſ. feudal. cap. 5. à cõcluſ. 33. vſque ad 47.

F Vvelefangus Lacius in commentar. Reipublicæ Romanæ, lib. 2. cap. 13. per tot. à pag. 229. 233. & ſequen.

G Iunica, C. de capit. ciuib. exim. lib. 11. l. ſacroſancta, 8. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. fin. §. qui annonâ ibi, Exactores pecuniæ pro capitibus, ff. de munerib. & honor. Gregor. Acacius de priuileg. veterano, priuileg. 1. n. 10.

H c. non minus, de immunita. Eccleſi. cap. quamquam, de cenſib. in 6. l. placet, vbi gloſ. C. de ſacroſ. Eccleſ. Bobadilla in politi. lib. 2. cap. 18. num. 252. & ſequentibus, Victoria relect. 1. de poteſta. eccleſiaſt. ſectio. 7. in fin. pluribus comprobat Ioannes Baptiſta Balençuela in de feuſione monitorij aduerſus Ducem & Senatum Venetorum, 4. par. à num. 26 cum ſequentibus 144. Gutierrez practica. lib. 7 quęſtio. 92. per tot. late P. Soarez in defenſione fidei aduerſus errores Anglicanos, lib. 4. c. 22.

I Gail obſeruat. 52, vbi Græue. nume. 3. Berthazolus de clauſ. inſtru. clauſu. 21. gloſſ. 10. num. 1. Petra de poteſtate Principis cap. 5. per tot. Tiberi. Decia. reſponſ. 14. volumi. 1. Burſatus conſil. 186 Aymon conſil. 872. Surd. conſi. 449. nume. 51 & 52

Ægid. Thom. de ſelect. ſectio. 2. & 3. Enriq. a Roſenthal. in controuerſ. feudal. cap. 5. concluſ. 81. ſub nume. 2. litera, C Codex Fabria. titu. de Epiſcop. & cleric. diffinito. vltima. Didacus Perez lib. 1. Ordinatio. titu. 3. l. 1. gloſ. Los Sacerdotes, vbi plura priuilegia Clericorum refert.

K Abbas in cap. de terris, num. 3. de decim. Turrecrema. in ſumm. de eccleſ. lib. 1. cap. 92. verſi. Ad ſeptimum. Balençuela in defenſione monitorij dicta 4. par. num. 147. late nouiſsime Ceuall. tom. 4. communi. dicta quæſt. 899. & quæſt. 906. num. 74. & ſequentib. Georgi. Cabe. deciſ. 64. par. 2. Ioannes Gutierrez lib. 7. practic. quæſt. 92. num. 7. & 61. & ſeq. & lib. 1. q. 3. n. 15.

I. Roſenthal. vbi ſupra concluſ. 33. num. 4. & concluſio. ſequen.

M in Foro, Ne caneragium, folio 107. Roſenthal. vbi ſupra, tomi. cap. 5. concluſione 19. p. 126.

N Camillus Borrel. de Regis catholi. pręſtantia, cap. 6. num. 15. & ſequen.

O Roſentahal. concluſ. 31. & 32. pag. 131. & 132.

niter Doctores interpretantur, intelligi vectigal, quod per transitum in portu, seu ripa; vel pro ijs, quæ in portum, seu ripam trahuntur, soluitur: vel ratione contractus celebrati; quæ omnia vectigalium appellatione cõ
4 prehenduntur. In quorum exactione, † & solutione semper consuetudo est attendenda, *p* nec eximendi aliqui (quantumuis priuilegiati), quos soluere consueuisse constet. Et ita intelligenda sunt verba beati Pauli *q* asserentis: *Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal.* Cum impossibile sit sine his Rempublicam conseruari; cum quies gentium sine armis, nec arma sine stipendiis, nec stipendia sine vectigalibus, & tributis; *r* quod ius, † licet aliqui voluerint esse effectum supremæ iurisdictionis, *s* tamen verius existimo in signum supremi, & alti dominij competere. *t* In quo etiam amplissima Regi nostro Aragonum competeret potestas, tanquam supremo regni Monarchę, & domino, si non foris, & legibus regni
6 † reperiretur limitata: *u* hocque est vnum ex quatuor regni potissimis priuilegiis reseruatis, super quibus aliquid disponi, vel nouari nequit, nisi assentientibus omnibus in curia assistentibus, nemine discrepante. *x* Iure *y* etiã noua vectigalia institui, vel vetera augeri, nisi ob publicã vtilitatem, vel maximã, & vrgentẽ necessitatẽ erat prohibitũ, à quibus si † ad erariũ Regis pertineãt
7 ab eo; ꝛ quod si ad erariũ populi, à curia, *a* illã represen tãte immunitas cõcedi potest, sicut ab vniuersitate *b* ex causa

P Petra de potestate Princip. cap. 4 pag. 1. num. fin. Bursat. d. consi. 186. nu. 21 Peregr. consi. 102 num. 11. volum 1. Bertazol, cons. 27 num. 10. Surdus cons. 289 num. 13. Græue. post Gail. dicta concluſ. 52. num. 17 & 18. & considera. 1. Thesau. decis. 149. num 4. Monaldus consi. 11. volum. 1. Autho. Scapus de iur. non scrip. lib. 2. c. 32 n. 10.

Q ad Roman. c. 13. & Petri 1. cap. 2. quibus adde Molin. 3. tom. de iusti. & iure, eracta. 2. disput. 661. num. 3. & disputa. 674. nume. 3. Bobadilla in politi. lib. 5. c. 5. num. 4. Petrus Gregor. sintag. iur. li. 3. c. 5 num. 1. & 6 Roderic. Zamorens. in specu. vitę huma. lib. 1. c. 1.

R ex Tacito prosequitur Ioan. Choki. lib 2. aphorism politi. c. 10.

S Nicola. Festas. de ęstim. & collect. 2 p. c. 2. n. 2. & seqq. Alex. consi. 68. n 13 & seqq lib. 2. & consil. 52. n. 4. & seqq. lib. 5. Schrad. de feudis, par. 10. sect. 5. n. 176. p. 179.

T post Bart. Bald. Angel. & Salicet. in l. competit, C. de præscrip. 30. vel 40 annorũ. Caualhnus mille loq. 171. n. 4.

V §. item peajes nueuos, titu. priuileg. genera. vbi Bardaxi nume. 23, & 26. & in declaratione priui-

legij, §. item que no sean dados, for. 3. titu. de conser. patrimo. Molina verb Libertates, versic. Libertatis etiam sunt, fol. 209. & verb. Rex, versic. Et dominus Rex sine expresso consensu. Quibus adde ellegãter Marquez en el Gouernador christiano, cap. 16. pag. 8. col. 2. in fin. & p. 88.

X For. nou. Tirasonæ anno 1592. tit. que en Cortes la mayor parte de cada braço haga braço, for. 2.

Y l. 1. C. noua vectigalia institui non posse, l. fin. C. de vectigal. Doctores in c. innouamus de censibus. Roland. consi. 91. num. 22. & 26. volum. 2. cum concordan. per Sixtinum de regalibus, libro 2. cap. 6. nume. 43. & sequen.

Z l. sunt munera, ff de vacatio. mune. l. 1. C. de his, qui à Principe vacat. & toto tit. C. d e immunita. nemi. conceden. Bart. in l. 2. num. 1. ff. de iure immunita. Lucas de Pena in l. contra publicam, versic. 13. & 14. C. de re milita. lib. 12. Cephal. consil. 58. lib. 1. Surd. consi. 278 num. 7. lib. 2. Paris. consi. 69. in princip. vol. 1. Carol. Tapia in rubr. de constitutio. Princip. c. 4. n. 30. Bellu. in specu. rub. 46. in princip. n. 7; vbi Camillus Borrel. verb. vacuatis, & de Reg. cathol prestan. c. 33. per tot. Ioseph. Ludoui. decis. Perusina 3. nn. 4.

A actus Curiæ anni 1519. sub titu. que viniendo el Rey nuestro señor. fol. 80. & acto disponiente, que personas han de pagar, fol. 83.

B l. vacuatis, C. de decurion. lib. 10. Mastril. decis. 156. n. 18. Guid. Pap. decis. 376. & 377. Boheri. decisio. 377. Cancer 3. p. c. 13. n. 85. & seqq.

causa à compartimentis per eam inter vicinos distributis.

Secundo, cum illi cui competit ius imponendi colectam, competat etiam ius hospitij: c hinc est, quod † cõ 8
pellantur subditi, & vassalli hospitare familiares & domesticos domini Regis, in suis domibus, quod in Aragonia, d soluta mercede, seu pretio fieri debet, & solent Iurati illius ciuitatis, vel villæ, ad quam Rex est vẽturus, concomitare mensores, qui *Aposentadores* domini Regis vulgó vocantur, & apponere signum hospitij in ianuis cuiusque domus: quod si aliquis deleuerit, vt falsarius tenetur: * & licet multę iurisfirmę obtentę reperiantur à Curia domini Iustitię Aragonum, quibus inhibetur ne quis Infantio, vel miles inuitus cogi possit ad hospitandum; tamen hoc est intelligendum gratis, quia soluta mercede, tãquam † munus patrimoniale, etiam exempti tenebuntur subire. e 9

Tertió, ex eodem supremo dominio competũt Regi confiscationes, ac ius confiscandi: f legibus nostri regni † limitatũ reperitur, g ac quasi per totum mundum (excepto casu criminis lesę maiestatis diuinę, & humanæ) hodie abolitum esse, tradunt nostri Doctores h. Multoquè magis hoc ius restrictum reperitur, quando iure bona auferebantur ab aliquo tanquam indigno, & fisco defferebantur; in Aragonia verò non fisco, sed 10

C Bald. in l. obseruare, ff. de offic. Præsid. Aymon consi. 308. n. 2.

D For. vt familiares. & domestici, Moli. verb. Libertates regni, folio 210. & verb. Rex, versic. de reseruatis domino Regi, folio 296. Rolandus a Valle consil. 66. volum. 1. Aciatus consil. 174. Gregorius Lopez in l. 6. titulo 25. parti. 4. verb. Debenlos seruir, olum. penult. Burgos de Paz consil. 3. num. 97. Bobadilla. in politica lib. 2. cap. 16 num. 116. Michael Ferrer 3. par. obseruantia regij Senat. Cathalon. cap. 380 Cancer variar. lib. 3. cap. 5 num. 160. & sequentibus. Portol. in scholiis ad Molinam, verb. Rex, à numero 307. cum pluribus sequentib.

* Qua ratione fuit accusatus ad instantiam procuratoris fiscalis, anno 1579. quidam famulus Stephani Claramunt militis sancti Ioannis Hyero solimitani, qui licet fuerit absolutus die 17. Martij 1579. hoc ex eo fuit, quod mandato sui domini abrasserat non in contemptum, sed iusta credulitate ductus quod eius dominus haberet firmã ne inuitus cogeretur hospitare.

E l. ei qui originé, § eos. & §. nũmis, ff. de munerib. & honor. & ibi glos. l. rescripto, §. fin. & l. fin. §. ab huiusmodi, eod. titu. Natta consi. 158. n. 7. & 8. Rolandus dicto consilio 66. num. 3. l. nemini C. de sacro. Eccles. l. 3. C. de muner. patrimonia. lib. 10. l. vni. C. nemin. ab emp. specie eod. lib. l. vnic. C. de immunit. nemi. conced. Alberic. in rub. de muner. & honor. n. 17. & 23.

F cap. vrgentis, vbi Abb. de hæretic. cap. cum secundum, vbi Monach. eod. titu. in 6. quem textum repe. tij anno 1587. Cæsaraugustæ in oppositione cathedræ, Authentica, bona damnatorum, in fin. C. de bonis proscriptorum. Petrus Gregorius de republ. lib. 9. cap. 1. num. 32. Aymon consil. 128. Rolandus consil. 8. num. 14. & 15. volum. 3. Iulius Clar. §. hæresis, num. 12. Belluga in speculo rub. 11. §. visso. num. 24. vbi Camil. verb. ad Principem, latissime Henric. a Rosental. controuer. feuda. tom. 1. cap. 5. concl. 60. nume. 3. & ibi addit. litera. B. pag. 145. cum 9. concl. seq, vsque ad pag. 150. Sesse decis. 77.

G §. item como segnu fuero de Aragon no aya lugar confiscacion titu. declarat. priuileg. general. Molina in report. verb. confiscar. vbi Port. n. 1.

H Albericus de Rossate 3 par. statut quæst. 18. num. 13. Cagnolus in l. ea sola, num. 6. ff. de regul. iur. Iaf. consil. 46. num. 1. volum. 3, Clar. quæst. 78. in princip. Decian. consil. 56. num. 64. lib. 2. Decius consil. 257. num. 6. & consil. 442. num. 6. Cepola inter consil. criminal. diuers. 17. num. 35. Sextinus de regal. lib. 2. c. 12 num. 93. Boherius decis. 264. num. 15. Borrellus de Reg. catholi. præstant. cap. 17. num. 24. cum duobus sequentibus. Atque ita cessat dispositio Authenticæ, bona damnatorum, C. de bonis præscriptorum, Benedictus in cap. Rainutius, verb. Et vxorem, decis. 5. num. 274. & sequen. Diaz regu. 54. & 165. Thesaurus decis. 198.

sed successoribus ab intestato, vel substitutis defferri sen
serunt Domini de Regio consilio.*

11 Quarto ex eadem ratione ad eius dominium pertinent montes publici; † qui postquam, Regia lege, populus in eum supremam potestatem dominij, sicut, & iurisdictionis transtulit, Regij cęperunt appellari, qui sæpe, Regum beneficio, & liberalitate alicui ciuitati, vel communitati fuerunt concessi, dotando eas terminorum

12 † assignatione, i sicut decet patrem dotem, & alimenta filijs tribuere. k Vt sunt illi, qui à nostra Cæsaraugustana ciuitate hodie possidẽtur, ex donatione Raymũdi, Comitis Barchinonæ, Petronillęq; Regis Ramiri filię, mariti, anno M.C.XXXVII. quæ ab Alphonso, eorum filio, fuit confirmata. Si ergo montes, pascua, & flumina ad dominium oppidorum, & vniuersitatum, ex dotatione Regia, tanquam patrum Reipub. competũt,

13 tanquam dos † profectitia extimari debent, ita, vt quęmadmodum dos profectitia, mortua filia, ad patrem regreditur, in eiusquè personam consolidatur, l sicut & id, quod habebat filius ex castrensi peculio, in patrem, mortuo filio ab intestato, consolidabatur, m Ita destructa vniuersitate, & diruto oppido, resoluto Concilio,

14 & quasi deffuncta villa, vel ciuitate ad D. Regem reuertetur, in locis regalibus Regni, & in alijs, ad eorum dominum temporalem. Sed dubium est, an talis consolidatio, facta ex destructione vniuersitatis, fiat libera † ab

15 oneribus censualium, & debitorum, quæ talis vniuersitas contraxerat? Et videtur respondendum, prima facie, quod sic: quia licet vniuersitas esset domina montium, pascuorum, & fluminum, n tamen eius dominium erat resolubile ad vitam dictæ vniuersitatis, ita vt ea destructa, & extincta deuolueretur ad primum dominum, à quo illa accepit o absquè onere debitorum, & censua-

* Die 31. Aprilis 1583. in proces. euocationis per horrescentiæ Ioannis de Vrries, super apprehens. vbi cum Martinus de la Raga instituisset hæredes Ioannem de Vrries, & Annam de Fuentes, & cedulam, seu epistolam dedisset notario, in qua rogabat hæredes, vt bona restituerent Ioanni dela Raga filio eius spurio prætẽdebant hæredes ab intestato propter tacitam prę stitam fidem auocare ad se bona dicto filio spurio restituta qui si probassent obtinuissent, vtiq; vt domini in suis motiuis senserunt, Borrellus dic. c. 15 nu. 57. & seq. l in fraudẽ, 10. & l. seq cum vulgat. ff de his quib. vt indignis I Xuarez allegat. 7. n. 12. Noster Sesse decis. 74. nu. 12. & seq. p. 1. Auend. de exequen. c. 4 nu. 4. Menoc. de arbitr. cas. 245. in fin. K l. qui liberos, ff. de rit. nuptia. cap. cum haberet, de eo qui dux. in matrimoniũ. l. dos a patre, vbi Doctor. C. solut matrim. Ioseph. Ludouic. decis. Perusina, 21, num. 55. & seq.

l dict. l. dos à patre, vbi Doctores, l. pater filiæ. ff. de euiction. l. dotem dedit, ff. de collat. bonor. l. si ab hostibus, ff. solut. matrim. l. si filius familias, in id, ff. ad Macedon. Ant. Guiber. in tract. de dot. c. 6. nu. 3. & 7. Bart. in l. post dotem, ff. solut. matr. Abb. in cap. fin. de donat. inter vir. Corne. cons. 66. volu. 4.

M l. 2. ff. de castrens. pecul. l. tam ex contractibus 57. ff. de iudic. vbi Doct. iuncta l. 2. C. de bon. quæ lib.

N l. donationes, §. species, ff. de donat. Molin. de primog. Hisp. cap. 19. col. 4. Cremen. singu. 34. Hipol. 414. Palacios Rubios in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 7. Peralt. in l. Lucius. §. Titia. nu. 9. ff. de legat. 2.

O Gregor. Lopez in l. 26. tit. 31. glos. 4. parti. 3. Mieres de maiora. 4. p. q. 20. num. 17. & seq. fol. 463. Mexia super l Toleri, 2. fundamento, 9. p. num. 49. fol. 87. Auenda. cap. 4. prætor. vers. fallit tamen, colu. 4. & cap. 12 num 19. & 20. vers. & sicut, & num. 24. vers. & præmaxime, Bouadilla in politi. lib. 2. cap. 16. numer. 54.

censualium, cum resoluto iure debitoris resoluatur ius creditoris, & resoluto iure vsuarij, vel vsufructuarij, resoluantur obligationes, ab eis factę: p quemadmodum videmus, quod licet successor maioratus sit dominus, q tamen obligationes ab eo factæ, eius vita finita resoluuntur: r nec nouum est, vt dicatur res alicuius, etiam illa, in qua tantum habet vsum, vel vsumfructū, vel aliud ius, ſimo sępe dominium pro præeminentia accipitur. t Breuiter igitur, & qua potero claritate, resecatis super fluis, mei instituti finē prosequens, in hac latissima materia resolutiue distinguendum est. Quod aut oppidum destruitur, & vniuersitas perijt † ob delictum ab vniuer 16
sitate commissum, puta si Rectorum mandato, pulsato tintinnabulo. habita deliberatione in concilio, loco solito celebrato, & leuato vexillo ad crimen rebellionis processerit; u nam si turmatim homines vniuersitatis illud commisserint, † non dicetur vniuersitatē deliquisse, 17
sed homines particulares illius vniuersitatis, vt singulos, nō vt vniuersos, deliquisse dicētur, x nisi delictū esset successiuum, vel nomine vniuersitatis factum, ab ea illud ratificatum sit: cum ratificatio etiam in delictis, mandato equiparetur: y eo namq; casu solet oppidum destrui, & aratro subijci, z ac sale aspergi; vt hoc signo signifi-

P l. vectigal. ff. de pignō. l. si ex duobus, §. Marcel. ff. de in diem adiect. l. is cui via in fin. ff quemad. seruit. amitt. §. quid ergo de inuestit. de re alien. facta. c. 1. § præterea, de cap. Conrrad. in vsib. feud. cū concor. per Guid. q. 575. Q l. non ideo minus. ff. de rei vindic. l. generaliter. § si sub conditione, ff qui & á quib. Anton. Gom. in l. 40. Taur. nu. 76. Pinel. in l. 1. 2. p. num. 5. C. de bon. mater. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. c. 19.

R Tex & ibi DD. in c. 1. de solut. & c. quod quibusdam de fideiuss. cap ex præsentium, de pignor. c. 1. §. si vassallus, vt hic finitur lex, deinde constitut. Regni incipi. Anto. Gom. vbi supra, nu. 72. & Molin. de Hispa. primog lib. 1. cap. 10. & cap. 20. & Pinel in d. l. 1. 3. p. nu. 70.

S l. talem, §. fin ff. de hæredi. instit. cum cōcord. per Tiraquel. in l. si vnquam, verb. donationes, nu. 323 C. de reuocand. donat. Deci. in c. cum venerabilis, nu. 5. de exceptio. Corne. cons. 313. nu. 15. vol. 4.

T l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de verbo. signif. l. cum exhibuissent, ff. de public. Corne cons. 257. num 8. in 1.

V Bart. in l. aut facta, §. fin. nu. 9. ff. de pen. Boher. in tract. de sedit. q. fin. Oldra. cons. 315. num. 3. Corne. cons. 224. volu. 4. Curt. Iun. cons. 174. nu. 33. Rolan. cons. 66. nu. 5. vol. 2. Mascar. de probat. conclu. 1413. n. 8. Afflict. decis. 376. Cacheran decis. Pedamon. 138. Ias. cons. 139. volu. 4. Menoch. de arbitr. centu. 6. cas. 598. cum alijs pluribus relatis à Enrric. Rossenthal. contr. feud. tom. 2. c. 10. concl. 4. nu. 5. addit G. Glos. superiori enim casu, in l. semper, §. si in sepulcro, ff. quod vi aut clam, Doctor. in l si familia. ff. de iurisd. om. iud.

X Dict. § in sepulcro, vbi Bart. & Angel. Paul in l. si quis id quod. n. 14. de iurisd. omn. iud. glos. in l. sicut, vbi Paul. ff. quod cuiuscumq. vniuers glos Bart & alij in l. aliud, §. refertur, ff de reg. iur. Nicol. Loseus de iur. vniuers p. 4. nu. 14. & seq.

Y l. 1. §. sed etsi, ff. quod vi aut clam, c. 1. de homici. in 6. glos. in cap. ratihabitionem de reg. iur. in 6. Anchar. cons. 58. & cons. 156. Ias. cons. 130. vol. 4. Aretin. cons. 161. Menoch. cas. 345. Cacheran decis. 79. & 83. Mart. de iurisd. 2. p. c. 44. num. 8. & seq. Enrric. à Rossent. d. c. 10. concluf. 4. num. 10 & 11. & concluf. 29. nu. 24. vide Plot. de in lit. iur. num. 832. pag. 405. & Francis. de Aretin. cons. 163. num. 18. Quæ notanda ad obseruantiā de consuetudine, de for. compet. & ad obserua. fin. de iniur. & quæ tradit Molin. verb. accusari non possunt, vbi Portol. num. 218. Bardaxi de offic. Gu. 9. nu. 99. & seq. * Et ita fuit declaratum in Curia D. Iustitiæ Aragonum, die 29. Aprilis 1608. in processu Iuratorum de Brea super iurisfirma.

Z l. si vsufructus, & ibi glos. verb. Cartago: ff. quib. mod. vsusfr. amit. l. aut facta, §. fin. vbi Bart. nu. 9. ff. de pen. l. metum, §. animaduertendum, vers. collegium, vbi Angel. num. 4. ff. quod met. cau. Baeza de inop. debit. cap. 13. nu. 6. Abb. in cap. dilectus, el 2. de simoni. pluribus relatis Menoch. d. cas. 598. nu. 25. Petr. Fab. lib. 1. semestri. cap. 8. Petr. Erod. re iudic. lib. 7. tit. 9. c. 3. Stephanus Gracian disceptatio forensium, tom. 2. cap. 217. num. 28. & cap. 396. Bald. cons. 322. in primis considerandum est. lib. 4. & in l. ciuitates, §. in decurionibus, nu. 3. ff. quod cuiusq. vniuersitatis.

A Bar.

significetur, absq; vlla reędificationis
18 spe, fuisse dirutum: & hoc casu ita mortua vniuersitas † iudicatur, & in substantia extincta, vt cum non possit, ni si miraculose, resuscitari, etiam si in eodem loco noua ciuitas, vel oppidum ex permissu Principis ædificetur, non recuperet bona, quæ vniuersias destructa habebat, nec in locum illius, actiue, & passiue, subrogetur. a

19 Secundo destruitur vniuersias, † & perit, non ob delictum, sed ex alia causa, sine spe restaurationis, non destructo oppido, vel ędificijs hominum illius vniuersita-
21 tis dirutis, & tunc illi singulares † non tenebuntur executiue ad debita, & censualia formata per vniuersitatem mortuam, nisi quatenus à prædecessoribus, illam vniuersitatem constituentibus, bona constiterit possidere. b

22 Tertio, potest Concilium, † & Vniuersitas destrui, absquè spe restaurationis, si oppidum, non ob delictum, sed fluminum inundatione, aliaue maiori naturæ vi, & fortunæ casu perierit, & homines, ibi habitantes, sparsim in alia loca transmigrauerint, deserentes primum locum, quem reędificare non intendunt, sed pro derelicto habere. Et hoc casu, bona vniuersitatis † destructæ
23 pertinent ad dominum talis loci, absquè eo quod teneatur ad debita Concilij, vel Vniuersitatis destructę. c

Quarto, potest destrui † vniuersitas, non dirutis ędi-
244 ficijs, nec solo ęquatis, sed expulsis habitatoribus, talem vniuersitatem constituentibus, cum spe restaurationis, & subrogationis aliorū, qui in eisdē oppidis inhabitēt, & domos expulsorum occupent; & tunc non dicitur destructa vniuersitas, quoad substantiam, sed quoad qualitatem; cum non vt pereat illud factum sit, sed vt ab alijs idem corpus ciuile, quod vniuersitatē dicimus, constituatur, atquè representetur: & tunc ista subroga-

A Bart. in l. in singulos num. 1. de annu. legat. l. pater, §. Tusculanus, ff. delegat. 1. l. cognitionum, §. consumitur de var. & extraordin. cognitio. Afflic. decis. 282. num. 13. & in cap. 1. §. fin. num. 12. & sequent. 18. de capitul. Conrad. & ibi Isern. num. 23. Bald. cons. 367. num. 6. volu. 3. & cons. 321. & 322 volu. 4. Bellon. cons. 1. nu. 8. Gail obseruatio 61. nu. 1. lib. 2. & de pace publi. cap. 9. num. 30. lib. 2. Regner. Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 6. num. 45. & seq. vsque ad 54. Et noster eruditissimus Aduocatus Ludouic. de Casanate cō sil. 26. nu. 24. glos. in cap. hoc diximus, 16. quæst. 7. glos. in cap. statutum, verbo collegium, de electio. in 6. & facit not. per Doctor. in l. cum proponebatur, ff. de iudic. Enric. à Rossenth. plures referens, controuer. feudal. tom. 2 cap. 10. conclus. 4. in fin. p. 14. & ibi additione P.

B *Vt fuit decisum in Curia D. Iustitiæ Aragonum, die 11. Septembris, 1586. in proces. Ioan. de Agreda super iurisfirma factorum, & nouissime in processu procuratoris generalis Communitatis Calataiubij, Bart. in l. si conuenerit, §. si nuda, de pigno. actione, Angel. cons. 247. Curtius Senior cons. 56. Rebuffus de nominatio. quæst. 6. nu 5. & 11. Rom. cons. 275. num. 6.

C *Vt fuit decisum in faborem Castellani Empostæ in partita de Cosita, ex traditis à Gregor. Lopez, glos. 4. l. 26. titu. 31. parti. 3. Auenda. de exequendis, lib. 1. cap. 4. per

rot. maxime num. 4. & 5. Alexan. cons. 43. lib. 1. Curt. Senior cons. 26. lib. 2. Cardinalis Tuscus in concluſ. practicis, conclusione destructio & demolitio rei 228. & conclusione vniuersitas qualiter desinat esse, 275. & conclus. collegio dissoluto, & extincto. 457.

D Mo-

ta † in locum primę, non dicetur noua vniuersitas, *d* sed actiue, & passiue in locum primæ successisse, atquè ita omnia priuilegia, lucra, & honores, nec non onera, & debita primæ, in secundam fuerunt transfussa, quemadmodum quando Ecclesia transfertur in alium commodiorem locum, *e* vel vnum officium loco alterius subrogatur. 24

Ex prædictis infertur, quod licet plura oppida nostri Regni fuerint, per expulsionem factam nouiter conuersorum, anno 1610. omnino habitatoribus destituta, eorumquè concilia soluta, & vniuersitates extinctæ, tamen cum prædicta non † fuerint facta, sine spe restaurationis, in substantia non fuit extinctio, sed in qualitate. Voluit enim Dominus noster Rex Catholicus extinguere illam malam qualitatem infidelitatis, inhabitantium, & incolentium talia oppida; & loco illorum sufficere, seu subrogare habitatores melioris qualitatis; vnde idem locus, idem concilium, eadem vniuersitas, licet diuersæ qualitatis hominibus, scilicet Christianis veteribus, composita manet, atquè ita vt vniuersitatis deficientis honores, commoda, lucra, & priuilegia in nouis hominibus compositam, transmissa fuisse dubium esse non potest, ita etiam onera, ac debita conciliaria, illorum, in quorum locum fuerunt subrogati, debere subire certum est. +

Ex quo supremo, alto, & vniuersali † dominio, priuatiue ei, eadem ratione competit facultas constituendi boalare, seu defessiam, *f* qualem habet Cæsarauguſta in omnibus suis montibus ex ratione prædicta. Hoc intellige de defessia magna, quæ etiam in præiudicium vicinorum, quibus à foro competit beneficium pascendi in terminis conuicinis, de sole ad solem, quæ à nostris *Alera foralis* vocatur, constitui potest: sed si non ex dispositione fori, sed ex dispositione hominis, (vt puta pactis, vel conuentionibus, inter eos initis) tale ius pascendi competat, non poterit tali iuri per constructionem defesię præiudicari. * 25

Sed maius dubium est, an in tali † constructione defesę 26

D Molin. in repor. verb. censualia, vers. in censuali, fol. 63. & verbo vniuersitas alicuius loci si est obligata, fol. 339. colu. 4. Paul. de Castro in l. quod in rerum, 24. §. si nauem. num. 1. ff de lega. 1. Ripa in l. quominus, num. 103. cum sequen. ff. de fluminibus, Cepola cautela 235. Noster Casanate dict. cons. 26. num. 40. Cancer variarum, 3. par. cap. 13. nu. 50. Azor 2. par. institutio. moral. lib. 9 cap. 5 vers. Decimo tertio quæritur, col. 1014. Vrsinis in aditio ad decis. Afflictis 392 num. 8. Decianus respons. 43. num. 17. & sequen. vol. 3. Borrellus consil. 70. num. 30. & remissiue de Reg. Catholi. præstan. cap. 37. nu. 17. Anto. Gabriel. commun. opinion lib 5 tit. de reg. iur. conclus. 2. num. 27 & omnes in l. proponebatur, ff. de iudi.

E Barbosa in l. diuortio, §. quod in anno, num. 17. ff. soluto matrimon. Ieorgius Cabedo 2. par. decis. 22.

F Couarr. practic. quæst. cap. 37. num. 2. & lib. 1. variar. resolutio. cap. 17. Auenda. de exequen. mandat. lib. 1. cap. 12. num. 30 Bellug. in specul. Princip. rubr. 23. §. dicemus, in princip. Noster Molin. in reportorio verb. bohalare, & verb. ganatum, vbi eius additionator Portol. nu. 52 Bardaxi de offic. Gubernat. 5. num. 43. & in comment. foror. 2. tit. de pascuis, num. 4. Bajes in obseru. 1. de pascuis.

* Fuit ita declaratum in Curia D. Iustitiæ Aragonum die 5. Aprilis 1593. in processu Iuratorum de Burgia.

feſſæ poſſit D. Rex augere pœnam? Et ſi quidem certa eſſet pœna à foro ſtatuta, per Dominum Regem (ſalua ſua clementia) augeri non poſſet, at tamen certa pœna pro paſcẽdo in partita, per Dominum Regem defenſa, in foris non reperitur, illi enim fori, g qui paſcentibus in vetato certam pœnam imponunt, nõ de vetato per priuilegium D. Regis poſſunt intelligi, cum illud, nec tempori, nec conſtitutioni vicinorum ſubijciatur; ſed de illo vetato, ſeu boalari paruo, quod vniuerſitates, ex eiuſdem fori diſpoſitione, abſquè Regis licentia conſtruere poſſunt; vel de vetatis hæreditatum priuatorum; non enim conceſſum eſt, vt cum tali pœna poſſint depaſcere, ſed generaliter prohibitum, vt depaſcere non poſſint. Pœna vero contrauenientis, vel fori diſpoſitione, ſuo caſu, vel D. Regis arbitrio conſtitui poteſt, & temperari pro libito, qui, lege Regia, montium certam partem defendere potuit, ne paſcatur niſi à vicinis talis ciuitatis, vel loci, quæ facultas, ſeu regalia Domino Regi iure competens, in Regno, per eius obſeruantiam, excitata videtur, & ideo principaliter pœnas non decernit, ſed iure regali defeſſias concedit, & in conſequentiam pœnas indicit, pro validitate prȩcepti, ex ſe validi, h quę ad mulctam parui momenti, ſcilicet trium librarum Iaccen. ſolet extendi. i Et ſecundum hanc ſententiam plures reperiuntur firmę, per Curiam D. Iuſtitiæ Aragonum prouiſſæ. * Quia licet Dominus Rex in Aragonia (ſalua ſua clementia) non poſſit pœnas augere, quando iam illę à foro conſtitutę ſunt, & certæ: at tamẽ mulcta, cum ab homine imponatur, nec certa ſit, augeri, & minui poterit, attentis circunſtantijs, maxime non excedendo mulctam parui momẽti, k quæ licet hodie pœna pecuniaria ſit, tamen antiquitus pecore conſtabat; vnde efluxit conſuetudo pignorandi oues. l Quemadmodum quia foro conceſſum eſt D. Regi, quod poſſit banno prohibere, ne extrahatur † á Regno triticum, oleum, vel alia, m cum de pœna lex non meminerit,
27 arbitrio Regis (ne prohibitio eluſſoria ſit) committitur: & contrauenientes, non ſolum amiſſione rerum, & vehiculi plectuntur, ſed etiam ad inſtantiam procuratoris fiſcalis, tanquam contemnentes mandata Regia, ſolent in Curia D. Iu-

G Foro. quicumq; tit. de leg. Aquil. late & eleganter noſter Ioſeph. Seſſe. 1. par. deciſ. 74. & 75. per tot.

H Ex Alberi. in l. fin. C. de mod. mulct. Riminal. conſil. 337. num. 21.

I Ex Alexand. in l. 1. C. ſi quis ius dicen. non obtẽper. Decian. reſpon. 12. nu. fin. in fin. vol. 3.

* Anno 1459. Iuratorum de Malanquilla, die primo Octobris 1593. & 16. Iunij 1595. Iuratorum de Ateca, & 28. Nouembris 1595. Iuratorum de Argen.

K Camil. Borrel. de Reg. Cathol. præſtan. cap. 13. per tot. decem inter pœnam, & mulctam conſtituens differentias.

L Ex Marc. Varro. lib. 2. de re ruſti. cap. 1. Briſo. lib. 1. ſelect. antiqui. cap. 3 Cuiaci. lib. 11. obſeru. c. 9.

M Obſeruan. Item de los cotos, tit. de priuileg. general. obſerua. Item quod ibi dicitur, tit. interpreta. quali. & in quib. *Et ideo hoc anno 1616. fuit reſponſum per D. conſiliarios Regiæ criminalis Audientiæ poſſe accuſari extrahentes ab hoc Regno in Galliam ſulphurẽ puluerem ad inſtantiam procuratoris fiſcalis, & grauiter puniri ſicut extrahẽtes equos, & arma contra prohibitionem factã banno á D. Rege, & occupata in locis Baronum, ad D. Regem pertinere. Foro Tirat. an. 1592. tit. de la via priuilegiada, §. los q̃ paſſaren cauallos.

D.Iustitiæ Aragonum accusari.Ex qua ratione † proue
nit, potuisse Regem Alphonsum n concedere priuile- 27
gium ciuitati Cæsaraugustæ, vt suorum ciuium greges
per totum Regnũ,in montib° publicis,depascere valeãt,
sam *Idalgos* appellati, p quasi † quod iure Italico gaudentes, à tributis, & oneribus sint exempti, licet ius latij † multo minoris prerogatiuę fuerit, quàm ius vrbis. q Ex cuius verbi ethimologia, Marta r conatur deducere, Hispanię Reges aliquando Imperio Romano subfuisse, quod obseruantia perpetua linguę maternæ, ex his quę ex Latino sermone vsurpat, commutata litera, t, mutetur in, d, vt Senatus, armatus, legatus: & litera, c, in, g, vt ficus, Canonicus, Clericus; vnde Italicus, quasi *Idalgus*, vulgari & corrupto sermone dicatur: quod argumentum satis debile est, cum imò sæpé Gothi in multis Romanorum Imperium æmularentur, eorumque Reges Flauij titulo vterentur, s qui Romanorum Imperatorum erat. Sed in Aragonia peculiari, & materna lingua Infantiones † appellantur, t ex eo, quod sicut antiquitus apud nos omnes filij Regum Infantes appellantur, ita & richorum hominum Infantiones; sicut apud Romanos posteritas patrum per genituram propagata, Patritij appellãtur: u quod nomen postea ad omnes descẽdentes de genere militari per lineã paternam, siue is legitimus, siue illegitimus sit, x obseruantia nostri regni fuit extensum. Quinimò, vt inquit Gutierrez, y posse tentari dici Infantiones quasi capita pręcipua militarium copiarum; vnde in Hispania conseruatur militiæ genus (quod vulgò *Infanteria* dicimus) honorificentius cæteris esse, licet equestris ordinis Duces, sicut apud Romanos, ex ijs, qui Centuriis, vel Decuriis celerum pręerant, honorificẽtiores iudicẽtur. z Ex qua armata militia, ista palatina, & aulica originem duxit; & de istis potest intelligi quod dixit Otalora, a prius extitisse Infantiones, quàm milites; quia milites creantur, Infantiones verò nascuntur, qui & scutiferi olim appellabantur, vel quod scutum richorum hominum ferrent, vel quod sub eorum vexillo, scuto, & protectione militarent: qui aliquando pro rebus bene gestis ad militiæ dignitatem efferebantur. Sed alij Fidalgos, † â fidelitate deduxernnt, quia eam prę cæteris omnibus seruare tenentur, quasi fidalguia, guia de fidelidad dicatur.

23 24 25 26

P facit l. in Lysitania, ff. de censibus, Couar. lib. 4. variar. resolut. c. 1. n. 11. Otalo. lib. 2. de nobil. c. 3. n. 5. Greg. Lop. in l. 2. titu. 21. parti. 2. Sarmien. select. libro 1. c. fin. Gutier. pract. quæst. lib. 3. q. 13. per tot. Villadiego in prolo. fori juzgo, glos. legis 8, n. 18 Balthas. Gomez a Mescua de potest. in se ipsum. li. 2 c. 23. n. 23. & seqq. Didac. Perez l. 4. Ordinam. l. 2 tit. 2. glos. fijosdalgo, Nuñez de Auenda. in suo dictionario post consil. versic. Sunt alij milites quos fidalgos appellamus, folio 176. vbi enumerat priuilegia eorum.

Q Vvelfang. Laci. lib. 12. coment. reipubli. Roman. c. 1. p. 888.

R de iurisdict. 1. p. c. 26. n. 73. & 74.

S Amescua vbi proxime versi. ista ratio, Baldes de dignit. Regum Hispaniæ c. 18. n. 34. Moral. lib. 12. histor. c. 3. ad fin.

T Hieron. Zurita tom. 1. annal. lib. 2. c. 64. fol. 102. col. 4. versi. Conseruasse, Guardiola in suo tracta. de la nobleça de España, c. 28 Gutier. lib. 3 practic. q. 17. n. 242. in fin. & 245 post S. Thom lib. 3. de regim. Princ. c. fin. Gregor. Lopez in l. fin. glos. Infançones, tit. 1. parti. 2. noster Sesse decis. 1. n. 39. Georg. Caue. decis. 107. per tot. Gama decisio. 322. in fin. Frat. Prudentius de Sandoual in Choroni. Regis Alphonsi Imperatoris Hispaniæ, c. 51. G.

V l. fin § fin. ff. de Senatoribus.

X Obseruan. 1. tit. de condit. Infantionat.

Y dict. q. 17. n. 246.

Z Onufrius Panuinius in ciuitate Romana, pag. 10.

A in tract. de nobil. 2. p. c. 3. n. 3.

catur. b Alij verò *Hijos de algo*, quasi filij Gothorum dici contendunt, & nituntur probare. Quorum licèt multæ sint species, alij enim dicuntur, *Infantiones de solar conocido*, à terra, seu loco, quod eius progenitores masculi possederũt, quod ideo Baronia fuit nũcupata, c quod à solis masculis possideretur, siue esset locus populatus cum subditis, siue solum castrum. Alij verò *de carta*. d Alij verò *de Vengar* † *quinientos sueldos*, e hoc est, de vendicandis quingentis solidis, ex eo, quod qui illis iniuriam aliquam inferebat, quingentorum solidorum pœna mulctabatur, eisdem applicanda; quia quingenti solidi Iaccenses, vigintiquinque libras argenteas constituunt, & lex 12. tabularum habebat, f *Si iniuriam alteri faxit* XXV. *æris pœnæ sunto*. Cuius rei vestigium extat in Foro g nostri regni, dum inquit: *Quod si quis in habenis militis manus iniecerit violentas, soluat de calonia quingentos solidos*. Neque obstat, quòd in militibus loquatur, cùm illi, vt supra diximus, Infantionum sint origo, & omnes soli Regi subiecti, dominorumque respectu, quodadmodo forenses, licet in fauorabilibus ciues reputentur, h tamen non concurrunt cum cæteris vassallis seruitutis in peitis † & aliis oneribus, cum, vt inquit obseruantia i nostri regni, nihil magis proprium sit Infantionibus Aragonum, quam recipere, & non dare pro aliqua villania, hoc est pro seruitute; secus verò si gratiosam liberalitatẽ exercẽtes donauerint, hoc enim ingenuitati nihil detrahit, * qui antiquitus extra vrbes in suis castris habitare solebant: K quod vtinam hodie Barones nostri regni obseruarent, vt feliciores, atque ditiores domus suas filiis relinquerent, quod & lege Lycurgi, inter Lacedemonios obseruatum fuit, ne eorum assidua communio contemptum pareret, & in nobilibus Galliæ l hodie seruari traditur.

27

28

B Baeça de inope debitore, cap. 16. numero 44. & sequentibus, Gutierrez vbi supra n. 19. 29. & sequentibus.

C Sanctus Thom. lib. 3. de regim. Princip. cap. fin. Lucas de Pena in l. mulieres, verfic. 4. ex comitatu, C. de dignita. l. b, 12 Auendaño de exequend. mandat. 2. par. cap. 14. nume. 31. Casaneus conf. 64 num 14. Guid. Papa quæstio. 386. Garcia de nobilirate, § 1. gloss. 18. nume. 27. & sequen. Frat. Ioannes Benitus Guardiola in tracta. de la nobleça de España, cap. 30. Sesse decisio. 1. num. 48. volum. 1.

D obseruant. nota etiam titu interpretationes qualiter, & in quibus, Bardaxi de officio gubernatorts, quæstio. 5. num. 34. & sequen. Sesse dicta decisione 1. nume. 12. & sequen.

E Plaça de delictis. c. 2. nume. 10. Couarru. de vet. collatione numisma, cap. 6. num. 7. Gomez a Mescua dicto lib. 2. ca 23. in fin. Schraderus tracta. feudal par. 9. cap. 4. nume. 29. Salazar de vsu, & consuetudine, cap. 1. numero 104. Villadiego in prologo for. juzgo. Guardiola de la nobleça de España, c. 31.

F Azor 1. par. institu. moral. lib. 6. cap. 63. pagi. 622. C.

G in titu. de iniur. foro 1.

H cap. ex parte, de foro competen. l. penultima, C. de incolis, lib 10. Carabita super titibus magnæ Curiæ, titu. 301. nume. 16. & sequen.

I obseruant. 1 titu. de priuileg. milit.

* Molina verb. Infantiones. verfic. Infantiones habitantes in ciuitate Cæsaraugustæ.

k Tit. Libi. Decada 1. lib. 7. cap. 18.

L Ioannes Botero lib. 2. de la magnifi. de las ciudades, capit. de la residencia de la nobleça.

§. Vigesimus octauus.

Quibus verbis colligatur Principem voluisse vti plenitudine potestatis, & illam in alium transferre, & de clausulis earumque effectu.

SVMMARIVM.

VErba ad quid fuerint inuenta. 1.

Liberum arbitrium seu plenitudinem potestatis ex quibus verbis translatam inferamus. 2.

Verba in Aragonia secundum propriam significationem intelligenda. 3.

Arbitrorum potestas in Aragonia latissima, & reductio ad abitrium boni viri non habet locum in Aragonia. 4.

Libere procedendi facultas à Principe iudici concessa quid importet. 5.

Clausula, de plenitudine potestatis, primum locum obtinet, & ostendit secundum illam voluisse Principem procedere si deliberate & consulto rescripserit, & de eius effectu. 6. 12. 13.

Clausulæ, motuproprio, & ex certa scientia, an tollant vitium obreptionis, & subreptionis; & aliquid circa ea quæ sunt facti operentur. 7.

Clausularum adiectio quid operetur in rescriptis Principum. 8.

Conditio. si preces veritate nitantur tam in rescriptis, quàm in contractibus inesse censetur. 9.

Clausula, non obstantibus quibuscumque, &c. an operetur in præiudicium tertij. 10.

Princeps an potius præsumatur circumuentus, quàm quod voluerit tertio præiudicium inferre, & contra ius rescribere; & quando tertij præiudicium versari dicatur. 11. & 15.

Supersedere potest quis in executione rescripti, donec Princeps melius fuerit informatus. 14.

An sine clausulis, si actus non valeat, de potestate ordinaria, præsumatur, Principem illam expedire voluisse de plenitudine potestatis. 16.

Si in eadem persona concurrat iurisdictio ordinaria, & delegata, ex qua earum præsumatur procedere. 17.

§. Vigesimus octauus.

CVM verba ad hoc fuerint inuenta, † vt sint nostri cordis nuntia, & earum, quæ in animo sunt passionum notæ; a ita vt nec credatur asserenti, contrarium sensisse eius, quod verbis protulit; ideo, videndum est, quibus verbis vtantur Principes, ad significandū † plenitudinem potestatis in alios velle transferre, & quæ sint illa, quibus significatur, eos secundum 1 2

a l. Labeo, in fine, ff. de supellectil. legat. Decius in l. semper in stipulationibus, nume. 4. de regul. iur. Craueta consil 20. nume. 2. & 290. in fine, Menochius de arbitrar. quæstione 7. numero 75. Seraphinus de priuileg. iuramenti, priuilegio. 1. nume. 56. Tiraquellus in l. si vnquam, verb. Libertis, num. 17.

cundum plenitudinem potestatis in aliquo actu velle procedere. Circa primum dicendum est, multa verba à nostris *b* proponi, quibus id significari potest, vt putà, si dixerit: *Quod procedas alte, & baße; vel facias secundum cor tuum, secundum sensum tuum, secundum tuum appetitum, aut secundum carnem tuam, vel pro libito voluntatis.* Vel dixerit: *Ea facere possis, quæ nos facere possemus, vel procedas de facto, hoc est manu regia, nulla solemnitate, aut lege seruata, vel pro tua mera, & libera voluntate, & absoluto arbitrio.* Quibus verbis adeó liberum, & absolutum arbitrium translatum censetur, vt nec iure, nec æquitate, nec ratione sit regulatum, sed in mera eius, cui concessum est, voluntate resideat, *c* vt, in rei proprię dispensatione, dicebat Iustinianus, *d* quemlibet esse moderatorem, & arbitrum. Idemque dicendum esset, si non dixisset, pro libito voluntatis, sed pro tua voluntate, quia adhuc de libero arbitrio, non de regulato esset intelligendum, cum hæc sit huius nominis, *voluntas* propria natura. 3 Ex quo fit, vt cum in Aragonia verba † secundum propriam significationem accipiantur, si partes transegerint, & ad voluntatē alicuius stare compromiserint, latissima dicatur † concessa potestas arbitro ad 4 disponendum de rebus, super quibus fuit compromissum, ita vt ipsi liceat, sibi eas adiudicare: quod non solum in vim pacti, vt aliqui voluerunt, valebit, sed etiam in vim laudi, postquam â partibus, vel procuratoribus in compromisso constitutis, talis sententia fuerit laudata; à qua (quantumuis sit iniusta, & irrationabilis) reductionem ad arbitrium boni viri non admittere, communis nostri regni praxis obseruat: & hoc iure statui posse nostri tradiderunt, *e* quamuis aliàs regulariter in compromissis, pro arbitrio regulato

B Menochius de arbitrar. lib. 1. quæstione 7. à num 41. cum sequentibus Ortensi. Caualcanus de brachio regio, 1. par. nume. 131. cum pluribus sequentibus, Maurus Burgius de modo procedendi ex abrupto, centur. 1. quæstio. 6. Bart. in l. creditor, §. Lutius, ff. mandat. Afflictis decisione 305. nume. 4 Rippa in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 181. de adquirend. possessio, Bart. in Extrauaganti, ad reprimendum, verbo, Videbitur, nume. 12. & consi. 82 Alexand. consilio 199. in fin. lib. 6 Ruinus cons. 13. nume. 6. lib. 2. & facit l. ictus fustium, de ijs, qui notant. infam. l. verum, §. ex facto, ff. de minoribus, Anibal Troyius super ritibus magnæ Curiæ, ritu 288. n. 4. C l. cum quidam, de legat. 2. l. fideicomissaria libertas, ff. de fideicomiss. liberta. Bart. in l. alio, nume. 9. ff. de aliment. cibar. legat. & repetitione leg. penultimæ, num 50. C. de sacrosanct. Eccles. Felinus in cap. 1, num. 51. de constit. vbi Andr. ab Exea nume. 396. Socin. in l. vtrũs §. cum quidam, nume. 11. ff. de rebus dub. Ias. in l. si sic legatum, num 34. & 35 de legat. 1. Menoch. de ar arbitrar. lib. 1. dicta quæstio. 7. num. 32. Natta consil. 530. nu. 8. Vbertus Zucard. cons. 66. nume. 39. & 40. Bartholomæus Socin. consilio 120. num. 7. volum. 2. Afflict. decis. 371 num. 8. Paris. de Puteo de sindicatu. tit. de arbitrar. n. 10. in fin & Orianus in tract. de arbitr. in princi. n. 26. Deci. in l. in actionibus, n. 11. ff. de in litem iurãdo, & in l. captatorias, n. 6. & 7. C. de testaméto milit. & cons. 355. n. 4. Ruin. cons. 27. n. 5. & cons. 219. n. 3. lib. 1. Paris. cõs. 26. n. 27. lib. 4. & cõs. 111. n. 13. li. 1. & cons. 71. n. n. 26. lib. 3.

D in l. in re mandata, C. mandati.

E Ias. in l. 1. n. 6. ff. de legib. Socinus seni. consil. 63. n. 6. volum. 4. Cæsar Barcius decis. Bononien. 86. nu. 9 vers. Etenim ex statutis.

gulato deberet intelligi *f* tamen si per viam facti in extraiudicialibus, libere procedendi † facultas alicui concederetur, legis, & iuris dispositioni non subesset, *g* sed voluntatem, omni iuris necessitate spoliatam, importaret: *h* secus verò, si prædicta verba ad iudicem, & magistratum, cuius peculiare est iura seruare, & secundum leges sententiam proferre, referantur, magis eius excitare iurisdictionem videntur; *i* vel ex causa, vt putà propter enormitatem, notorietatem, seu frequentiam delictorum, secundum subiectam materiam, liberam potestatem, & absolutum arbitrium in procedendo tribuere: quod si verba dubia sint, in ea significatione erunt accipienda, qua arbitrium regulatum, & potestatem ordinariam demonstrent, *k* si actus, qui secundum eam exerceri debet, possit secundum eam sustineri; cum indubio potius quis præsumatur elegisse viam iuris communis, quàm priuilegij, & magis iure ordinario, quàm extraordinario velle procedere, cum iura extraordinaria *l* non sint in consideratione, quoties actus iure ordinario sustineri valet. Si verò non posset secundum potestatem ordinariam expediri, eo casu, censebitur à Principe, vel lege, quoad illum effectum, translata plena, & extraordinaria potestas. 5

Circa secundũ verba, quibus Principes vtũtur ad significãdũ se velle plena, & absoluta potastate in aliquo vti, sunt clausulæ in eorũ rescriptis, & mãdatis adiectæ, inter quas primũ locũ obtinet † clausula, de plenitudine potestatis 6

F l. penultima, ff. de arbitr. l. 3. C. de dot. promiss. Baldus in cap. quinta vallis, de iureiuran. Decius in cap. 1. 1. lectura, num. 2. versi. Secundo in quæstione, de constitut.

G Decius in l. in personam, §. generaliter, nume. 2. de regul. iur. Marsilius in praxi, §. constante, nume. 24. & sequen. Gozadinus consilio 47. num. 9. Curtius senior consilio 48. colum. 1. Calcane. consilio 3. num. 8, Menochius consilio 10. num. 10. & de arbitra. libro 1. quæstione 7. nume. 35. & quæstio. 8. nume. 34.

H Georgius Nata in Clementina, sepe, §. non sic, colum. 10. de verborum significatione, Ruinus cõsilio 100. nume. 4. lib 1. & 121. num. 2. & 133. & 138 num. 2. lib. 2.

I Ias. in l. ius ciuile, nume. 2. & sequentibus, de iustitia & iure, Decius in cap. causamque, num. 1. de testibus. post Hostiensem, & Inmolam in cap. significauerunt, eodem titu. Felinus, & alij in cap. in corrigendis, de offic. ordinar. Paleotus de consultat. par. 1. quæstione 3. artic. 2. versic. Verum, in fin.

K l. quamquam. l. in testamento, C. de testamento milit. l. miles, C. eod.

l. fero, §. medico, de annu. lega. il. quidam consulebant, cum ibi notatis per Bartolum, de re iudicata, Innocentius in cap. innotuit, in fine, de electio. Ioannes Andræas in cap. dudum, de decim. Bald. in l. bonorum, C. qui admitt. & in rubr. C. de pœn. iudic. qui male iudican. num. 2. Alexand. cons. 60. num. 20. volum. 2. & consil. 58. num. 12. lib. 3. Philippus Deci. in cap. si quando, numero 21. & sequentibus, de rescript. Lancelot. Deci in l. si mihi, §. in legatis, de legat. 3. Casaneus in consuetud. Burgund. rubri 20. cum concordant. bus per Ias. in dicta l. quamquam, & per Hippolitum de Marsil. singular. 84. & in l. de vnoquoque, num. 24. de re iudic. Menoch. dicta quæst. 7. num. 15. & 18. Ruin. in l. Gallus, §. si eius. num 60. ff. de liber. & posthum. & in l. stipulationum quædam. num. 12 ff. de verborum obligatio. Augustinus Beroius in c. qui res, n. 29. de reb. Eccles. non alienan.

L l. 4. §. 1. de fideicommiss. libertа. cum concordant. per Tiraquellum de retract. §. 32. num. 58. Ias. in l. si causa, nume. 7. C. de transactio. Deci. in cap. at si Clerici. §. de adulteriis, num. 8. & in cap. Clerici, num. 4. prope fin. de iudic. Couarru. lib. 1. variar. cap. 3. colum 5. Peralta in l. si Titio, delegat. 2. & in l. si quis, num. 23. delegat. 3. Rippa in l. 1. num. 134. de vulgar. Menoch. de præsumption. tom. 2. lib. 4 præsumpti. 4. num 8. & 9. cum sequentibus per tot.

ſtatis, quæ omnes alias ita ſuperat,[m] vt dixerit Pariſius [n], eam nō tolli â regula inualidāte clauſulas, motuproprio, & ex certa ſcientia, quia enixe oſtendit, illam apponentem voluiſſe ſecundum eam procedere; atque ita omnes iuris deffectus ſupplet, vt nihil opponi poſſit, [o] quod annullet reſcriptum: & ea ſolus Princeps ſupremus, vti poteſt, qui legibus ſuperior ſit, [p] cum per illam ſignificet, non velle legibus ſubeſſe illud, ſuper quod reſcribitur, tamen ſuper facto nihil ſupplebit, etiam ad-
7 iuncta clauſula, † ex certa ſcientia, [q] ſi aliàs conſtet, reſcriptum eſſe ſubreptitiū, vel obreptitium, licet multi [r] ex clauſula, ex certa ſcientia; & ex clauſula, motuproprio, vitium ſubreptionis, & obreptionis ceſſare aſſerant: cum per primam inducatur præſumptio, Principem circa negotium, ſuper quo reſcribit, bene inſtructum eſſe, per ſecundam verò (quæ primæ nimis affinis, & proxima eſt) [s] ex mente, & voluntate Principis proceſiſſe, neque fuiſſe tale reſcriptum per importunitatem obtētum, ſed claudere os omnibus, vt de obreptione, ſubreptione, & deffectu intentionis opponere poſſint, cum enixius voluntatē Principis demonſtrent, & maximā firmitatē, & robur reſcriptis tribuant: tamen verius exiſtimo, adiectionem harum
8 clauſularum, † licet maiorem ſignificationem voluntatis inducant, aliosque effectus circa ſolemnia pariant,

M Pariſ. conſi. 5. num. 138. volum. 4. & conſil. 1. n. 68 volum. 2. Curtius ſenior conſil. 66. num. 14. Socin. iuni. conſi. 69 nu. 64. in 1 Feſtaſius de collect. 4. p. cap. 6. num. 40. Quintilia. Mandoſ. in regula Cancellarię 17. de non tollendo q. 8. n. 6 & 7.

N dicto conſilio 5, unme. 94.

O Bald. in prooem. decretal. colum. 4 & in prælud. feudorum, colum. 9. verſic. Sed pauca. Decius conſil. 191. num. 3. & conſil. 198. colum. 1. & conſilio 373. num. 8. & 653. nume. 23. Rolandus conſi. 1. num. 68. & conſil. 7. nume. 102. volum. 3. Cravetta conſil. 182. Cephal. cōſil. 28. ad fin. & Riminal. conſilio 79. nume. 9, volum. 1.

P Ruinus conſil. 23, nume. 13. lib. 2. Socinus iuni. conſ. 69. colum. penulti. lib. 1. Felin. in cap. cum non liceat, nu. 10. de præſcript. Anaſtaſ. Germoni. de indult. §. nos itaque, num. 22. & facit l. forma, C. de offic. præfect. præto. Alexan. in l. 2. §. is proquo num. 7. ff. quod quiſque iur. Rimualdi conſil. 13. num. 69. & 70. Grammat. conſil. 100. nu. 23. Cephal. conſilio 617. num. 31. lib. 5. Rebuf. in praxi de non tollend. iur. quæſit. gloſ. 6. n. 15.

Q Salicet. in l. ſi quando, C. de inofficioſ. teſtamen. Paulus in l. teſtamentum, C. de teſta. & Bald. in c. ſtuduiſti, de offic. delegat. Iaſ. id l. cauſas, C. de tranſactio.

R Pariſ. conſil. 3, num. 70. & 71. & conſil. 5. num. 120. & conſil 141. num. 2. volu. 4. Albertus Brunus conſil. 5. num. 6. Anton. Gabr. commun. concluſ. lib. 6. titu. de clauſulis, concluſ. 1. num. 25. & coueluſio. 2. nume. 1. Guid. Pap. conſilio 83. num. 10. in fin. & conſil. 178. num. 6. & conſil. 205. nume. 21. Crotus conſilio 143. num. 27. & conſ. 220. num. 27. Corneus conſ. 313. num. 10. volum. 4. Regnerius Sixtinus de regalibus lib. 1. cap. 5. num. 41. & ſequen. gloſ. in cap. 2. de filiis preſbiter. cap. ſi motuproprio, de præben. in 6 Clementina, ſi Romanus Pontifex, eodem titu. gloſ. in cap. 1. de conſtitutio in 6. Silua conſilio 50. numero 13. & 18. Rebuffus in conſtituti. Gallic. titu. de reſcrip. numero 113. Caſador. de penſion. deciſ. 3. num. 4. & de reſeruationib. deciſ 5. num. 1. Deci. conſ. 341. & 655. Grammatic. deciſ. 66. nume. 41. 42. Aymon conſ. 296. colum. 6. Nata conſ. 636. numero 159. Rolandus conſi. 1. num. 66. in 3. gloſ. verbo. Elegerint. in cap. ad hæc, de reſcript. vbi Abb. num 7. & Deci. num. 5. Curti. ſenior conſ 65. num. 10. Boſius in praxi de Principe, num. 195. Staphile. de vi & poteſtat. clauſul. fol. 84. Conradus in templo omni. iud. lib. 1. cap. 1. §. 4. num. 30. cum ſequentibus. Brunus conſ. 1. num. 76. & 77. & Iaſ. inter eiuſdem cōſilia, conſ. 8. n. 59 & 60.

S gloſ. in c. ſtatutū, §. 1. verb. Literarū, in fin. de reſcrip. in 6, Alex. ad leg. 3. in princip. ff. quod quiſque iur. Aymon conſ. 717. n. 21. lib. 4. Velazq. de Auenda in l. 40. Tauri, gloſ. 11. num. 28. cap. ſi motuproprio, vbi Doctores de præbendis in 6. & in cap. ad aures, de reſcriptis.

riant, t & circa ea, quæ sunt iuris, cum illa in scrinio pectoris sui censeatur princeps habere; non tamen supplebunt deffectum intentionis super facto, nec circa ea, quæ sunt facti, aliquid operabuntur, u vt putà circa consuetudines, vel ius priuatum tertij, quod eo sensu accipiendum est, vt si Principi non fuerit narratum factum, ex quo ipse intelligat tertio præiudicium inferri, nihil operabuntur clausulæ ad iustificandum rescriptum, x quia licet illę magis terreant, & impellant eos, ad quos diriguntur rescripta, ad illorum executionem, non tamen iustificant, quod de se iniquum est, nec iustam Principis potestatem augent. Imò si super principali fuit Princeps deceptus, ita pariter præsumitur deceptus super clausulis accessoriis, y quæ non supplent erroneam, & falsam informationem, maxime, si verosimiliter Princeps bene informatus non concessisset, vt putà quia opressum fuerit, quod res, super qua rescriptum impetratur, erat litigiosa, z vel beneficium à Romano Pontifice impetratum, erat iurispatronatus laicorum, cui ex prędictis clausulis non solet derogari, a imó & vbi expressè est facta derogatio, supplicatione ad sanctissimum, solet executio suspendi. Si verò tales clausulæ fuerint adiectæ, iam tota facti veritate explicitè enarrata, vel super facto proprio Principis rescri-

T c. si motuproprio, vbi Ioannes Andræas, & alij de præbend. in 6. Rebuf. tus consil. 34. pag. 59. colum. 1. versic. item in hoc mandato. Curtius senior consil. 66. colum. 6. versic. Confirmatur, Parisius consil. 3. nume. 57. in 4. Doctores in cap. ad aures, de rescript. vbi Ripa num. 34. Felin. 6. cum sequentib. & Decius 15. Corneus consil. 315. colum. 4. lib. 4. Socinus iun. consil. 94. num. 20. lib. 2. Gomez in regul. de iure quęsito non tollędo, quæstio. 13. adfin. Rebu. tom. 2 in constitutio. Gallic. tit. de rescript. in princip. num. 113. Staphil. de liter. grat. & iustit. titu. de via & effectu clausularú, fol. 83. not. Alexan. consi 215. nume. 1. & 2. volum. 7. Xuar. allegatio. 12. nu. 25. 40. & sequentibus. Roman. consil. 327. num. 10 cum sequentib. Felin. in d. c. ad aures, & in cap si quando de rescript & in cap. causam quę, el 2. de testibus, & in cap. cum inter, de exceptio. Aymon consi. 717 fere per totum, volum. 4. Couar. in cap. alma mater, § 7. num. 2. de sentent. excomunication. in 6. Staphile. vbi sup. Rebuf. super concordat titu. forma mandati apostolici, verb. Motuproprio, vsque ad nume. 47. Anastas. Germon. in tract. de nidult. § nos itaque, Antonius Gabr. commun. conclusion. lib. 6. titu. de clausul. conclus. 2. Conrad. in templ. omn. iudic. lib. 1. cap. 1. § 4 versi. Tertio, num. 37. Quintilia. Mandos. in regula Cancellariæ 16. de concurrentibus super eodem beneficio, q. 4. n. 3. & per totum, cum aliis sex quæstionibus sequentibus.

V Deci. consi. 341. n. 5. & alij supra relati.

X l. prædia. ibi. Vel exoratus, aut sponte donauerit C. de locat. prædiorum ciuil. lib. 11. Decius consilio 286. num. 4. & 7. Alexand. consil 122. num. 26. volum. 4. Romanus consilio 298. nume. 3. Pinellus, C. de rescinden. vendit. 1. par. rubricæ, cap. 2. num. 20. per text. in cap. cum ad monasterium, in fin. ibi. Vt nec Summus Pontifex licentiam indulgere possit, de stat. monach. eleganter explicans Couar. in cap. 2. ad fin. de test. Conradus in templo omnium iudicum, libro 1. cap. 1. § 4. versic. Tertio, num. 38. cum duobus sequentibus.

Y argum. text. in l. doli, § diuersum, ff. de nouat. Paris. consil. 4. num. 33. volum. 2.

Z Felinus in cap. ex parte, el 1. de rescript. Ruinus consil. 109. num. 15. volum. 4. Anastasius Germon. de indult. § sed ex certa scientia, num. 19. Bald. Paul & Alexand. in l. siquis in iudicio, ff. si quis cautio. Iaf. in l. si quis in quemquam, eodem titu. Felinus, & Doctores in cap. causamque, el 2 de testibus, Brunus consilio 21. numero. 12. Innocentius. & Abb. 3. notabi. in cap fin. vt litependen. Gomez in cap. 1. numero 195. & 199. de constit. in 6. Rebuffus in 3. par. signaturæ, in clausula quatenus litigiosum, pagina 261.

A idem Rebuf. vbi proxime, versic. Necnon iurepatronatus, num. 9. pag. 166 & num. 34. & 59. Couar. practic. cap. 36. num. 3.

reſcribentis, b vel alieno, coram ſe geſto; cum ceſſet præſumptio malę informationis, & defectus intentionis, ceſſabit omnino vitium obreptionis, vel ſubreptionis, quod alias ab eo, cuius ius lęditur, c ſemper opponi po
9 terit etiam prædictis clauſulis adiectis, cum † conditio illa, ſi preces veritate nitantur, d quæ in principali conceſſione ſemper ſubintelligitur, etiam clauſulis acceſſorijs ineſſe cenſeatur, (quod etiam ad contractus extendi poteſt, e quando narrata cauſam finalem reſpiciunt, licet alias non ſubintelligeretur) quia licet Princeps ge
10 neraliter dixerit, † non obſtantibus quibuſcumq;, non tamen creditur voluiſſe in præiuditium tertij reſcribere; imo tale præiuditium † exceptum cenſetur, ac po-
11 tius creditur Princeps circumuentus, & reſcriptum de falſitate ſuſpectum, quam quod per illud voluerit tertio præiuditium inferre, etiam ſi plenitudine poteſtatis vti voluiſſe conſtet, ex clauſulis in dicto reſcripto adiectis, quæ à noſtris Doctoribus multipliciter declarantur. Primo conſtituentes differentiam inter magnum, & paruum tertij prędiuditium, quam merito improbant Pine-

B Pariſ. conſ. 5. num. 123 & ſequen. vol. 4. ex traditis in Clement. 1. de probat. Maſcard concluſ. 1339 Menoch. conſ. 2. num. 29. vol. 1. Socin. conſil. 266. num. 27. & 55. volum. 1. Pariſ. conſil. 15. num. 60. lib. 2. Curci. ſenior conſ. 49. num. 77. Angel. de Peruſ. conſ. 368. num. 2. Corne. conſil. 212. numer. 34. lib. 1. Iacobus de Leonardis inter conſilia feudal. Bruni. conſil. 114. a num. 172. cum ſequen. Folleri. in praxi cenſuali, verb. nõ viciatas, a num. 47. & ſeq. & num. 53. & ſequ. Proſper Farinac. de oppoſit. contra teſtes, q 63. num. 98. & ſeq. Miſinger. centur. 5. obſeruat. 34.

C Andre. Gail practicar. obſeruationum, lib. 1. obſeruatione 14. & lib. 2. obſeruat. 58. num. 3. & ſequentibus, Socin. Iunior conſ. 77. num. 15. volu. 1. Roland. conſ. 7. nu. 107. vol. 3. Rimin. al. conſil. 79. num. 34. & 35. & conſil. 5 num. 228, Socin conſ. 15. num. 4. volu. 3. Oldrad. conſ. 237. num. 7. & Xuarez allegat. 9. verſ. primo quia vbicumquè, Decius conſil. 689.

D c 2. cap. ſuper literis, vbi Doctor. communiter de reſcrip. Bart. conſil. 90. nu. 8. Decius conſ. 198. nu. 6. & conſ. 350. col. penult. verſ. illud videtur procedere, Calcane. conſ. 17. Cacheran. deciſ. 179. num. 26. Ripp. reſponſ. 18. num. 6. cum ſeq. lib. 3. facit tex. in l. fin. C. de diuerſ. reſcrip. gloſ. principalis in cap. ſi ſuper gratia de offic. delegati in 6.

E Alexand. conſ. 30. num. 10. vol. 5. Lapp. & Gemini. in cap. quamuis per tex. ibi niſi hoc expreſſe dixerimus, & in c. ſi propter tua debita de reſcript. in 6. Gloſ. in l. ſi ex falſis, verſ. præcipimus, C. de tranſactio; vbi Bald. Paul. & Iaſſ. num. 7. Bal. in l. 1. oppoſit. 1. C. de manumiſ. vindict. Decius in cap. 2. num. 5. & Felin. 11. cum. ſeq. de reſcrip Gomez in regula de iure quæſito non tollendo, q. 1. & Rebuff. in praxi, tit. de non tollendo ius quæſitum, gloſ. 6. per tot. Sebaſtian. Medicis in tract. de adquir. dominio ad legem finalem; ff. de legib. verb. aut in conſeruando, gloſ. 2. p. 3. num. 20. & duobus ſequen. Alexand. conſil. 26. lib. 2. & conſ. 35. lib. 4. Decius conſil. 11. & conſil. 33. 64. & 98. Ferdin. Loazes in 5. fundamento pro parte oppidi de Mula, poſt num. 38. Burſat. conſil. 32. num. 51. & 52. in 1. Socin. conſ 87. num. 13. vol. 3. Decius conſil. 191. num. 5. & 341. num. 10. & conſ. 15. num. 5. Pariſ. conſ. 1. num. 87. vol. 1. Cancer 3. par. variar. c. 3. num. 29. & ſequent. 110. & ſequent. Boſsius de Principe, numer. 21. Brunus conſil. feudalia 16. numer. 4. & ſequentibus, & conſil. 2. numer. 1. Neuizan. conſ. feuda. 12. numer. 30. Buinol. a Sole in quæſtio. legalibus. quæſt. 29. per tot. Proſper. Carauit. in ritibus magnæ curiæ, ritu 311. num. 11. facit tex. in l. 2. §. ſi quis à Principe, & §. merito, ff. nequid in loco publico, cap. ſuper eo, vbi communiter Doctor. de offic. delegat. l. cum auus, C. de emancipat Iaſſ. poſt gloſ. & Doctor. in l. fin. num. 2. & 3. C. ſi contr. ius, vel vtilit. publi. Bart. in l. 2. C. de fund. patrimo. lib. 10. Abb. Felin. & Doctor. in cap. cum olim de re iudic. Bald. conſil. 279. lib. 3. Curci. Iun. conſil. 143. Bornin. Canalca. 1. p deciſ. 41. num. 53. cum ſequentibus, Iacob. Berreta conſil. 14. num. 4. & ſeq. Surdus conſ. 203. num. 30. Rippa in cap. 2. num. 32. de reſcriptis, Camillus Borrellus ad Bellugam, rub. 9. verbo alterius, iniuria, verſ. & tali ca, & verſ. per equipolentiam. Nicolaus Feſtaſius de collectis, 4. part. cap. 6. a num. 36.

Pinelus, & alij, quia ex modicitate non ceſſat iniuſtitia, quod intelligendum eſt, ſiue tale præiuditium verſetur circa ius quæſitum in re, ſiue circa ius quæſitum in ſpe certa, ſeu ad rem, vt puta, ſi quis tanquam proximior agnatus, vigore fideicommiſſi, ſeu maioratus, vel, vt noſtri Aragonenſes vocant, *Vinculi*, ex teſtamento, vel cõ tractu excluſis fœminis, reperiatur vocatus, non poterit iſtius ſpem Princeps ſuo reſcripto fallere, habilitando fœminas ad ſucceſſionem talium bonorum; quamuis multi inter hæc etiam diſtinguant, *h* & aſſerant poſſe Principem de plenitudine poteſtatis, et ã ſine partis citatione, auferre ius quæſitum in ſpe, licet non negent in hoc animæ concedentis, & vtentis ad hoc tali poteſtate præiuditium fieri, & eius periculum adeſſe, quod ſi adeſt merito poteſtas negatur ex ſupradictis.

Secundo declara, vt licet prędicta clauſula,† de plenitudine poteſtatis, habeat vim derogatoriæ, tamen ſi lex, quam per eam derogare intendit, *i* habeat etiam expreſſam clauſulam derogatoriam, vel iuramento, *k* (quod vim clauſulæ derogatoriæ habet) ſit confirmata, per eam non derogabitur, etiam ſi adiectę ſint clauſulæ, non obſtantibus, & ſupplentes, quę regulariter ad iuris diſpoſitionem tollendam ſunt aptę. 12

Tertio, quando ex reſcripto, in quo talis adeſt clauſula, reſultat iniquitas, ſi per eam illud ſuſtineatur, *l* non aliquid operabitur, cum eo caſu potius eſſet plenitudo tempeſtatis, quam poteſtatis.

Quarto, ab aliquibus prædicta clauſula reſtringitur, vt tunc demum operetur, quando Princeps cum cauſæ cogni-

F In 1. par. rub. C de reſcinden. vendi. cap. 2. num. 24. l. & in maioribus, C. de appellat. Brunol. à Sole q. 19. nu. 14. & 15. Gallin. de verbor. ſignifi. lib. 10. cap. 25. a num. 6. cum ſequen.

G Bal. in prælud. feudor. colu. 13. verſ. Item dicit, Deci. conſ. 273. col. penultima, & conſ. 66. col. fina. conſil. 544 col. fin. & conſil. 689. col. 2. Corne. conſil. 9. num. 42. vol. 2. Ruin. Ruin. conſil. 71. num. 37. vol. 3. Gratus conſil. 158. num. 30. volu. 2 Riminal. conſ. 79. num. 37. & 3 . & conſ. 5 nu. 232 & 233 & conſ. 46. num. 46. Gregor. Lopez in l. 3. tit. 13. q. 28 parti. 6. Surd. conſil. 203. numre. 20. Brunol. à Sole d. q. 19. num. 26. Sarmiẽto in l Gallus, & quid ſi tantum, num. 74. vbi Fortun Garcia, num. 256. Molin. de Hiſpa. primog. lib. 1. cap. 8. num. 31. & lib. 3. cap. 3. num. 14. & 20. & & lib. 2. c. 7. num. 22.

H Rebuff. tom. 3. conſtit. Gallicar. tit. de citationibus in præfatione nu. 39. pag. 52. Cauallinus mille loq. 837. Franciſ. Becius conſ. 56. nu 36. 40. & 41. & 58. Ruin. conſil. 191. num. 12 lib. 1. & conſ. 48 num. 13. & conſ. 160. n. 8. lib. 4. & conſil. 21. num. 8. conſil. 163. num. 22. volu. 5. Gozadin. conſil. 9. numer. 49, verſ. Tertia concluſio, & conſil. 85. num. 15. Pariſ. conſil. 1. nu. 64. & 138. volum. 2. Socin Iunior conſil. 76. nu. 129. lib. 1. & Beroius conſil. 140. nu. 28. & 29. vol. 3. & plures alij relati á Roſſenthal. contro. feudal. tom. 1. c. 7. conclu. 19. nu. 21. & 22. lit. X. Y. pag. 316. & lit. EE. ad legem 2 in fin, de natal. reſtituendis, Molin. de Hiſpa. primog. lib. 1. c. 8. nu. 28. & 29. & lib. 2. d. c. 7. n. 23. & 24. Doctor. communiter in d. §. & quid ſi tantum, gloſ. fin. in l. ſed cum ab hærede, 12. ff. ad Trebellian. gloſ. in commodo, in l. ſeruitutes 14. §. publico, ff. de ſeruitut.

I Riminal. d. conſil. 79. num. 39.

K Gloſ. in cap. cum non deceat de electione in 6. Gloſ. in Clement. dudum, verſ. pacta de ſepultur. Abb. Felin. & Decius in cap. Conſtitutus de reſcrip. Alexan. conſ. 27. & 125. lib. 1. & conſ. 195. & 205. lib. 3. & conſ. 243. vol. 5. Nata conſ. 320. & conſ. 368. Paul. conſ. 206. & 284. lib. 1.

L Riminal. dict. conſil. 5. num. 229. & conſil. 13. num. 77.

cognitione, m & parte citata procedit, quod præciſſe
13 præſumetur ſi prędicte clauſulę fuerit † adiectũ, n quod deliberatè, & conſultò talia reſcribit; quamuis enim clauſulæ non ſint ſimpliciter neceſſarię, vt intelligamus Principem de poteſtatis plenitudine voluiſſe procedere, tamen ex illarum adiectione facilius conſtabit, o quia licet Princeps omnia iura in ſcrinio pectoris p cenſeatur
14 habere, tamen † propter multitudinem reſcriptorum, quę ab eo indies impetrantur, præſumitur contra ius reſcribens, potius circumuentus, & deceptus, quam quod ius voluerit violare, & legibus derogare. Vnde
15 is, † cui tale reſcriptum dirigitur, poteſt executionem eius ſuſpendere, donec melius Princeps ſuper facto informatus fuerit: q datur enim recurſus à prȩcepto Principis male informati, r ad eundem melius informandũ. Si tamen ſuper facto plene informatus, & de tertij prę-
16 iuditio † certus reſcripſerit, ſ vbi ſolus leges condit, & ſolus derogat, ſolaquè eius voluntate ius ſubſiſtit, & infirmatur, licet clauſulæ non fuerint adiectæ, cum ſciat actum illum de poteſtate ordinaria expediri non poſſe, ne actus reddatur eluſorius, de plenitudine poteſtatis, t (licet hoc non exprimat) & ex mera gratia, & priuilegio

M Molin. de Hiſpan. primog. d. c. 3. nu. 12. lib. 3 & d. c. 7. lib. 2. num. 25. Riminal. d. conſil. 5. nu. 227. & 231. & conſ. 46. nu. 120. Socin. conſil. 164. poſt numer. 7. lib. 2. Decius conſ. 410. num. 21. & 544. col. penul. Alciat. conſil. 166. poſt numer. 15. Roland. conſ. 2. nu. 164. lib. 1. Celſus conſil. 73. num. 51. & conſ. 88. num. 31.

N l. Ariſto in prin. de iure deliber. cap. illa præpoſitorum, & cap. ſequenti, 11. q. 3. Rolan. conſ. 1. nu. 59. lib. 3. & Siluan. cõſil. 50. nu. 27. Gramat. conſil. Ciuili 100. num. 48. & facit tex. in l. aut in prin. ff. quod vi aut clam.

O l nec damnoſa, l. reſcripta, de diuerſ. reſcript. l. fin. vbi Paul. Salicet. Iaſ. & omnes, C. ſi cõtra ius, Felin. in cap. nonnulli, num. 9. de reſcript.

P Cap. 1. de Conſtitut. in 6. l. omnium, C. de teſtam.

Q Cap. ſi quando de reſcript. cap. cum teneamur de præben. Gloſ. notabilis, in §. deinde, verſ. nuntians in autheo. de mandat. Princip l. reſcripta, l. quoties, C. de precib. imperat. offerend. Becci. conſil. 3. num. 81. & 82.

R Rebuff. in l. quod iuſsit, 2. notab. num. 53. de re iudic. Anton. Gabriel commun. concluſ. lib. 2. tit. de appellat. concluſ. 1. num. 6.

S Felin. in cap. cum inter, col. 3. de exceptio. Alexand. in l. quanquam, C. de teſtam. milit. Iaſſ. in l. 3. num. 4. ff. quod quiſque iur. gloſ. in Clement. & ſi principalis, de reſcript. Bald. in l. eos, C. de appellat. Alexand. conſ. 59. nu. 8. lib. 1. Surd. deciſ. 2. num 19. & 20.

T Decius conſil. 11. num. 20. conſ. 77. num. 3. & in cap. quoniam, Abbas colu. 6. de officio delegat. & in l. more, col. 4. ff. de iuriſdictione, &c. & in l. Ciuitas, num. 6 ff. ſi cert. petat. Banci de nullit. at. tit. de nullitat. ex defectu iuriſdiction. ordin. num. 172. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 7. num. 69. Menoch. de præſumptio. tom. 2. lib 6. præſumptione 4. num. 4 Riminal. conſil. 113. num. 14. & 15. vol. 2. & conſil. 655. numer. 21. vol 3. Vaſquius controuerſ. Illuſtri. lib. 1. cap. 26. num. 9. Fabius Optinellus in repet. legis Imperium, num. 255. ff. de iuriſdictione, &c. Brunorus à Sole quæſt. 19. num. 37. & 38. Hippolit. ſingulari 84. Paul. de Caſtro in l. ex imperfecto, in fine, C. de teſtament. & conſil. 414. num. 5. 1. par. Aymon conſil. 75 num. 3. Camill. Gallin. de verborum ſignificatione, lib. 5. cap. 18. numer. 569. iuncto cap. 19. numer. 185. Conrrad. in templ. omni. iudic. lib. 1. cap. 1. §. Tertio, verſi. ſeptimo dicitur, num. 2. Roman. ſingular. 15. Abbas in cap. cum ex officij, num. 32. vbi Felin. num. 19. & ſequentibus, de præſcript. & facit tex. in l. 3. de teſtam. milit. & in l. 1. §. offillius, cum l. ſequenti, ff. ne quis eum, &c. Grebeus ad Gail lib. 2. concluſio. 56 conſideratione 3. num. 2. Maur. Burgius de modo proceden. ex abrupto. centur. 1 quæſt. 17. numer. 25. Menoch. lib. 2. præſumptione 12. num. 5. Petra de poteſtate principis, cap. 32. quæſtione 5. princip. num. 34.

gio processisse credendum, ac præsumendum est. Quod ex eo solum probabitur, quod signatum fuerit tale rescriptum signo priuilegij, u cum enixius factis voluntas declaretur quam verbis, nec necessarium est ei, qui ex duplici qualitate procedere potest, exprimere in vim cuius procedat, cum si exprimat, non est cur ad coniecturas confugiamus: x Si vero non exprimat, & altera sit dignior, vel specialior, in vim illius censebitur processisse, vt si quis sit † simul ordinarius, & delegatus, 17
sententiamquè proferat; illa, quamuis nō sit expressum, à delegato lata censebitur, y cum delegati qualitas sit dignior in illa causa, quam ordinarij: z licet ambæ in eius persona concurrant, cum idem iudicetur, ac si in diuersis personis concurrerent a, quo casu, si ab ordinario pro reo, & à delegato pro actore sententiæ proferrentur, lata à delegato valebit, nec reus hoc casu priuilegio rei adiuuabitur, sed appellatio ad delegantem erit vtroquè casu interponenda.

V Bald. in l. item lapilli, num. 8 ff. de rerum diuisione sequitur Ripa in l. quominus, num. 33. ff. de fluminibus, facit tex. in l. Paul. ff. rem ratam haberi, l. pro hærede, ff. de adquirend. hæredita. l. certum, vbi Doctor. ff. si cert. pet. & in l. fina. de diuort. & in l. si cum sine, §. ei de edilicio edict. cap. dilecti de appellat. cap. eximant, 11. q. 2.

X Notat Abb. in cap. causamque, vbi Decius num. 4. de iudic. Imola in cap. cum venissent, colu. 4. de instit. Felin. in cap. cum ex officij num. 32. de præscript. cap. significauit, de corpor. vitiat. Menoch. de præsump. lib. 2. præsu. 17. num. 1.

Y Not. Paul. in l. etsi prætor, ff. de offic. eius, cui mād. Ioan. Andr. vbi Dominicus col. 4. in cap. si postquam de electione in 6. cum concordantibus per Felin. in d. cap. cum ex officij, num. 24. & 31.

Z Cap. sane. cap. studuisti, de officio legat. Ancharran. consil. 164. num. 2. & 132. num. 2. Alexand. & Doctor. in d. l. 1. vbi Purpurat. num. 28. & Camill. ad Bellug. rubr. 11. §. & quæ, litera B. Bart. in l. præcipimus, C. de appellat. & in l. fina ff. de colleg. illicitis, cum alijs per Felin. in cap. 1. num. 6. de præscript. cap. per tuas de arbitris, cap. sacris, cap. quod in dubijs, de sepultur. l. si communem. ff. quēadmod. seruit. amittat. cum concordantibus per Iaff. in l. 1. C. de transactio. & Hipolit. de Marsil. singul. 501. & singul. 180 & in rubr. de fideiussor. num. 130. Nata consil. 1. num. 10. Menoch. d. præsumpt. 17. num. 4. & seq. Lancellot. de attentat. p. 2. cap. 20. num. 7. cum multis alijs relatis à Mauro Burgio in tract. de modo procedendi exarrupto, centur. 1. q. 75. num. 7. & sequent.

A l. si pater, §. 1. ff. de adoptio. l. tutorem, ff. de his quib. vt indig. not. Iaff. in l. singularia, num. 7. vbi Decius num. 5. ff. si cert. petat. c. fina. vbi not. Abb. Anto. de Butrio, & Bald. de re iudic.

§ Vigesimus nonus.

Plenitudo potestatis an extendatur ad ea, quæ iuris naturalis sunt, & quæ sint illa.

SVMMARIVM.

Clausulæ non ad potestatis, sed ad voluntatis quæstionem adjciuntur. 1.

Ad potestatis quæstionem materia subiecta, super qua rescribitur est consideranda. 2.

Potestas Principum quare ad ius naturale non extendatur. 3.

Homo potest multipliciter considerari. 4.

Verba I. C. in l. 1. §. ius naturale, de instit. & iure, & Imper. in §. 1. instit. de iure naturali. in fin. explicantur. 5.

Laurentij Vala mordacitas improbatur. 6.

Matrimonium non solum est inter fideles, sed etiā inter infideles, & apud Romanos qua solemnitate contraheretur. 7.

Concil. Trident. cap. 1. sess. 24. de reformatione matri-

matrimonij explicatur.8.
Filij naturales, an sint successionis paternæ capaces, & quomodo legitimentur, & quid de spurijs.9.
Spurij an sint alendi à patre. & quid in Aragonia.10.
Accursius in d. §. ius naturale, verbo coniugatio improbatur.11.
Liberorum procreatio est iuris naturalis, & in quo sit in homine cum cæteris animalibus communis, & in quo diuersa, 12. & 15.
Imagines maiorum cum suis titulis cur in prima ædium parte à Priscis poni solerent. 13.
Filij an semper virtutis, & nobilitatis maiorum successores existant. 14.
Educatio liberorum homini cum brutis communis est, sed diuerso modo, fine, atque ratione.16.
In recta iuuentutis institutione salus, & conseruatio reipublicæ consistit.17.
Pater & mater quomodo filijs alimenta præstare teneantur.18.
Defendere se commune est brutis cum hominibus sed homines cum moderamine inculpatæ tutellæ, & moderamen, in quo consistat.19.
Defensiones ciuiles ad exemplum naturalis fuerunt introductæ sed ex illis quæ sint proximiores naturali defensioni, & quæ remotiores.20. cum seq.
In Aragonia indicijs & confessione extraiudiciali conuincitur deliquens ad pœnam ordinariam.23.
Appellatio quare reuisio potius appelletur in Aragonia 25.
Appellatio an statuto tolli possit, & quibus casibus de iure, & de foro non admittatur remissiue.
Regna iure gentium in finem politicum introducta.27.
Ius naturale an sit semper immutabile, & de ratione, obseruant. Item Index, tit. de fide instrumen.28.

§. Vigesimus nonus.

1 CVM clausulæ † ad voluntatis, nõ ad potestatis quæstionem, quæ nostro instituto conuenit, pertineant, inuestigare oportet, ad quæ illæ, quantumuis amplissimæ, & latissimæ, extendi valeant? Cum semper materia † subiecta, super qua rescribitur, sit considerandа,
2 & actus secundum eam interpretandi, *a* etiam si verba essent improprianda: *b* Ita vt quo † ad ius naturale non
3 extendatur, *c* cum illud omne Principatu potentius sit,

A I. Proculus, ff. de vsufr. l. insulã, de præscrip. ver. Bald. in l. data opera, num. 29. in fin. C. de his qui ac cus. non possunt, Ias. in l. stipulatio. ista habere, §. ij qui, num. 6. de verb. obli. Neuizan. cons. 92. nu. 26. & seq. Ruin. cons. 161. nu. 18. vol. 4. Paris. cons. 88. num. 1. in 1. Casane. cons. 11. nu. 58. Bellon cons. 21 num. 11. Cravet. in respõ.

pro genero. num. 318. Natta cons. 416. num. 3. & seq. Cephal. cons. 176. num. 37. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 104 num. 28.

B l. si vno, vbi glos. Bart. Bald. & alij, ff. locati, l. sed etsi possessor §. 1. de iureiuran. Tiraquel. in l. si vnquã, verb. reuertatur nu. 37. C. de reuocan. Ruin. cons. 168. num. 16. vol. 2. Paris. cons. 26. nũ. 119. vol. 2. Neuizan. cons. 90. nu. 5. Nat. cons. 94. num. 1. Beroius cons. 50. num. 2. vol. 3. Surd. decis. 283. nu. 20. & 21.

C l. qui habet, §. si pupillus, ff. de tutor. §. sed naturalia in tit. de iur. natural. &c. l. fin. C. de testamen. milit. Azor vbi proxime 1. p. c. 1. vers. secundo quæritur, pag. 494. & vers. quarto quæritur, pag 499. Hostiens. Abb. Butri. & alij in cap. 1. de transactio. Cardinal. in 3. notabili, in Clement. Pastoralis, §. cæterum per illum tex. de re iudic. Alex. cons. 79. num. 7. lib. 1. & cons. 111. nu. 4. lib. 6. Ias. cons. 86. nu. 14. lib. 3. Rimina. cons. 45. nu. 14. 35. vol. 1. Rebuf. in praxi, tit. de rescripto etiam, & per inde valere, nu. 54. & duobus seq. pag. 318. Stephan. de Feder. de interpret. iur. 2. p. principali. num. 28.

D Gloss.

sit, *d* & non possit vlla humana potestate derogari: pro cuius rei perfecta intelligentia dicendum est, quod homo potest † considerari secundum diuersas operationes: vel sensus tantum, in quibus vno genere cum cæteris animalibus continetur, vel sensus, & intellectus simul, quæ soli homini conueniunt. Ex his oritur ius illud naturale primæuum: *Quod*, † vt inquit noster I. C. *e* *natura animalia docuit*: Sed hoc intelligendum existimo, secundum diuersitatem naturæ, singularum specierum, non (vt aliqui voluerunt) quod idem sit ius naturale in brutis, & hominibus, sed quod in vtrisq; ab instinctu naturæ proficiscatur, & oriatur, & quod tam homines, quam bruta, eodem naturę instinctu ad eadem applicentur, diuerso tamen modo: quia in brutis cum nulla sit ratio, sola illa inclinatione, & affectione ducuntur, quæ eis à Deo, naturæ auctore, fuit insita, & quamuis igniculi quidam, *f* & imagines ingenij, & rationis appareant in eis, vt quandoquè videantur hominis prudentiam, si non assequi, saltim imitari. Vnde Iustinianus *g* dixit: *Illa iuris naturalis peritia censeri*, quia phantasia, seu æstimatiua in eis loco est rationis, seu intellectus, tamen nihil intellectu, & cogitatione perficiunt, nec vlla ratione, vel honestatis forma, prædita sunt, aut quidquam iuris habent, cum non operentur libere, & æqui, atquè iniqui sint expertia, non ius in eis, sed instinctus dari dicemus, secundum quem producit motus naturales, ex quibus si damnum inferant non imputatur animali: *h* Homines tamen, licet ab eodem in eadem opera ducantur, illa tamen cum ratione, humanæ speciei conueniente, modis, & formis naturali ratione coniunctis, secundum id, quod bonum, & æquum est, moderantur, & disponunt, & in finem referunt. Quando igitur motus huiusmodi naturę ad homines redigis, pariunt ius quoddam naturale, quod licet primum à sensu originem habeat, tamen simul, atq; à sensu ad rationem natura reflectitur; iam sensus desinit, & incipit animi actus, à quo ius naturale formatur, cum cæteris animantibus non omnino cõmune, cũ ratio etiam à natura, & fortior quam sensus, & potentior sit, ideoq; legem sensus obscurare; & ideo cum in homine proponimus affectus naturales, non intelligimus illos prorsus belluinos, nihil penitus habẽtes rationis, aut iuris, sed illos, qui instinctu;

D Gloss. in l. fina. vbi Doctor. C. si contra ius; Abb. Felin. Decius, & alij communiter in cap. quæ in Ecclesiarũ de constitut. Conrad. in templ. omni. iudi. lib. 1. cap. 1. §. 3. vers. nono, & §. 4. vers. vigesimo octauo nõ potest, Noster Monter decis. 15. nu. 22. Petra de potestate Princip. cap. 3. q. 3. n. 77. Azor instit. moral 2. p. lib. 11. c. 4. vers. quinto quæritur, pag. 1219. Sayrus in claui Regia, lib. 3. cap. 10. numer. 8.

E l. 1. §. ius naturale, ff. de iustitia & iure. Ferdinandus Rebellus de obligatio. Iustitię, lib. 1. de prælud. Iustitiæ, q. 2. pag. 8. Forcatul. in Necioman cia iur. dialog. 37.

F Franciscus Vallesius in sacra Philosophia, cap. 55 Vincentius Beluacensis in speculo Morali, lib. 1. pag. 3. distin. 35. in princip.

G In §. 1. in fin. instit. de iur. natur. Angel. Matheacius de via & ratione iur. lib. 1. cap. 12. num. 6. cum duobus seq.

H l. 1. §. 1. & §. generaliter. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

I Nicolaus Serarius tom. 2. opusculorum Theologico, de legibus, art. 23. pag. 34.

D Iosephus Sesse, r. p de cisio. 91. cum duabus sequentibus.

E l. ab executione, C. quorum appellationes. l. ab executore, & l. fin. ff. de appellatio. l. 1 C. de momentan. possessione. Fachineus controuers. iuris lib 1 cap. 74. cum tribus sequentibus. l. 1 §. interdum. ff. à quibus appellare non liceat, notat Baldus in l. 2. C. de appellatio, Decius post Abbat. in cap. dilecti, num. 11. de exception. Dominicus in cap. non solum, de appellation. in 6. Marantain speculo, in 2. actu principali vltimę partis iudicij, num 237. & sequen. Cancer variarum lib. 1. ca. 17. numero 10. Afflictis in præludiis constitutio. Siciliæ, quæstione 10. per totam, & quæstio. 12. numero 2. Bobadilla in politica lib. 5. cap. 3. num. 82 & sequen. Monter decisio. 8. num. 22. & 23. Sixtinus de regalibus lib 2. cap. 8 nume. 34. for. 1. de modo & forma procedendi in criminalibus, fo. fina, de cõsultatio. fo. muy conueniente, de ofício Iustitiæ Aragonum, & foro, de voluntad, eodem titulo, foro 1. de la competencia de jurisdicción.

foro, e porque, titu forus inquisitionis. Molina in reportorio fororum, verb. Appellatio, versic. appellari non potest, cum pluribus sequentibus.

F cap. in apibus, 7. quæst. 1.

G in dicta l ex hoc iure.

H Petrus Gregorius de Republica lib. 2 cap. 1. à numero 2. & per totum.

I glos. nascerentur, in l. manumissiones, de iustitia & iure, Quintilianus Mandosius in cap. 1. num 35. & 36. de constitut.

k Fortun. Garcia in dicta l. manumissiones, num. 4 & 8 & Couarru. in regula, peccatum, 2. par. §. 11. nume. 3. & de sponsalib. 2. par. cap. 6 §. 9. num. 3. & 4.

L cap. sunt quidam, 21. quæstio. 1. l. ius agnationis, ff. de pact. l. iura sanguinis, ff. de regul. iur.

M In secundam secundę diui Thomæ, quæstione 56. articulo 2. in explicatione, conclusione 3. Couarruuias vbi supra, & Parisius consilio 58. num. 102. & cons. 264. lib. 4.

diſpenſatione, vel aliqua cauſa mutari poterunt. Et ita debet intelligi obſeruantia noſtri regni. n diſponens, omne pactum eſſe in Aragonia ſeruandũ dũmodo non ſit impoſsibile, vel cõtra ius naturale; quia quidquid tali iuri contrarium eſt, ſemper eſt iniquum.

N obſeruantia, item iudex, titu. de fide inſtrument.

§. Trigeſimus.

Ius gentium quid ſit, & quæ ab eo introducta, & quomodo ad illa plenitudo poteſtatis extendi valeat.

SVMMARIVM.

Ius gẽtium ex principiis naturæ deducitur. 1
Succeſsio liberorũ à iure gentium orta fuit, & legitima filiorum. & alimenta, an poſsint aliqua lege, vel à Principe auferri. 2. & 16.
Diuitiæ neceſſariæ ſunt ad conſeruandã nobilitatem, quæ ſæpè ex antiquis diuitijs orta. 3.
For. 1. *de teſtam. nobil. & for.* 1. *de teſtam. ciuiũ & for. vnic. de rebus vincula. & for.* 1. *de exheredat. libero. declarantur.* 4.
Bona fideicommiſſo ſuppoſita, an pro conſtitutione & reſtitutione dotis poſsint obligari. 5.
Fideicommiſſa in fauorem familiæ ſunt fauorabilia. 6.
Nobiles cur Richi homines olim appellarẽtur. 7
Apud Romanos cenſus fuit habita ratio in legendis Senatoribus, & Magiſtratibus. 8.
Clerici cur ſine beneficio ad ſacros ordines promoueri non valent. 9.
Filij neceſsariò inſtituendi, vel exhæredandi, & de cauſis exhæredationis, et differentijs ſexus, gradus, et poteſtatis à Iuſtiniano ſublatis. 10.
Teſtamentum inter liberos, etiam non ſeruatis iuris ſolemnitatibus valet. 11.
Succeſsio liberorũ an præferatur piæ cauſæ. 12.
Donatio per ſuperuenientiam liberorum, an reuocetur in totum. 13.
Legitima filiorum an ſit de iure naturali, et poſsit filius inuitis creditoribus illam renũtiare et tolli, vel minui, per ſtatutum. 14.
Filij in pot eſtate ſui et neceſſarij hæredes ſunt parẽtũ; et emancipati primum locum tenent in bonorum poſſeſsione prætoria. 15.
Cõmunis omnium poſſeſsio eſt iuris naturalis, et in quibus huius rei mãſerit veſtigium. 17.
Venationes, piſcationes, et aucupia, in quibus locis fieri, et à quibus impediri, ſeu prohiberi valeant, 18.
Dominia rerũ quare, et quo iure diſtincta, 19.
Publica quare, et quot modis dicantur et quæ ſint illa. 20.
Rex Hiſpaniæ an poſsit prohibere nauigationẽ. et portus maris Indici; et mare rediterraneũ cuius Principis eſſe cenſeatur 21. *et* 22.
Exiſtenti in extrema neceſsitate, an vſus rerũ, communis manſerit, et quilibet teneatur ei opem ferre. 23.
Libertas naturalis omnibus eſt communis, etiã captis ab hoſtibus. 24.
Serui qnod attinet ad ius ciuile pro nullis habẽtur, ſecus quoad ius naturale, 25.
Donatio mera quæ ſit et in remuneratoria multa ſingulariter recepta, remiſsiuè. 26. *et* 27.
Fidei obſeruantia eſt de iure naturali, et ex illa multa bona ſulſequuntur. 28.
Lex æris confeſsi quæ fuerit apud Romanos, et in Aragonia ignominioſis ſolemnitatibus debitor cædi bonis. 29.
Fides etiam hoſti ſeruanda eſt. 30.
Depoſitæ rei reſtitutionẽ, cur Iſidorus iuris naturalis eſſe tradiderit; et quæ depoſito regulari, et irregulari ſint à iure priuilegia conceſſa, remiſsiue, 31.
In Aragonia ſtatur cartæ, ex quo multa fuerũt fabore cartæ in regno recepta. 32.
Dotes, et depoſita cõfeſſata in Aragonia, non ſolum

solũ confitenti, sed etiã tertio præiudicãt. 33.
Adulterium cur natura turpe. 34.
Princeps supremus an possit contractum cum subdito initum violare, & fidem darã frangere de plenitudine potestatis; & quid in cõtractu lucratiuo, & legibus pactionatis. 35 38. 40. 44. & 45.
Principum conuentiones & iudicia sunt bonæ fidei. 36.
Guidaticum & saluaguardiam Principis, omnes etiam ecclesiastici seruare tenentur. 37.
Princeps ex contractu an obligetur ciuiliter, vel naturaliter tantum. 39.
Princeps an possit sine causa priuare officialẽ officio quod ad beneplacitum eius concesit; vel Romanus Pontifex Beneficiatum beneficio. 41.
Priuilegium an possit à Principe reuocari; & quid in Aragonia. 42.
In Aragonia priuilegia an amittantur per non vsum, vel per contrarium vsum. 43.
Contractus omnes à consensu perficiuntur, & cur aliqui bonæ fidei appellentur, & in omnibus ab obligatione nascitur actio. 46.
Fideicommissa cur ab Augusto ad necessitatẽ iuris redacta. 47.
Furtũ cur iure naturali dicatur prohibitũ. 48.
Princeps, vel vniuersitas quando possint dominium ab aliquo auferre. 49. & 53.
Refectio pretij & interesse, ac citatio, an sit necessaria quando Princeps ex iusta causa aufert ab aliquo dominium. 50. & 51.
Dominium & possessio multis modis adquiritur; & de intellectu fori 1. de acquir. possessione. & fori, a vezes, de aprehens. 52.
Princeps, vel lex, an posset moderare iurisdictionem magistratuum, ne aliquo casu ius reddant; & audientia an possit denegari reis ex causa. 54.
Bella iure gentium introducta, sed duellorum vsus quare sublatus; & bellum vt iustum dicatur quæ debeant occurrere. 55.
Seruitutes iure getniũ inductæ, sed in bellis inter christianos, capti nõ efficiũtur serui. 56.

§. Trigesimus.

SI per plures consequentias, ex principiis naturę, per discursum practicum † rationis, ius deducatur, & hominum consensu approbetur, ius gentium erit, quod etiam naturale dicitur. Ex quo, primò deduci-
1 2 tur successio † liberorum, quę licèt cæteris animalibus non sit communis, tamen inter rationis participes communis est; nam cùm parentes liberos suos naturali iure primæuo, alere teneantur, vt supra diximus, ex consequentia, illis mortuis, eorum bona ad liberos iure naturali spectant, [a] & naturali parentum voto, eis omnia sua parare dicuntur, & dulci officio fungi, cum illos hæredes scribunt, quia à quibus acceperunt esse, debent accipere, & conseruari in esse; [b] non solum naturali, quod alimentis conseruatur (quæ aliqua lege, vel potestate non possunt auferri) [c], sed etiam politico, & ciuili, quod fieri non posset, si successione paterna destituti manerẽt; cum honor, & nobili
3 tas paterna, † sine diuitiis, & bonis cõseruari non possit.

A l. cum ratio, ff. de bon. damnatorum, l. scripto, in fine, ff. vnde liber. l. nam etsi parentibus, de inoffic. test. ament. l. penultima, ff. de bon. liber. l. Iulianus, ff. si quis omiss. caus. testamen. l. de emancipatis, C. de legiti. hæredib.

B cap. Moyses, 32. quæstio. 2. cap. nasci, 55. distinctio. cap mulier, 86. distinctio.

C Barbatia in cap. Raioutius, num 31. & 32. de testamentis, & Carpan. in prælud. ad statuta Mediolan. num. 273.

imó diuitiæ neceſſariæ ſint, d pro conſeruanda nobilitate maiorum, & honore familię, ac maximum ſint virtutis ſubſidium: e ſicut è contra pàupertas multa incommoda ſecũ affert, f ſi nimia ſit, nec habeat vnde honeſte viuere poſſit, aliàs magis vitandæ diuitiæ cupiditati coniunctæ, quàm ſobria paupertas, cum ſemper inops quicumque cupit: * & cum Romæ in Senatu duo ad quæſturã Siciliæ proponerẽtur, reſpõdit Cato: *Neutrũ ſibi placere quod alter nihil habeat, alteri nihil ſatis erit.* Sed:

Viuitur exiguo melius: natura beatos
Omnibus eſſe dedit ſi quis cognouerit vti.

Et ita debet intelligi illud Oratij: g

Et genus, & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.

Et alibi:

Magnum pauperies opprobrium, iubet
Quiduis & facere, & pati,
Virtutiſq; viam deſerit arduæ.

Et illud Alciati: h

Ingenio poteram ſuperas volitare per arces,
Me niſi paupertas inuida deprimeret.

Quia, vt inquit Ariſtoteles, difficile res claras geret, is, cui facultates deficiũt. Ex quibus non ſolum conſeruatur nobilitas, ſed ex eis, ſæpé ſi antiquæ ſint illę, inducitur. Ex qua ratione in noſtro regno, † vt caſſalia nobilium, in ſuo bono ſtatu conſeruarentur, cum per diuiſionem filiorum de facili deperire poſſent, i cum digni tas familię, magis in vno ſplendeat, k Iacobus Secũdus Rex noſter, anno 1307. ſtatuit, l quod de cætero, nobiles, meſnadarij, milites, & Infantiones, poſſent vnum ex filiis, quem voluerint, facere hęredem, aliis filiis de bonis ſuis, quantum eis placuerit dimittendo: quod poſtea anno 1311. per alium forum, ab eodem Rege ad omnes regni incolas fuit extenſum, m hocque quantum placuerit, ad minimam quantitatem, n obſeruantia eſt in-

4

D l. 1. ff. de cuſtod reor. §. ſancimus, in Authentico de teſtib. Albert. Brun. de ſtatu. excludente fœmi. artic. 2 & 3. Boer. conſ. 115 num 5. & conſ. 121. nu. 61 volu. 2. Pariſ. conſ. 6. n. 15. volu. 3. Borrell. de Regis catholi. prœſtant. cap. 15. num. 29. & 30. Baeça de inop. debitor. cap. 16. nume. 1. cum ſequentibus 5. 37. 32. Ioſephus de Ruſti. in conſ. pro Hemilan. nume. 20. Tiraquell. de nobilita. cap. 3. num. 10. & cap. 25. nume. 4. & facit l. ad ſubeunda, vbi Lucas de Pena C. de decurion. lib. 10. l. nobiliores, C. de comerc. & mercator. l. reſcripto, ff. de muner & honorib. Michael ab Aguirre de ſucceſsione regni Portugaliç, 3. p. n. 64. Miſinger reſponſ. 32. n. 5.

E Ioan. Orozco de Cobbar. lib. 2. paradoxa 8. & Iuſtus Lipſi. ciuil. doctrinæ lib. 1. c. 1.

F Anibal Troyſius ſuper ritibus magnæ Curiæ, ritu 290. num. 24. & 25. noſter Petrus Cenedo 1. p. collectan. 27. num. 2. & 3. cum ſequentibus, Caualin. milleloq. 696. Medicis de caſibus fortuitis, 2. p. q. 4. à n. 9. cum ſequentibus. Viuius deciſ. 222. & 268. Tiraquell. in l. ſi vnquam, verb. Bona, num. 1. C. de reuocand. donatio. Didacus Perez in lib. 3. Ordinat. tit. 1. l. 1. gloſ. Pobres, verſ. Cũ iam ſit viſũ.

* Claudia. in Rufin. p. 65. & 56.

G ſermonũ lib. 2. Saty. 5.

H Emblema. 120.

I notata ad Molinam, verbo, Primogenitus, & verprimogenituręius, Tiraq. de iur. primogenior. q. 4. n. 13. Decia. conſ. 7. n. 26. in 1. de Couar. lib. 2. emble. 45. in fine.

k Alex. Raud. in append. n. 8.

L for. 1. tit. de teſtam nobil. Oroz.

M for. 1. de teſtam. ciui.

N Iaſ. conſ. 130. n. 3. vol. 4. Deci. 6cſi. 456. Bal. in c. 1. § ſi quis quinq; ſolidos, de pace tenẽda. Cerdã de Talla. enel verdadero gouierno, ca. 12. p. 127. Bar. in l. cũ ex filio, n. 3. C. de vulga. Portol. in obſeru. 50. tit. de ivr. dot. n. 7. § nobiles, n. 23. Alphõſus de Caſtro de poteſta. legis pœnalis, lib. 2. c. 11. p. 481.

est interpretata, ita vt in quinque solidis, praxis nostri Regni verificari admisserit: & licet videatur prædictam dispositionem nō procedere, in patre habente tantum vnicum filium: o tamen veritas est, quod etiam habens vnicum tantum filium, poterit eum in prędicta minima quantitate, hęredem scribens, cætera bona, cuicumque vinculo & oneri supponere, p cum satis eum honorare censeatur, à quo adimere potuit, q & non ademit, sed ante prędictum forum, nō licebat parētibus sine causa filios exhæredare, poterāt r tamen ex causis in foris expressis, similibus, seu maioribus filiū (vt verbis fori vtar) desafiliare, quę erat emancipationis odiosæ species, vt supra diximus.

Secundó, ex eadem † ratione statutū fuit, ſ quod in
5 octo regni nobiliorib⁹ domib⁹, no possint eorū possessores, in præiudicium successorū, causa dotium, vltra duodecim mille ducatos, eas onerare, cum aliâs, causa dotis tam ad eius constitutionem, quàm restitutionē, possint bona vinculata obligari; quod procedit, nō solum in fideicommisso, descendentibus relicto, sed etiā in fideicō misso colateraliū, provt semper in Aragonia fuit intellectū, & in processu D. Bernardini de Mendoça pronunciatū: quia si possessor maioratus grauatus sit restituere, vel liberis suis, vel alteri, si sine liberis decesserit, illud voluisse intelligitur testator, in necessariū antecedens, vt possit sibi vxorē quærere, ex qua iustos liberos procrearet; ac perinde posset, pro dote bona obligare; cum alioquin, neq; vxorē, neq; dotē facile esset inuenturus.

6 Tertió, ex eadem † ratione prouenit, quod prohibita bonorum alienatio, fauore familię, vt illa intra familiam conseruentur, ac etiam fideicomissum perpetuum, & absolutum, fauorabilia iudicentur. t

Quartò

O Couarru. lib. 1. variarū, c. 19. n. 3.

P foro vnico. titu. de rebus vinculatis, obserua. 1 eod. tit. for. fin. titu. de testam.

Q l, conficiuntur, de iur. codici.

R for. 1. cum duob. seqq. tit. de exhæredat. filiorū, glos. in l. ob æs. C. de præ diis minorum, glos. & Doctores in l. fin. C. de reuocand. donatio. Hippol. singula. 78. qui limitat nisi post causas ingratitudinis effectus sit Clericus. cap. non liceat, 19. quæsti. fin. glos. quasi ingratum, in l. fin. C. de Episcop. cum cō cordant. per Marsil. in rubri de fideiuss. n. 116.

S for. fin. titu de iur. doti.

T Oratius Carpanus in lucubrationibus ad statuta Mediolani, cap. 300. nume. 16. Vrsilis ad decisiones Afflictis, decis. 226. n. 9. Surd. cons. 443. n. 28. & 241. á n. 35. 41 & seqq. & decis. 9 n. 2 Socin. seni. consil. 48. n. 2. volu. 1. & cō sil. 168. num. 91. lib. 2. Paris. consi. 16. num. 9, & 28. volu. 3. & consi 63 nu. 27 lib. 2. Decius consi. 652. num 7. Porci. cons. 40. nume. 22. Cuman. cons. 2. nume. 4. Gozadin. consil. 89. num. 12. Curti. iuni. consil. 22. num. 11. & cons. 115 n. 12. Capicius decis. 108. num. 15. Natta cons. 61. Medicis de adquiren. domin. ad legem finalem. ff. de legibus, verb. Aut in conseruando, glos. 2. p. 1. num 36. Gutierrez practicar. quæstion. lib. 2. c. 14. num 8. Padilla in rubr. C.

de fideicom. n. 4. Pelaez de maiorat. 1. p. q. 1. n. 9. Pinell. in l. 1. 3. p. n. 99. vers. sed pro successore, C. de bon. matern. Cauallin. miscel. q. 106. & facit text. in l. 1. §. quamuis. de ventr. inspici. & in l. cum filius, §. pater, & in l. Titia cum testamento. §. Lucius, vbi Bald. de legat. 2. Mantica de coniectu. vltimar. volunta. lib. 7. titu. 1. à num 14. 44. & sequen. Simon de Prętis de intpretat. vltimar. volunta. lib. 3. interpretat. 3 dubitatio. 1. solutio. 3. num. 22. Petra de fideicom. q. 9. nu. 12 Menoch. de præsumptio. lib. 4. præsump. 67. n. 23. & cons. 204. num. 60. lib. 3. Ancharran. cons. 27 num. 2. Bursatus cons. 46. num. 26. Decian. cons. 1 nu. 317 & 323. cum. se quen. volum. 1. Gozadin. consi 89 num. 12. Iosephus de Rustic. in repetitio. l. cum auus, lib. 3. c. 10. n. 63. & lib. 4. c. 2. n. 26. Moli. de Hispan. primogen. lib. 4. c. 1. n. 30.

Quartò, eadem ratione prouenit, † quod antiquitus, 7
nobiles, Richi homines, solerẽt appellari, licet ex sententia Alphonsi Regis Castellę, nõ ex diuitiis, sed ex virtute, u & generis nobilitate, dicerẽtur; & addi solebat, de natura, quia omnia apud eum esse censentur, apud quẽ est virtus, x nam vt inquit Claudianus: y

Ipsa quidem virtus pretium sibi, solaq; latè,
Fortunæ secura nitet, nec fascibus vllis
Erigitur, plausu vè petit clare scere vulgi,
Nihil opis externæ cupiens, nihil indiga laudis,
Diuitiis animosa suis, immotaq; cunctis
Casibus, ex alta mortalia despicit arce
Attamen inuitam blande vestigat, & vltro
Ambit honor: docuit toties à rupe profectus
Lictor, & in mediis Consul quæsitus aratris.

Sed negari nequit, diuitias maximo esse adiumento nobilitati, & hinc est, quod apud Romanos, † in eligendis 8
Senatoribus, magistratibus, ac equitibus, inter alia, census habita fuit ratio, iuxta illud Ouidij: z

In pretio, pretium nunc est, dat census honores,
Census amicitias, pauper vbique iacet.

Et alibi: a

Curia pauperibus clausa est, dat census honores
Inde grauis iudex, inde seuerus eques.

Sed etsi diuites, nõ pari modo, sed cum delectu virtutis ad munera, & magistratus vocabãtur, suffragiis datis, vel cẽsore adhibito; & ideo, nõ omnino improbãda est illa antiqua institutio, quoniã res, pecuniaq; familiaris obsidis vice, pignorisq; esse apud Rẽpublicam videbatur, amorisq; in patriã, fides quędam, in ea, firmamentum q; erat: nè splẽdor amplissimi ordinis, rei familiaris angustiis obscuraretur, Inde statutũ † sanctissime fuit, ne Clerici sine beneficio, ex quo cõmode sustentari possint, ad ordines 9
sacros promoueri valeant; b ne cum ordinis dedecore, cogantur mendicare, & paruifiant à laicis, hi, quos in summa, ac prope diuina veneratione teneri, oportet, cum sint mediatores inter Deum & homines. c Sed oportet quod habeant bona temporalia, nec alligandum

V Ioan. Orozco de Conarru. lib. 2. Paradox. 8. Lipsius politicor. lib. 1. c. 1.

X plura cumulans Camil. Borrel. in additio. ad Bellug. rub. 6. sub n. 13. verb. virtus nobilitat hominem.

Y Claudia. in panegi. in consula. Mauli; Theodos. in princ. p 201 & in 4. cõsula. Honorij, p. 169. ibi, Discitar hinc quantũ paupertas sobria possit. & in Rufinum. lib. 1 pag. 55. & 56.

Z lib. 1. Fastor. Polidorus Virg. de inuentorib. rerũ, lib. 2. c. 3. verſ. contra, vbi Senator Carol. Sigoni. de antiquo iure ciuiũ Romanorum, lib. 2. c. 2. verſic. in Senatoribus, & Rosinus de antiquitat. Romanar. lib. 7. cap. 5. verb. Censum.

A lib. 3 elegiarum.

B Conci. Trident. sess. 21, decreto de raformat. c. 2, cap. Sacerdotibus, 11. q. 1. Deuteron. c. 15. ibi. Nõ sit mendicus inter vos, c. 1. distin. 70. c. Diaconi, circa med. 93. distinct. Petrus Gregorius lib. 15. sintagma. iur. vniuers. cap. 26. nume. 6. Bernard. Diez in pract. crimi. canoni. c. 18. n. 3. Bapti. Valęquela in defensione monitor. aduersus Ducem & Senat. Reipub. Venetor. 3. p. nu. 76. Iulius Antonius Brancalasi. in medull. politicorum, lib. 4. de religione, p. 130.

C D. Greg. circa princip. pastoralis, & D. Ghrisost. in in suis libris de dignitate Sacerdotali, plura congerens Valençue. vbi proxi. p. 4. á n. 40. cum seq. & Iuli Anto. Brandal. in philosophi tegia, lib. 4. de religio. p. 66. num. 78. cum sequen.

dum sit os bobi trituranti. *d* cum secundum Apostolum, *e* qui altari seruit, de altari debeat, & viuere (quia spiritualia, sine corporalibus, diu esse non possunt,) *f* & hoc vt postquam ex eis, sibi necessaria acceperint, possint, quod supereſt pauperibus erogare, & necessitatibus proximorum subuenire, *g* nō enim verisimile est, quod illi antiqui fideles, tam religiosi, tam humiles, modesti, & temperantes: qui sua bona ob amorem Dei, & animarum salutem, Ecclesijs dederunt, ea mente illa dedisse, vt Clerici sumptuose comedant, & bibant, colendo gulam quam illi oderunt; domos, familias, parietes, lecticas, & mulas, splendide vestiant; humanum honorem odorantes cum ambitione & superbia; quas illi pro humilitate, & modestia contempserunt; neque etiam vt maioratus instituant, aut cognatos suos magnificent; cum illi suis donare noluissent, vt Deo donarent; neq; vt thesaurizent in terris, id quod imitando eos, qui dederunt, thesaurizare deberent in cœlis: & vt inquit sacrū Concil. Tridenti. *h Se non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, sed ad labores & solicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant.* Ex prædictis constat, quam sit omni † iure debita, succeſſio filiorum, in bonis parentum, *i* qua ratione, primo fuit iure statutum, vt filius ad validitatem testamenti paterni, necessario sit instituendus, vel ex hęredandus cum causa legitima, quam etiam iure digestorum requiri videtur. Si iam non ad modū, vt aliqui volunt, verba I.C. referas. Alias, quęrella inofficiosum testamentum iuberetur, licet ante Iustinianū *k* certum sit certę causæ expressionem, non fuisse necessariam, cum causarum numerus certus, à lege præscriptus non fuerit, quamuis multę sexus, gradus, & potestatis extiterint differentiæ, quæ lege Iustiniani, in successionibus ab intestato fuerunt sublatæ, *l* & quatuordecim iustę exhęredationis causę præscriptæ.

11 Secundo ex eadem ratione prouenit, † vt testamentū inter liberos, etiam solemnitatibus iuris non seruatis valeat. *m*

Tertio

D Deuteronom. cap. 25 Matthe. 10. Marc. 6. Lucæ 9. B. Paul. ad Galat. cap. 5. c. ex his, 12. q. 1. Petr. Gregor. lib. 2. sintagm. cap. 28 & de republica, lib. 3. c. 7 num. 6. Marc. Anton Marsilijs de Ecclesiastico redditum origi. 3. p. cap 16. num. 23. Petrus Coretus inter opera Anto. Posseuini in defensione veritatis aduersus assertiones Catholicę fidei repugnantes, cap. 19.

E 1. ad Corinth cap 9. c. cum secundum Apostolum de præben.

F Cap. inter corporalia de electio.

G Cap. aurum, c. gloria, 12. q. 2. Nauarr. de redditibus Ecclesiast. q 1. monito. 22. nu. 2. Auenda. resp. 19. num. 1. & seq.

H In cap. 1. de reformat. sess 25.

I l. Cum ratio de bon. dānator. l. inter cætera, ff. de libe. & posthum.

K Authen. non licet, C de libe. præteri. iuncto §. aliud quoque capitulum, in authen. vt cum de appellat. cognoscitur, collatione 8.

L Authen. in successione C. de suis & legit. l. maximum vitium. C. de libe. præteri. l. lege 12 [illegible] tum, & I meminimus. C. de legit. hæred.

M l. hac consultissima, §. ex imperfecto, vbi communiter Doctor. C. de testam. Iaſ. in authen. nouissima. num. 16. C. de inoffic. testam. Corne. cons. 118. vol. 3. Alex. cons. 146 n. 5. vol. 2. Medices vbi supra. de adquir. domi. Glo. 1. p. 3. n. 9. Cauallin. millel. 239. Iul. Clar §. testamentum, q. 8. nu. 1. Peregrin. cons. 64 nu 18. vol. 1. Greue. post Gail lib. 2. concl. 112 per tot. Menoch. lib. 4 præsump. 7. nu. 1. Mastril.

par decis. 132. Andreas Fachineus controuersiuris lib. 4. cap. 1. cum trib. seq.

Tertio, inde etiam fit, quod ſucceſſio liberorũ, † præ- 12
feratur pię cauſę, & vt inquit D. Auguſtinus, n *Quicumq; vult exhæredato filio hæredem facere Eccleſiam; quærat alterum qui ſuſcipiat non Auguſtinũ: imo Deo propitio, nullũ inueniet:* imo & ſi poſtquã aliquis donauit, filios ſuſceperit † do- 13
natio o ſecundũ aliquos reuocatur, in totum, vel ſecun dum alios, ſaltim quoad legitimam, cum illa, ſi non iu- re † naturæ, ſaltim ratione naturali p ſuadente fuerit in- 14
troducta, & filius eius reſpectu, licet improprie, creditori æquiparetur. q Quia eſt ei adeo debita, vt per mortem patris ei quæſita, non poſſit inuitis creditoribus illi renuntiare, r nec per legem, ſtatutum, ſeu Principem, (etiam de plenitudine poteſtatis) in totum auferri, ſ licet bene poſſit ita minui, quod alimentis neceſſarijs tãtum correſpondeat. t Et in Aragonia quodlibet minimum (vt ſupra diximus) loco legitimæ, ne filium obliuione præteriſſe videatur, ſufficit fuiſſe relictum, & hoc etiam neceſſariũ eſt, vt poſſit teſtator cætera bona oneri & vinculo ſupponere, alias namquè cum tota hæreditas loco legitimæ cedat, ſolummodo ſi filius intra viceſimum ætatis annum deceſſerit, vinculis, & grauaminibus à patre adiectis ſubijcietur: poſtea vero libere diſponendi, & alienandi erit ei ſecundum fori u diſpoſitionem facultas.

Quarto, ex eodem fonte emanat, † vt liberi qui pri- 15
mum gradum in ſucceſſione paterna tenent, in eorum poteſtate conſtituti, ſui & neceſſarij eorum hæredes iure ciuili fiant, x qui, [illegible] hereditate paterna beneficio

N Cap. quicumq; ex hæredato, 17. q. 4. Couar. lib. 1. variar. cap. 19. nu. 5. & 11. Alex. Rauden. de analog, lib. 1. cap. 23. num. 94. Greue. d. lib. 2. conclu. 119 conſiderat. 5, num. 6. Fachineus controuerſ. iuris, lib. 3. cap. 86. Gracian. diſceptatio. forenſium tom. 2 cap. 219. num 27.

O l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat Couar. vbi ſupra, & Sebaſtian. de Medices vbi ſup. cum 35. declarationibus, verb, aut in conſeruando, gloſ. 2. p. 1. num. 417.

P Menoch. de arbitr. caſ, 149. num. 12. Greue. d. có cluſ. 119. conſiderat. 1. l. cum ratio, ff. de bon. damnatorum, l. reſcripto in fine, ff vnde liberi, cap. Rainutius, §. cum autem de teſtam. nouell 1. §. primũ itaq; de here. & falcid. Roland. conſ. 97. num. 10. & ſeq. vol 2.

Q Menoch. lib. 4. præſumptio. 109. num. 14. Peregrin. de fideicom. art. 36. num. 150. Caualcan. 3. par. deciſ. 7. nu. 44. Greue. vbi ſup. conſiderat. 2. nu 2.

R Notata in l. 6. ff. quę in fraudem credito. Peregr. de iure fiſci lib. 6. tit. 7. n. 39. & de fideicom. art. 3. num. 131. & conſ. 71. n. 1 [illegible] conſ. 77. Codex Fabrian. tit. de inoff. teſtam. definitione 29. Greneus ad Gail conclu. 119. conſiderat. 8. nu. 4.

S Iaſſo. in authen. nouiſsima, num. 56. C. de inoffic. teſtam. Alexan. conſ. 211. nu. 8, lib. 7. Cagnol. in l. iura ſanguinis nu 5. de reg. iur. Boerius deciſ. 188. nu. 6. Socin. conſ. 150. nu. 3. lib. 1. Gail obſeruat. 122. n. 10. lib. 2. & ibi Greueus conſiderat. 1. Petra de poteſt. Princip. c. 28 n. 2. Surd. tract. de aliment. tit. 5. q. 1. nu. 6. Anto. Scapus de iure non ſcripto lib. 6. c. 14. Minſinger. obſeruatio 43. nu. 2. cent. 5. Decian. conſ. 35. nu. 60. & ſeq. vol. 1.

T Fachineus controuerſ. iuris lib. 4. c. 32. Anton. Faber de errore interpręt. decad. 15. errore 3. Theſaur. deciſ. 263 num. 4. Surdus conſ. 357. nu. 36. & conſ. 341. num. 28. Suarez receptarum ſententiarum, lit. L. num. 65. Anto. Gabriel lib. 6. commun. tit. de legit. conclu. 1. num. 18. Menoch. conſ. 250. num. 109. & ſeq. Ioan. Azor inſtitutio. moral. 2. par. lib. 2. c. 27. verſ. ſexto quæritur, col. 210. eleganter noſter Ioſeph. Seſſe 1. par. deciſ. 26. num. 15. 35. 36. 42. 78, & 98. explicans obſerua. Item mulier 50. tit. de iur. dotium.

V Eoro vnico, tit. de rebus vinculatis.

X l. in ſuis, ff. de liber. & poſthu. §. ſui inſt. de hæred. qualita. & differ. l. ei qui, ff. de acquiren. hæredita. l. 1. C. ſi mino. ab hęre. ſe abſtin.

ficio Prætoris possint se abstinere, tamen nudum hęredis nomen nunquam amittunt, qui etiam in vita parentum, eius rerum dominij erant participes, & penes domini reputabantur. Et ideo dominium, per mortem patris, in eos continuatur, & non patris hæreditatem percipere videntur, sed magis liberam bonorum administrationem consequi. Vnde filius familias appellatur, sicut pater familias, sola nota hac adiecta, per quam distinguitur genitor, ab eo qui genitus sit; quod si filij emancipati sint, y quos ad successionem paternam, ius ciuile incognitos habuit, Prętor equitate naturali motus, in primo loco bonorum possessionis admittit, post quos, proximiorem in gradu, successorio edicto, ad bonorum possessionem vocat. Hinc etiam factum est, vt in nostro Regno, solum fuerit admissa repręsentatio, in successione descendentium, cum illa sola, iure naturali, & diuino nitatur: ex quibus sequitur, non posse Prin-
16 cipem † supremum, in genere, contra hanc liberorum successionem statuere, licet in specie, certis casibus, vt puta ob ingratitudinem filiorum erga parentes, vel ad continendos filios in obedientia parentum, (vt in Aragonia) vel ob delictum parentum erga Deum, Principē, rempub. vel proximum, in hijs, quæ per medium actiuum, seu productiuum eorumdem parentum ad filios deferuntur, bene possit eam limitare, vt homines arceātur à delinquendo, cum pro effectu, magis in liberis, quam in se ipsis terreantur.

17 Secundo communis omnium † possessio iuris naturalis dicitur, quæ cum animo adipiscatur, z brutis communis esse nequit, à qua dominij exordium cepit, dum singulorū occupatione fuit distincta, cuius rei vestigiū, in his quæ cœlo, ter-
18 ra, mariquè capiuntur, mansit, cum sola occupatione, capientium fiant, a & licet dominus fundi prohibere possit, ne aucupandi, vel venandi † causa, quis fundum suum ingrediatur, b tamen talis priuati domini prohibitio, non impedit translationem dominij illarum ferarum, seu auium, quas prohibitus in suo fundo cepit: c nec ex venatione, dicetur turbare dominum fundi, d nisi talis fundus sit viuariū, in quo habeat dominus feras incluſas muro, seu aues auiario, vel pisces stagno, vel lacu, quibus quasi carcere, coercentur animalia, quibus

Y §. emancipati insti. de hæred. qualita. l. 1. ff. vnde liberi, l. 1. quis ordo in bonorum possess. seruetur, §. sunt autem iust. de bonorum possessio.

Z l. 1. §. adipiscimur, l. post fideri. l. quemadmodum, ff. de acquir. possess.

A §. feræ, §. singulorum, de rerum diuisio. l. quod in litore, ff. de adquirend. rerum domin. l. 1. in prin. ff. de adquir. possess. Aymon. cons. 518. nu. 18. & 643. nu. 2. Menoch. cons. 298. num 19. Bertazol. cons. 21. nu. 44. Franch. decis. 158. n. 1. Fachine. lib. 1. contro. c. 1. vers. atq; ita, Petr. Vinsseldi. in commen. ad tit. de iniur. & dam. dat. cap. 4. q. 4. conclus. 3. cum seq. pag. 283.

B §. plane qui alienum insit. de rerum diuisio. l. diuus, ff de seruit. rustic. l. 3. §. 1. de adquir. rerum domin.

C l. ea lege, vbi glos. 2. C. de condict. ob caus. l. in laqueum, de adquir. rerū domin. Sixtin. de Regali. cap. 18. num. 24. Roland cons. 9. num. 19. & seqūē. lib. 2. Marc. decis. 530. numer. 14. par. 1. Casaneus in consuetud. Burgun. rubr. 13. §. 7. num. 5. Suarez receptar. senten. verb. venator.

D Iosephus Ludouicus, conclusione 71. numero 39.

quibus natura, cœlum, aquam, ac terram assignauerat, quo casu furtum per subripientem cõmittitur, *e* piscationes enim, aucupia, & venationes, eiusdem esse iuris & conditionis censentur. At tamen in publicis locis, regulariter venationes, & piscationes prohiberi non possunt. *f* Ita vt dixerit I. C. *g* iniuriarum agi posse, aduersus eos qui in publicis venari, piscarive prohibent; nisi is Princeps supremus sit, vel ex Principis supremi priuilegio, in quem omnia publica, lege Regia fuerunt translata, aut ex causa recreationis ipsius Principis, aut alia publica, talis naturalis piscandi, & venandi, ac aucupandi facultas fuerit restricta & limitata. *h* Vt in Aragonia, vbi per foros Regni, *i* reperitur piscatio, aucupium, & venatio, quo ad certos pisces, aues, seu feras, certo tempore, certisve instrumentis prohibita: & multis, ex priuilegijs Regum concessum est, vt illis solis, liceat in certa parte fluminis Iberi, quod publicum est, piscari, *k* & alios prohibere posse; quod absquè priuilegio, nulli priuato concessum censebimus, nisi hoc ius prohibendi, legitima præscritione

E l item si fundi, § aucupiorum, ff. de vsufruct. l. funes, § pisces, & ibi glos. & Bart. ff. de action. emp. Guido Papa decis. 91. num. 4, & 5. Ca sane. inconsuetu. Burgund. rub. 13. §. 2. nu. 22. & §. 7. num. 5. & Sixtin. d. cap 18 num. 28. & Vinsfeldius vbi supr. concluf. 15.

F Gramati. decis. 67. numer. 9. Roland. consil. 9. num. 10. & consil. 22. numer. 27. volu. 2. Scapus in tractat. de iur. non scripto, lib. 2. cap. 33. Marc. decis. 529. num. 14. lib. 1. & decis. 531. num. 14. Guid. decis. 514. Auenda. de exequen. mandat. 1. p. cap 2 num. 11. & 12. Salon de pace consil. 16. num 21. Boher. decis. 351. Rippa in l. qnominus, num. 133. ff. de fluminibus, Regner. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 18. num. 15. & sequen. Cabedo 1. par. decis. 95. & 2 par. decis. 89. per tot. Honded. cons. 100 num. 13. volu. 2. Cancer varia. lib. 2. cap. 2. a nu. 75. cum sequen. Gutierrez canon. quæst. lib. 2. cap. 27.

G l. iniuriarum 13 § fin. ff. de iniur. d. §. aucupiorum, & l. vsumfructuarium, in prin. ff. de vsufr. Camil. Borrel. de Reg Cathol. præstan. cap. 24. per totum.

H Soto lib. 4. de iust. & iur. quæst. 6. art. 4. colu. penult. Iacob. Rebuf. in l. vnica, C. de venat. Ferr. Decian. respons. 22. num. 22. volum 4. & respons. 123. num. 92. volum. 3 Rossenthal. controuers. feudal, tom. 1. capit. 5. concluf. 94. pag. 167. § nemo retia. vbi Doctor. tit. de pac. tenend. Couarru. in dicta regula peccatum, 2. par. §. 8. num. 1, glos. in cap qui venatoribus 86, distinctione, Medina de restitutione, quæstio. 12. Soto de iustitia & iure lib. 4. quæst. 6. art. 4. vers. pari ferme, Boher. in consuetu. Bituricen. tit. de consuet. Prædior. §. 5. Benedict. in dict. cap. Rainutius, verb. & vxorem, num. 869. Calaneus in consuetud. Burgun. rubr. 13 § 7 Gramat. decis. 67. Natta consil. 375 & consil. 522. num. 7. & 23. & cons. 604. num. 2. Surdus consil. 313. num. 104 Gutierrez Canonic lib. 2. quæst. 218. a num. 1. cum sequen. Aymon. consil. 317. & de antiquit. tempor. 4. par. §. materia ista, num. 79. & sequen. Bouadil. in politic lib. 2. cap. 16. num. 138. Anton. de Petra de potestate Princip. cap. 7. per tot. specialem 169. Ioannes Azor institut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 16. pag. 323. & sequen. Leonard. Lessius de iustit. & iure lib. 2. capit. 5. dubitatione 7. pag. 46. Fernand. Rebellus de obligat. iustitiæ, 1. par. lib. 1. quæst. 14. sect. 2. num 6. & 7. pag. 80. Vinsfeldius in d. cap. 4 q. 4. conclu. 7 & 8. pag. 289 & seq. Andres Fachineus controuers. iur. lib. 1. c. 1, Greueus ad Gail lib. 2. concl. 69. nu. 4. Tiraqu. de nobilita. c. 37. sub num. 150.

I For. fin. tit de venator. for. vnic. tit. de venator. lepor. & perdic. for. 1. & 2. tit. de la prohibicion y vieda de las caças.

K l. si quisquam, ff de diuers. & tempor. prescrip. Rippa in l. 1. numer. 12. ff. de interdict. concordans cum l. final. in fine principij, ff. de vsucapio. Ioannes Faber in §. flumina instituta. de rerum diuisio. Natta consil. 522. numer. 23. Glossa in l. venditor, ff. commun prædior. Couarru. in regula peccatum, 2. par. §. 8. num. 10. Medicis in tractat. de venatio. & piscatio. & aucupio, par. 1. quæst. 28. & par. 2. quæst. 26. Ruin. consil. 28. num. 1. volum. 1.

ptione acquisierit, *l* quæ tum demum currere incipiet (cũ hæc merę facultatis naturalis sint) quando prohibitus, post prohibitionẽ *m* iudicialiter, vel extraiudicialiter factam, prohibitioni acquieuerit, quia vt inquit Bald. *n* iura negatiua pręscribuntur contra patientes prohibitos, non contra patientes tantum, & eo casu, non solum præscribet ius prohibendi contra talem prohibitum, sed generaliter contra vniuersitatem, cuius ille priuatus, pars est, quia turbato vno ciue, tota ciuitas turbata intelligitur, quando animo acquirendi ius in vniuersum, est facta prohibitio. Si vero vniuersitas, per alios vicinos, quam per prohibitos, perseueraverit in venando, etiam in articulo possessorio obtinebit. *o* Quia dicitur resistere prohibitioni, & non amittere ius, ex tali prohibitione, cui factis non acquieuit, sed naturalem libertatem venandi, & piscandi, quæ fauorabilis est, & facilius conseruatur, quam amittitur, *p* conseruare voluisse. In qua (vt diximus) manserunt reliquiæ, illius primęui iuris naturalis, quo omnia erant communia, quod postea gentes, naturali illa ratione ductæ, quod communio rerum discordias pareret, quibus, diu humana societas conseruari non poterat, quæ, potius pace, & concordia ciuium tuetur. Et ideo dominia rerum † inter se diuisserunt, *q* publicę vtilitatis causa, quia magis quis solicitus est ad curandum propria, quam ad curandum communia. Exindequè quia distinctis dominijs, ordinatius humanum genus regitur, iam hodie vnicuiquè dicere licet, hoc meum, hoc tuum, demptis ijs rebus, in quibus mansit communio, vt in aere, aqua profluente, mari, *r* & eius littoribus, quæ I. C. *s* alibi publi

19

L Rippa in l. quominus, num. 133. ff. de flumin. & in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 51. de cau. possessio. & proprie. Padil. in l. si quas actiones, num. 20. C. de seruit. & aqua. Xuarez allegatione 16. & Casane. vbi supra, §. 7. nu. 4. Doctor. in tit. quæ sint regalia, vers. piscationem, Cancer variar. resolutio. lib. 2. cap 2. a nu. 75. cum sequen. Tiraquel. de nobilita. cap. 37 num. 150. Iaf. in l. ex hoc iure, nu. 27. de de iust. & iure, Iul. Ferret. in tractat. de re nauali, lib 12. num. 23. Marta de iurisdict 1. p. cap. 23. nu. 25. & 4. par. centur. 1. casu 57. num 3. & seq

M Iaff in d l. quominus, num. 155. & Rip a nu. 14. Brun. cons. 56 num. 6. Aymon consil. 111. num. 22. Alexand. cons. 194. nu. 7. lib. 2. Roland. consil. 97. num. 7. lib 3. & consil. 52 num. 21. & 22. & cons. 21 num. 13. & sequen. lib. 2. Balb. de prescrip. 4 p. 5. partis principalis, q 5. nu. 2. Aymon in d. §. materia ista, num 98. Thesaur. decis. 26. vel 61. num. 1. & 2 Sixt in de regalib. lib. 2. c. 3. num. 55. cum multis sequent. Natta consil. 325. Cancer 2. par. variar. cap. 2 num. 97. & 3. par. cap. 4 num. 139. & 145. Guido Papa decis. 631. nu. 13. facit tex. in l. quæro, ff. de iur. patronat. Glos. & Doctor. in l. qui luminibus, ff de seruit. vrban. Rossenthal. controuers. feudal.

tom. 1. cap 5. conclus. 24. num. 2. pag. 128. & conclus. 25. & 27.

N In cons. 439. num. 12. vol. 3. O Aymon cons. 643. num. 5. & cons. 658. num. 5. Menoch de arbitrar. cas. 160. num. 11. Rippa in d. c. cum Ecclesia Sutrina, nu. 51. & in d l. quominus, nu. 133. Roland. cons. 9. num. 15. & 16. vol. 2.

P Couarru. in d. regul. peccatum. 2. p. §. 8. nu. 1. Aymon. cons. 518. num. 18. Natta. cons. 375. Padil in l per agrum nu. 6. C. de seruit. Menoch. de arbitr. centur. 5. cas. 413. Corduba in casibus conscien. q. 119. & 120 Xuarez d. allegat. 16. Menchaca de successionum creatione, §. 17. num. 12.

Q Caietan. 2. 2. q. 66. art. 2. Soto de iust. & iur. lib. 4. q. 3. art. 1. concl. 3. & alij plures relati per Grego. Sayrum in claui Regia, lib. 9. cap. 8. num. 15.

R Iaff. in d. l. ex hoc iure nu. 26. & 27. Cepol. de seruit. rustic. cap. 26. S l littora, ff. nequid in loco publi. Forcatu. in Neciomancia dialog. 84. num. 6. Borrel. de Reg. Cathol. præstan. c. 10. per tot.

T Iboni

puli Romani esse tradit. Ideoquè publica pluribus in locis appellat, *t* quia publica dicuntur, quasi populica, quæ populus, in principem, lege Regia transtulit. Sed non in specie earum rerum, quæ ad ærarium pertinebant, ac veluti in patrimonio popul. Roman. *u* habebantur, vt vectigalia pecuniæ, & agri publici, sed eorum, quæ publicis vsibus, & commodis seruiebant, nullo ex ijs in ærarium fructu, nulla negociatione, aut comertio instituto; qualia erant Romæ Theatra, fora, basilicæ, campus Marcius, ad quam speciem pertinent littora, *v* quæ ideo communia dicuntur, quia populi Romani Imperio prope in vniuersum orbem aucto, eodem fere numero haberi cępta sunt communia, & publica, quæ per legem Regiam in Imperatores translata diximus: Non quoad proprietatem, sed verius, quo ad iurisdictionem, protectionem, & defensionem *y* tantum. Vnde minus recte aliqui *z* ex nostris, nullum inter mare, & eius littora, ac flumen publicum, esse constituendum discrimen tradunt. Sed littorum sicut & maris, vsus, & iurisdictio, aliquibus priuatim competit, *a* vt Venetis Adriaticum, Genuensibus Liguricum (cũ Liguriæ caput sit Genua) *b* Romanis Thirrenum, Græcis Iobium, & Egeum, Gallis Narbonense, Hispanis Indicum Occidentale, & Orientale. Ex quo forte † pro 21
hibere potest D. noster Rex *c* nauigationem illius maris, prohibendo ex aliqua iusta causa, ne aliqui in portu admittantur, cum portus, licet quo ad vsum sint publici, tamen lege Regia in dominium Regis fuerunt translati, & inter regalia supra connumerauimus. *d* Sed in Mediterraneo, † illius censetur esse pars maris propinqui, 22
cuius sunt loca Mediterranea viciniora (quod intellige)
si is

T l. bona ciuitatis vbi Alciat. de verborum signif. l. 2. §. deinde, & §. nouissime, ff. de origine iur. l. Aristo. ff. de rerum diuisio. l. littus, de verb. significa. l. quamuis de adquir. rer. domin. l. flumina, ff. de flumin. l. quædam de rer. diuisio. §. flumina instit. eod. cum concordãtibus, per Borrel. de Reg. Catholi. præstan. cap. 8, nu. 11. Cabedo p. 2. decis. 16. nu. 1.

V l. 1. §. hoc interdicto, ff. nequid in loc. publi. l. sed Celsus, ff. de contrah. emptio. Eginar Varo in commentar. ad legem primam, ff quod cuiusq; vniuersit. vers. & horum quędam sunt, Cabedo p. 2. de cis. 18. num. 1. & sequen. 5.

X l quod in littore de adquir. rer. domi. l. fina. ff. de vsucapio. §. Item capilli instit. de rer. diuisio. & Cabedo part. 2. decis. 48.

Y Sixtin. de regalib. lib. 2 cap. 3. nul. 98. Roffentha. tom. 1 cap. 5. conclus. 31. 32. pag. 131. Viuius decis. 344. num. 1. Peregrin. de iur fisc. lib. 1. tit. 1. numer. 17. Glos. in §. & quidem, & in §. littorum, vbi Angel. & Faber. de de rerum diuisio. & in d. l. littora, ff. nequid in loc. publi. Marsil. in l. fin. nu. 180. ff. de iurisdictio. omni iudic.

Z Cacheran. decis. 155. num. 18. Ferrat. Montan. de feud. lib. 5. cap. 7. vers. tametsi ius piscandi.

A Anto. Vaca in l. 2. ff. de rer. diuis. Matheacius lib. 1. de vi & ratione iur. cap. 36. num. 11. & 14. Glos. territorio in cap. vbi periculum de electio. in 6. cap. ex literis ad fin. de probat. & in cap. accedens el 2. ad fin. vt lite non contesta. Xuarez d. allegat. 17. Matio. Freccia. de sub feud. lib. 2. tit. quis dicatur, Marchio num. 4. & 5. fol. 119.

B Marta de iurisdict. 1. par. cap. 23. num. 81.

C Cabedo p. 2. decis. 47 cap. vnic. tit. quæ sint regalia, l. portus, ff. de verborum significat. l. 1. §. statio, ff. de flumini. d. §. flumina, l. nemo. §. fina. de rerum diuisio. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 4. Cabedo decis. 46, nu. 6 par. 2. Borrel. de Reg. Cathol. præstan. cap. 9. per totum.

D Petrus Gregor. de republi. lib. 9. cap. 1. num. 27. & sintagma. iur. lib. 3. p. 1. c. 14. num. 7.

E l. ven

Princeps ſupremus ſit: *e* ſecus ſi eſſet dominus inferior alicuius caſtri, vel loci.

23 Secundò, cõmunio rerum conſeruatur † exiſtenti in extrema neceſſitate, cum abſque iuris naturalis leſſione, ſibi poſſit recipere, *f* quatenus tali extremæ neceſſitati ſuccurratur; imò quilibet tenetur, exiſtenti in tali neceſſitate opem præſtare, & ſuccurrere,; *g* quod ſi noluerit, denunciatione Euangelica cogi poterit. Sed verius exiſtimo, tali caſu, non aufferri ab eo, cui res ablata eſt, dominium quod in ea habebat, ſed tantum concedi exiſtenti in extrema neceſſitate eius rei legitimum vſum, cum onere, quod ſi illi ad pinguiorem venerit fortunam, teneatur ęſtimationem eius rei, domino reſtituere.

24 Tertiò, cõmunis omnium libertas, † iuris naturalis dicitur, quam etiam ſeruus bello captus non amittit: quia cum libertas *h* ſit naturalis facultas, eius quod cuique facere libet, niſi vi, aut lege prohibeatur, cum à lege tollatur ſeruo facultas recedendi à domino, & imponatur ei neceſſitas ſeruiendi, obediendiq́ue ei, non amiſſit naturalẽ libertatem, *i* ex eo, quod captus, vt nõ occidatur, ſeruetur ad ſeruiendũ: ſed actus ciuiles, actiuè

25 & paſsiuè, ſũt illi ita à lege interdicti, vt quod attinet † ad ius ciuile, in eſſe ciuili & politico, *k* ſerui pro nullis habeãtur: ſed quod attinet ad ius naturale, *l* comunẽ cum cęteris retinẽt cõditionẽ ita quod actiuè, & paſsiuè naturaliter obligẽtur, antidoraliq́; vinculo, & obligatione maneãt ligati: ſi enim ferę eam videtur agnoſcere, vt cõpertum

B l. venditor, ff. cõmun. prædiorum Mattheatius vbi proxime lib. 1. cap. 36 & Borrellus cap. 46. nume. 233. & 234. Garcia de expenſis, cap. 21. n. 34. & 35. Bart. poſt gloſſ in l. ſane ſi maris, ff. de iniur. Belluga in ſpecul. Princi, rubri. 30. Cancer 1. par. variat. cap. 13. num. 236. Raudenſ. deciſione 8. nume. 2.

F gloſ. fame, in cap. diſcipulos. de conſecrat. diſtinctio. 5. c. paſce, 86. diſtinctio. cap. ſi quis propter neceſsitatẽ, de furt. Villadiego in politi. c. 5. §. 17. num. 73. Viuius deciſ. 323. num 1. & ſequ. 8, per tot. Caſane. in catha lo. glorię mundi, par 12. conſideratio. 36. verſ. Secundo modo. & in conſuetud. Burgund. rubri 1. §. 5. gloſ. penult. nume. 15. verſic. Primus ergo caſus. Sanct. Thom. 2. 2. quæſtio. 66. artic. 7. & quęſtione 32 artic. 7. Ayala de iure belli, lib. 2. cap. 5. nu. 8. Couarru. lib. 3. variar. c. 14 n. 5. & in regu. peccatũ, p. 2. §. 1. nu. 3. late Petrus Roicius deciſio. Lituanica, 3. num. 193. & ſequen. 286. & ſequenti, & 305. cum ſequen. Joſephus Gõçalez variar. quæſtionum, cap. 38. num. 44. Medicis de caſibus fortuitis, 2. p. quæſt. 4. num. 21. Camillus Gallin. de verbor. ſignific. lib. 10. cap. 28. num. 21. &

22. gloſſ. neceſsitatem, in cap. quoniam, 48. diſtinct. Sayrus in claui regia, lib. 9. cap. 14. nume. 18. & ſeq.

G gloſſ. eſurientium, in c. ſicut, 47. diſtinct. plures referens Petrus Cenedo in ſuis collectan. 1. par. collectan. 27. num. 1. Roicius vbi ſupra, num. 296. Cordub. de Lara in l. ſi quis à liberis, §. etſi impubes, nume. 37. ff. de liber. agnoſcend. Anton. de Sola in conſtitution. Sabaud. tom. 2 titu. de edict. annonæ. gloſſ. 9 num. 6. Pegadus in l. inter cętera, 2. par. §. 3. num. 7. & ſequen. de liber. & poſthum.

H l. libertas, ff. de ijs qui ſunt ſui.

I Angelus Mattheac. lib. 1. de via, & ratione iur. cap. 23. numer. 18. & 23. in quo cauendus eſt Cerdan Tallada en ſu verdadero gouierno, cap. 1. fol. 23. pag. 2. ibi, Y de la potencia del alma. & in verſiloquio, c. 4. §: 3. pag. 55.

K l. quod attinet, ff. de regul. iur. Corraſ. in l. frater à fratre, num 40. & ſequ. ff. de condicti. indebit. Tiraquel. de nobilit. cap. 6. num 4. Vacon. declaratio. 10. 12. 18. lib. 1.

L l. ſi is cum quo, 11. l. naturaliter, 13. l. ſed quod, 64. ff. de condictio. indebi. l. ſerui, 13. ff. de action. & obligation. Connanus in commenta. iuris ciuilis, libro 2. c. 3. l. ſed etſi lege, 28. §. conſuluit. & ibi notata, ff. de petitio. hæredit. & quæ notantur in l. Attilius regulus. ff. de donat.

tum est Romę, *m* in illo seruo Adrodo, cui Leo, quasi recepti beneficij memor, gratulari visus est, quanto magis admitenda erit in seruo, qui ratione præditus est; & ideo †tot sunt in donatione remuneratoria *n* singulari 26
ter diposita, sola autem obligatio antidoralis, seruicia facta, vel obsequia præstita, ad quę donatarius tenebatur, non reddunt donationē remuneratoriā, sed pura & mera donatio ac liberalitas manet. *o* Ex quā ratione Imperator † respōdit, *p* quod cum nolle, & velle pertineāt 27
ad naturalē facultatem, possit seruus domino iubēte (& vt addit Accurs.), etiā eo excoriante, nolle adire: qua etiā ratione, matrimoniū cōtrahere *q* ei est cōcessum, eademque ratione euenit, vt seruus in fuga constitutus, neque donari, neque vendi possit, quia in specie libertatis est, sicut fera, quæ ad pristinam libertatem rediisse cēsetur, postquam potestatem nostram euasit. Quę omnia, & ad deportatum, *r* & bannitum extendi possunt; qui & ciuitatem, & libertatem simul amisserunt, sed nō communem illam hominum libertatem, iure naturali primęuo inductam, super qua non est vlla humana potestas.

Quartò, fidei obseruantia, est de iure † naturali *s*: 28
nam inter mundi fluctuantes procellas, nunquam se humana fragilitas contineret, si nostris actibus, firmitas, & fides non adesset: hæc enim fides, inter socios amicitiam seruat; hęc dominis, pura mente famulatur; hęc supernæ maiestati, reuerentiam piæ credulitatis impendit; ac denique, omne quod viuitur, incommutabilis fidei est, quę cordi est similis, quod tantillum vulneratum, extinguitur: atque ita graue hominibus excidium est fidem fallere, fallitur autem, quando aliter dicitur, & aliter fit: vnde ethimologia eius sumpta, *t* quasi fiat dictum, aliàs sine operibus mortua est. *u* Si enim interrogaris, si credis, & respōdeas, credo; dicam tibi, fac igitur quod dicis, & fidem seruabis. Hæc enim (vt inquit Tulius *x*) fundamentum est iustitię, & quia tenaciter à Romanis seruata fuit, omnes propè gentes sunt dominati, cùm nulla res vehementius

Rempu-

M Aulus Gelius lib 5. noctium Atticarum, cap. 14. Tapia de vera hominis nobilitate, pag. 198. colum. 2. versic. Nam si nulla bellua. Casaneus in catalogo glor. mundi. p. 12. consideratio, 53. p. 288, colu. 1.

N Ias. in l. si non sortem, § libertus, ff. de condict. indebi. Camillus in addition. ad Bellugam. in rubri. 9. verbo, Benemeritis.

O Ripa in l. fin. quæst 14. in fin. de reuocand. donation. Bald. & moderni in l filio, C. familię herciscū dæ. Ias. in l. si donatione, num. 3. C. de collatio. Ioānes Franciscus a Ponte consil. 59. num. 15. & sequen

P in l. 3. vbi gloss. potuit, C. de hæredib us instituendis.

Q c. 1. de coniu. seruor.

R l. 1. §. fin ff. de bonorum possess. contra tabul. Doctores in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthu. l. cum pater, §. hæreditatem, de legat. 2. l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebelli.

S l. 1. de pact. l. naturales, 9. ff. de action. & obligat. l. Stichum, 95. §. naturalis, ff. de solut. l. cum amplius, §. is natura. de regu. iur.

T post Ciceronem tradit Federic. Scot. in commentar. ad legem 1. num. 216 ff. si cert. petat.

V epistol. B. Iacobi, c 2.

cum cõcorda.per Couar.li.3.variã.c.5.n.6.Anto.Gom.in l.45 Tau.n.111.Marsi.singu.412.Canalli.millelo qui.900.& facit text.in l.quod meo,de adquir.possess.c.cum veniissent,de restitut.spoliat. c.si diligenti, de præscript.& expendit Ias.in l generaliter,de acquiren.possess.

Y for 1.tit.de adquir.possess.obser.item ex quo,tit.de fid.instr.Moli.in reperto.verb.possessio, vers.1.vbi Portol. Z in l 1.notab.1.C.commun.delegat.Aretin.in l.1.n.23.ff.de adquir.possess. cum aliis multis relatis per Anton.Gabr.commun.conclus.lib.5.tit de adquir.possess. conclus.9.n.4. versi. Amplia.Tiraquel in tract.le mort saisit le vif,in prefatione,declaratione 6,num.1. & sequen.

A l.1. l.3.in princip.l.cum hæredes,23.ff.de adquir.possess.l ea quæ ciuiliter.ff de adquir. rer. domin.

B for.2 vezes.30.titu, de apprehensio. cui adde Couar.lib.3.variar.c.5.n.6. Honded.cons.18.n.15.17. volu.2.Costa de facti scient.& ignoran.centur.2.distinct.62.n.15.& seq Gail lib.2.obseruatio,152.n.18. & Grebe.ad eum,lib.2.conclus.129.n.22.29 & sequen.Magon.decis.Florenti.39.n.10. Ioannes Franciscus à Ponte cons.20.per tot.Sesse 1.par.decis.67.per tot. Cancer 3.par.variar.cap.14,num.5.

C l. raptores, in fin. ibi, Plenissima possessio,C.deEpiscop.& Cleric.

D Tiraq.

post obitum defuncti, ante illam à tertio factam apprehensionem, possessionẽ acquisierit, quod Galli saysitum fuisse appellant, d hoc est ex mortuo transiisse possessionem in hæredem viuum, ita vt possessio nullo vnquam tempore vacua fuerit; atque ita, qui eam non vacantem occupauit, iure possidẽtem spoliat: & ideo non solũ retinendæ, respectu ciuilis per forum, sine dubio translatæ, sed etiam adipiscendæ, respectu detentationis existentis penes aliũ, interdictum competit. Neque admittenda est
53 opinio asserentium, e saltim sine causa, † & pro libito volũtatis, posse Principem auferre dominium ab eo, qui illud acquisiuit, eiusdẽ Principis facto, & ex cõtractu cũ eo celebrato, quia nõ minorem, sed maiorem debet habere firmitatem, & prærogatiuã, & magis irreuocabilis est contractus cum Principe initus, f & dominium ex eo quæsitũ irresolubile, cùm maior & firmior in Principe, quàm in aliis fides splendere debeat; vno tamẽ casu, posset eorum opinio verificari, si Princeps transtulisset dominium in aliquẽ, cum hoc, quod posset arbitrio suo illud auferre. Tunc enim cum acquirẽs, illud acquisierit subiectũ resolutioni pro libito volũtatis, Princeps nõ faciet g ei iniuriam auferẽdo, nec poterit acclamare dicendo sibi iniuriã inferri. Neque etiã eorum est amplectenda sententia, qui asserũt, indirecte posse Principem auferre bona subditorũ, moderãdo iurisdictionẽ † magistratuũ, h vt in tali casu, & causa, ius nõ reddãt petẽtib⁹, hoc enim statuẽdo, nõ ministraret iustitiã, ad quod ex officio tenetur. i Et quod vna via non cõceditur, k alia nõ debet licere. Hoc tamen casu iudices excusabũtur, in denegãdo audientiã, & authoritatem suam, non interponendo, ad tollendam iniuriam, consuetudine, vel lege hoc permittente. Quæ, quamuis iniusta, & dura videatur, tamen ei parendum est ab eis, quibus non iudicandi de earum authoritate, potestate, & iustitia datur facul-

D Tiraquellus in tract. le mort saisit le vif, 1. & 2. declaratione. Guilielmus Benedictus in cap. Rainutius, verb. Et vxorem, in principio. nume. 180. & verb. Mortuo itaque testatore, el 2, num. 71. & seq. de testam.

E Bal. in l. qui se patris, colum. penult. C. vnde liber. Angel. in l Antiochiensiũ, de priuile. creditor. Paul. in dicta l. digna vox, C. de legibus. Deci. consil. 286 colum. penulti. prope fin. Aymon consil. 235. col. 3, aliis lata relatis à Petra de potestate Princip. c. 31 dubitatione principali 2. n. 26, pag. 520.

F Felinus in dicto cap. quę in Ecclesiarum, n. 55. & in c. ad audientiam, el 2 num. 4. de rescrip. Rebuf. in prax. titu. de non tollẽ. iur. quęsit. glos. 6. nu. 31, & 32. Gregorius Lopez in l. 53. glos. 6. titu. 5. parti. 5. Casane. consi 66. ver sic. Et licet sit aliqua alteratio. Curtius iuni. consil. 1. vers. Tertio aduertẽdum, Gozadi. cons. 5. n. 17. & cons. 8. n. 38. Soci. consil. 87. n. 3. Albert. Brun. cõsilior. feudal. tom. 1. cons. 1 n. 50. cum seque & cõs. 21 n. 11. cum sequen. Nicola. Festas. de collect. 4 p. c. 6. â nu. 25. cum sequen. Berous in d. c. quæ in Ecclesiarum, n. 174. Ruin. cons. 46 n. 16. lib. 1. Burla. cons. 78 n. 12. & 13. Moli. de Hispano. primoge. lib. 4 c. 3. nume. 15, 20. & seq. late Petra vbi proxime à nu. 56. cum multis sequen.

G l. Põponius, §. cũ quis, de adquir. possess. l. sin autem, ff. de pact. notat Bald. in l. omni, C. de sacro. Eccles. & Deci. in c. Ecclesia;

colum. penult. de constit. & in l. 1. col. 3. de iurisdict. omni. iudic. Aymon d. cons. 235. n. 26. & 40.

H l. 2. post princip. ff. de origin. iur Paris. consi. 1. n. 38, volum. 4. Ruin. consi. 123. vol. 3. & consi. 43. n. 4. volum. 1. Felin. in dicto cap. quæ in Ecclesiarum, num. 56.

I Casane. in consuetud Burgund. titu des justices, rubr. 1. § 6. num. 143.

k cap. cum quid, de regul. iur. in 6. c. tuæ, de procurat. Ias. in dicto §. & quid si tantum, num. 78.

facultas,sed tantum obediendi imponitur necessitas,to lerariq; patienter debet,donec ab habente potestatem abrogetur.Ex iusta tamen causa,vt putà cõtumaciæ,vel notorietatis delicti in atrocioribus, iure statui potest, quod à magistratibus audientia denegetur,vt in nostro regno, *l* in processu criminali contra absentes &contumaces eis inuitis captis,post concluſum in causa, nullus datur recursus:quod si voluntarie comparuerint,nõ audiuntur,quousque expensarum solutione,quasi in pœnam inobedientiæ,&quia vocati à iudice noluerunt intra terminũ prefixum cõparere, contumaciam purgẽt.

Ex hac dominiorum distinctione,occasionaliter eodem iure introducta sunt bella, † quæ inter inferiores, 55
& priuatim,iam Deo fauente, & propitio non adsunt; duellorumque vsus à dæmone introductus,& apud omnes gentes perquandiu obseruatus, *m* catholicorum Principum cura,sanctę matris Ecclesiæ præceptis parendo, à tota christiana Republica discessit. *n* Et merito quidem,cum inferioribus adsint magistratus,quorũ medio possunt eorum iurgia,lites, & contentiones decidi: eaque ratione dixit Imperator, *o* quod iudiciorum vigor,iurisq;publici tutela est in medio constituta, ne sibi ipsi quisquam permitere valeat vltionem,securitasq;omnibus fidelibus adsit, ne ab aliis iniuria afficiantur,cum sub protectione Principis supremi sint recepti,&admissi. Inter Principes autẽ supremos,qui superiorem non recognoscunt,neque adest in temporalibus,cui subsint, qui possint,eorũ lites,& contentiones decidere,cui parere cogantur,cum in eos(vt supra diximus)fuerint omnia,quæ iuris publici sunt,lege regia trãslata: solẽt causas,&lites,inter illos motas,armis cõmittere;&licet illi *p* videatur causa iustior,qui potẽtia superior fuit,qui aliũ vicerit,&superauerit,tamẽ bellũ,iustũ erit iudicãdũ, ex iustitia imperij,quod Princeps supremus,sit qui illud indicit, *p* in quo nõ desit authoritas,&ex iustitia causę, *q* quę non

L for.E por dar breue expedicion, titu.de proces. contr. citat.& absent.Vinius decis.11. per tot.

M vt in foris nostris sub titu.de duello. Et fuit celebre illud Vallisoleti coram Imperatore Carolo Quinto anno 1522. nostrorum conciuium Cæsaraugustanorum Petri Torrellas, & Hieronymi de Ansa; vt refert Prudentius de Sandoual Episcopus Pampilonensis,1.par. historiæ eiusdem Imperatoris,lib.11.§.8. pag.328 Claudius Coteræus de re militum, lib.3. cap.24. vbi late,sed caute legendus.

N Concil. Tridentin. sess. 25. decret. de reformat.cap.19.cap. monomachiam,2.quæst.4 Ayala de iure belli,lib.1.cap.3. per tot.Nauarra de restitutio. lib.cap.3. à num.282. cũ sequen. 292. & sequen. Medicis de diffinitionibus.2.par.diffinitio.13.numo.2.latissime per 10,cõclusiones, duelli materiã tractans,Conrad, in templo omni iudic. lib.1.c.1. §.3.versic. Decimotertio. Vinius decisio.66.num.4. & 5. Burgos de Paz in l.1. Tauri, nume. 414. & sequen. Renat. Chopin. de iurisdictione Andegraben. lib 1.titu 3.c.42. num.19. pag. 326. versicu. Gladiatorius autem. Ros. Balthas.Gomez de Amescua in tract. de potesta.in se ipsum,lib.2. c.5. num.20.& per tot. pater Molina tom.1.de iusti.tracta 2.disputatio 107.

O l. nullus,C. de iudic.

P pater Molina tom. 1.de iustitia,tracta.2. quæstione 100.& 101. Ayala de iure belli,lib.1.cap.2. nume.7.& 9.

Q Camillus Borrellus in regia Aragonum.§.1.glos.1.per tot.& de Regis catholici præstantia. cap.32. num.82.& sequen.Lelius Zechius de Principe,lib.2.cap.3. & plures relati á Rosenthal. tracta.feudal. tom.1.cap.8.declaratio.20. pag.456.

est à subditis, & militibus inquirenda, r sed iusta est, si pro defensione propria, vel rerum suarum, vel patriæ, vel pro recuperandis rebus ab eo iniustè ablatis, vel cõtra subditos rebelles, s vel contumaces, vel contra Turcas, infideles, hęreticos, & alios christianę fidei hostes, il lud indixerit. Legitima veró & iusta causa in bello caput bonæ spei est, t quæ erigit animum, virtutem, & fortitudinem excitat. Et qui pro iustitia, & ratione militat, semper ab optima spe concomitatur, vt canit Lucanus: u

Causa iubet superos melior sperare secundos.

Et Propertius: x

Frangit & tollit vires in milite causa,
Quæ nisi iusta subest, excutit arma pudor.

Requiritur etiam in eo recta intentio, vt putâ quod ad pacẽ populi sibi comissi dirigatur. Is enim salutem Reipublicę tueri debet, & ad hoc bellum conficere, vt in pace à subditis degatur. Multaque alia requisita, à nostris Doctoribus y cumulata pro iustitia belli interuenire debent.

56 Ex bellis, ne homines occiderentur, † sed caperẽtur, & seruarentur, introductę fuerunt seruitutes, quæ tamẽ quasi iure gentium christianorum, in bellis, quæ inter eos geruntur non fuerunt admissæ: ita z vt christiani à christianis capti, serui non efficiantur; cùm omnes, sub vno crucis signo militent, religioque sit vnica, Respub. vnica ipsius Dei vrbs, cuius nos omnes ciues sumus: atque ita bellum inter nos esse non potest nisi ciuile.

R cap. quid culpatur, 23. quæstio. 1. Sayrus in claui regia, lib. 1. cap. 13. nume. 40.

S Borrellus de Regis catholici præstant. cap. 32. à num. 88. cum sequen. Balençuela in defesione monitor. aduersus Ducem, & Rempublicam Venetorũ, 7. par. num. 58. 65. & sequen. per tot.

T Ioannes Botero lib. 9. de ration. stat. cap. de iustitia causæ. Lipsius lib. 1 ciuil. doctri. ca. 3. & lib. 5. cap. 3.

V l. b. 7.

X lib. 4. Elegia 6. Simancas de republi. lib. 9. c. 17 num 30.

Y Molina in dicto tracta 2. de iustit. disputa. 102 & 103. cum tribus sequẽtibus. Ayala de iure belli lib. 1. cap 2. nu. 10. in fin. versic. Prętera bellum, & num. 11. cum sequent. Iustus Lipsius politi. lib. 5. cap. 4. Petrus Binsfeldus ad titul. de iniur. & damn. dat. cap. 8. quæstio. 1. conclus. 4. & sequen. pag. 517 Guid. Pap. decis. 191. nume. 3. Gloss. in summa 23. quæstione 2. Palacios Rubios de iusta retentione regni Nauarrę, 4. p. §. 3. colum. 4. Grisostomus Isabell. Philosoph. christianæ, 2. par. tracta. 3. cap. 8. colum. 9. versic. Quantum ad secundum. pag. 429. Ludouicus Molina, tom. 1 de iustitia, tracta. 2. à disputatione 99. cum multis sequentibus. Bellarminius in controuers. christianæ fidei, tom. 5. controuers. general. 5. lib. 3. cap. 5. per tot. pag. 1341. Gregorius Lopez in l. 1. titu. 23. parti. 2. Diuus Thomas 2. 2. quæst. 40. artic. 1. Cauedo 2. par. decis. 44. num. 14 & sequen. Zauallos tom. 4. commu. quæst 906. seu fin. à nu. 117. & 134. Lucas de Pena in l. vnic. C. vt armo. vsus. Bald. consil. 439. volum. 5. Nauarra de restitutione, lib. 2. cap. 3. num. 249. Couarru. in regu. peccatum, 2. par. §. 9. á num. 1. cum sequentibus. Villadiego in forojuzgo, lib. 9. tit. 2. glos. rubricæ, num. 17. & sequen. 27. Marta de iurisdict. 1 par. cap. 39. num. 9. & sequen. Mascardus de probatio. conclusio. 168.

Z Molina dicto tracta. 2. de iustit. disputat 33. pag. 238. B. & disputatio. 117. pag. 667. A. Iosephus Gonçalez variar. quæstion. cap. 38. num. 40. Couarru. in dicta regu. peccatum, 2. par §. 11. num. 6. Boherius decis. 178. Lelius Zechi. de Princip. lib. 1. cap. 5. num. 4. pag. 90. & Petrus Vinsfeldi. de iniur. cap. 8. quæstione 2. conclusione 10. pag. 550. post Bartolum & alios in l. hostes, ff. de captiuis, Abb. & alios in cap. ficut. 3. de iureiurando. Ioannes de Terrarubea contra rebelles, tracta. 1. artic. 10. versic. Decimoseptima conclusio, fol. 93. colum. 4. Didacus Perez lib. 1. Ordinamen. titu. 12. l. 3. glos. Libremente lo tengan, versic. Hinc euenit.

§. Trigesimus primus.

Quę à iure diuino emanare dicãtur, & an sit apud Ptincipes aliqua in illis potestas ex lege regia.

SVMMARIVM.

IVs naturale dicitur, quod in lege & in Euangelio continetur; & quot fuerint diuinæ legis genera præceptorum. 1.

Ex præceptis legis antiquæ, quæ sint mortua, et quæ mortifera, & quæ in lege noua manserint. 2.

Decimæ Regibus, & Baronibus in terris sarracenorum fuerunt à Rom. Pontifi priuilegiis concessæ. 3.

Decimæ quo iure fuerunt introductæ, & in earum solutione seruanda consuetudo. 4.

Iudicialia præcepta quotuplicia essent. 5.

Moralia præcepta nec fuerũt derogata, nec ab vllo Principe derogari possunt. 6.

Ex duobus præceptis moralibus, Deus collendus, & proximus diligendus, quæ sequantur. 7. 9. & 22.

Statuto an possit induci, vt in aliquo casu in diebus feriatis possit iudicialiter procedi. 8.

Parentibus, an patriæ sit potius subueniendum cum intellectu l. post liminium. § filius, ff. de captiuis 10.

Militaris disciplina, in quo præcipue consistat, & quod authoritas & fama Principũ, multùm momenti habeat in bello. 11.

Patria in persona Principis supremi charior debet haberi quàm parentes, & filij. 12. & 16

An membra, ad cõseruationem capitis politici, bona, ac vitam periculo exponere debeãt. 13

Insigne factũ Michaelis de Barnabe de Bagenz, & suorũ descendentiũ priuilegium. 14.

Sancti Ermiuigildi pietas, & martyrium, & in eum Cæsaraugustæ deuotio, & veneratio, 15

Si D. Rex aliquid contra foros iubeat in Aragonia, quid faciendum. 17.

Furor est cũ Principe velle armis cõtẽdere. 18.

Quanta benignitate vtantur Reges in seruãdis foris & priuilegijs Aragonensibus, exemplo ostenditur. 19.

Insigniora priuilegia Aragonum quis concesserit, & confirmauerit; & quod iuramentum D. Rex & eius magistratus præstare teneantur, & quare. 20.

Princeps cogi non potest sed induci, & suaderi leges obseruare; & subditi etiam lesi debent esse fideles, & obedire suo Principi. 21

Ius diuinum à quibus, & quomodo declarari, interpretari, aut relaxari valeat. 23.

Super matrimonio carnali & spirituali, quomodo possit lex canonica disponere, & Romanus Pontifex dispensare. 24.

Dispensans sine causa an peccet, et dispensatus sit tutus in conscientia. 25.

Principes in quibus habeant ius diuinum interpretandi facultatem. 26.

Permittũtur impunè aliqua in hoc seculo, quæ in futuro punientur. 27.

§. Trigesimus primus.

A ex Beato Thoma tradit Couarru. 3. variar. c. 1. n. 5. circa med. & de spõsal. 2. p. c. 6. § 10. n. 1. & li. 4 variar. c 19. n. 2. vers. Tertia conclusio. S. Tho. 1. 2. q. 100. art. 1. & q. 108. art. 1 & 2. Azor 1. p. instirut. moral. lib. 6 cap. 1. vers. Sexto quæritur, pag. 502. Nicolaus Serarius tom. 2. opusculor. Theologicor. de legibus, art. 30. pag. 36. Vinsfeldi. de iniur. c. 1. q. 1.

VLtimó, ius naturale dicitur, quod in lege & in Euangelio cõtinetur: a eritque optima † consequẽtia, præcipitur hoc in lege Euãgelica, vel prohibetur; ergo iure naturali disponitur, exceptis jis quę circa sacramenta, 1

mẽta, & fidei articulos fuerũt à Christo Domino *b* instituta quæ sola naturali humanaquè ratione comparari nequeunt, sed vt inquit Apostolus *c* captiuandus est intellectus in obsequium Christi, sed in lege antiqua quæ in tria præceptorum genera (omissis aliis distinctionibus) *d* erat diuisa, scilicet in ceremonialia, iuditialia, & moralia, non tam necessaria deducebatur consequentia, nisi tantum respectu moralium, quia ceremonialia præcepta dicebantur illa, in quibus præcipiebatur, quibus cæremonijs cultus, honor, obsequium, & reuerentia essent Deo exhibenda, quæ quadrimembrem recipiebant distinctionem, scilicet in sacrificia, sacramen
2 ta, sacra, & obseruancias, quæ † omnia, vt inquit Beatus Paulus, *e* vmbram habebant futurorum bonorum, quę per Aduentum Domini Nostri IESV CHRISTI fuimus assequti: à quo lege noua lata, ceremonialia illa præcepta non solum fuerunt mortua, sed etiam mortifera: ita vt de nouo à Principibus supremis non possint institui, quod est intelligendum de ijs ceremonijs, quæ in figura Christi venturi fuerant introductæ, sed illæ quæ ad deuotionem, ritum sacrificiorum, & eorum ornatum pertinebant, vt erant vestes Sacerdotum, Altaria, thurificatio, decimarum, & primitiarum, solutio, oblationes, & ijs similia, quasi mixtica sint, non ad literam legis antiquę, sed ad mentem diuerso fine, post legem Euangelicam à Reipublicę Christianę Rectoribus fuerunt statuta, *f* super quibus supremus Christianę Reipubli. Prę sul libere disponit, vt circa decimarum retentionem in omnibus terris, quę à manibus Sarracenorum euellerent, priuilegium Regibus
3 Aragonum † traditur concessum *g* ab Alexandro Secundo, Vrbano Secundo, & Gregorio Septimo, sicut, & in Regno Granatensi, & Indiarum regionibus

B Concil. Trident. sess. 7. decret. de sacramen. in genere, cap. 1.

C Ad Corinth. 2. c. 10.

D De quibus per glos. in cap. 1. vbi Doctores de decim. in 6, & in cap. fin. 6. distinctio. Felin. & alij communiter in cap. translato de constitutio. & Ias. in l. 1. nume. 35. ff. si cert. petatur, Soto de iust. lib. 3 q. 1, art. 12. in fi. Gutier. lib. 2. canonica quæstio. cap. 20. nu. 12. & seq. Carol. Sigoni. de republ. Hæbreor. a lib. 2. cum alijs quinque sequentibus, Tiber. Decian. tract crimin. tom. 1. lib. 2. cap. 11. 2 nu. 3. & per tot. Couar. lib. 1 variar. cap 17. nu. 1. Azor vbi supra, lib. 6. c. 2. vers. tertio quæritur, pag. 504. Soto de iusti. & iur. lib. 2. quæst. 2. art. 2. & quæst. 5. art. 1. 2. & 4. Nicola. Serari vbi proxime, art. 70. pag. 44. Bellug. in specul. rub. 13. §. tractemus, num. 14. & B. Thom. vbi proxime, q. 99. art. 4.

E Ad Hebreos, cap. 10. in princ. P. Ludoui. Moli. de iurisdictione, tract. 5. disput. 62.

F Cap. 1. de consecratio. distin. 1. & in cap. 1. de purificat. postpart. Couar. d. cap. 17. num. 1. col. 3, Azor 1. p. institu. moral. cap. 23. vers. secundum, pag. 698.

G Bellug. in specul. rubr. 13. §. tractemus, nu. 29. & 36. Marine. Sicul. in vita Reg Petr. primi, fol. 43. col. 2. Emanu. Rodrig. 2. tom. quæst. Regular. q. 44. art. 3. vers. in alia etiam iuridica ratione, Oliua. de iur. fisc. lib. 10. cap. 13. nu. 8. & 9. Geor. Cabedo 2. p. decis. 63. pag. 168. vers. quod in quam prædicti Summi Pontifices, Beuter lib. 2. histor. cap. 8. & 9. Hieron. Zurita in annal. Aragon. lib. 2. cap. 50. Mied. in histor. Reg Iacob. lib. 1. cap. 9. Baldes de dignita. Reguum Hispan. cap. 20 a num. 25. Illesc. lib. 5. Pontifical histor. in vita Petr Primi Aragon. Reg. fol. 275. Petrus Gregor. sintagmat. iur. 2. par. lib. 17. cap. 7. num. 22. Valançuela in defensione monitor. aduers. Ducem & Senat. Reipub. Venetor. p. 3. num. 202. pag. 109. Borrellus de Regis Catholic. præstantia, cap. 59 per totum,

bus h decimæ fuerunt noſtris Regibus à Roman. Pontif. conceſſæ, & quæ in Regnis Caſtellæ, i *Tercias* appellantur. Nec non etiam Barones noſtri Regni ſuper noualibus decimas recipiunt, quod fieri licuit, dummodo miniſtris Eccleſiaſticis aliunde remanſerit, ex quo poſſint congruenter ſuſtentari, & ali, cum hoc ſolum reſpectu, & conſideratione, fuerint decimæ † iure naturali, & diuino inſtitutę; k non vero quo ad quotam, quæ lege 4
Pontificia, priuilegio, vel conſuetudine augeri, vel minui poteſt: nam in decimarum ſolutione, plurimum operatur conſuetudo: l qua ratione fuit per me & Col legas * dominis temporalibus iſtius Regni firma prouiſa, ne cogerentur decimas Eccleſiæ ſoluere, ex fundis à Sarracenis poſſeſſis, ex quibus ante eorum expulſionem, domini recipiebant; quia iſtæ decimę, priuilegijs Romanorum Pontificum, & immemoriali præſcriptione conceſſæ, iam (vt ita loquar) ſecularizatæ ſunt, atquè ita ſi quo ad eas, tam de iure, quam de facto, controuerſia fuerit agitata, illius Iudex competens m erit ſecularis, non vero Eccleſiaſticus, vt fuit ſępe in Regno apud Cancellarium competentiarum obtentum, in primitijs, quæ patrimonio vniuerſitatum, cum onere ſuſtentandi Eccleſias, ſunt incorporatę.

Iuditialia dicebantur † quę ad iuſtitiam redendam, 5
iuſquè vnicuiquè tribuendum pertinebant; quæ etiam in quadruplici erant differentia. n Primo, namquè inſtituebant Principes in ordine ad ſubditos, & ſubditos in ordine

H Couar. in pract. ca. 35. num. 2 & Azor inſtitutio moral. 1. p. lib. 7. cap. 25. verſ. tertio quæritur, pag. 708.

I Grego. Lop. in l. 22. glo ſa 1. tit. 20. parti. 1. Sarmi. de reddit. Eccleſiaſti. 4. par. cap. 2. nu. 4. & 2. p. cap. 8. num. 19. Nauar. in apolog monit. 57. num. 2. ad medi. Palaci. Rub. de donat. inter vir. §. 37. ver ſic. præterea iſta donatio. num. 13. Xuarez allegat. 28. vbi eius additionator Baldes num. 5. Auenda. de exequen. manda. 2. p. c. 4. num. 21. Couar. in d. cap. 35. num. 2. verſ. 3. Garcia de expenſ. cap. 9 num. 90. cum ſeq. 97. Soto de iuſt. & iur. lib 9. q. 7. art. 1. ver ſic. contra hoc, pag. 299. Gutierr. pract. lib. 1. q 14. num. 1. & 2. Mencha. controuerſ. illuſtri. lib. 1. q. 89 num. 6. Iacob. Pute. Roma norum Pontificum priuilegia referens. deciſ. 319. nu. 1. lib. 3. Paleot. deciſ. 665. in prin. 3. p. nouiſsi. Laſart. de decima venditio. cap. 19. ex num. 28. cum ſequen.

*In proceſ. D. Petri de la Nuça, & aliorum, ſuper iurisfirma, anno 1611.

K Ira intelligendi rex. in cap. tua, & in cap. parrochianos de decim. gloſ. verb. decimarum, quam Doctor. communiter ſequuntur in cap. 1. de decim. in 6. cap. decimæ, 16. quæſt. 6. cap. decimas, 16. q. 7. Concil. Trident. ſeſsio. 25. de reformat. c. 12. Couarr. d. cap. 17. a num. 2. cum ſequen. Soto d. q. 4. art. 1. per tot. Hojeda de benefic. incompatibilit. 1. p. cap. 23. n. 75. Borrel. cóſ. 20. num. 33. & ſequen. per tot. Decian. conſ. 22. nu. 15 & ſeq. vol. 1. Garcia de expenſ. cap 9. a num. 90. & 96. Gutier. canonic. quæſt. lib. 2. cap. 20. Didacus Perez late & eleganter lib. 1. ordinatio. tit. 5. l. 1. & ſeq.

L Cap. cum ſint homines, cap. ad Apoſtolic. cap. in quibuſdam, §. ille quippe de decim. Barboſa in l. Titia, num. 47. ff. ſolut. matrim. Mart. de iuriſdict. 2. par. cap. 43. num. 68. & ſequen. Gutier. pract. lib. 1. quęſt. 18. numer. 2. & quęſtio. 19. Auendaño de exequend. mandat. lib. 1. cap. 1. numer. 32. Quebed. deciſ. 205. 1. par.

M Caſtill. in l. 6. Taur. verb. de qualquier calidad, verſ. & quod dixi, & in l. 13. Taur. verb. veynte y quatro horas, verſ. ex quo infertur, Couarr. d. cap. 35. num. 2. Rebuf. q. 10. de decim. Cabed. deciſ. 63. nu. 4. Zeball. tom. 3. commun. q. 822. a num. 70. 89. 98. & 105. & tom 4. q. 897. a num. 636. cum ſeq. pag. 140. Laſart de gabel. cap. 19. a nu. 30. cum ſequen Fontanel. de pact. dotalibus, clauſu. 4. gloſ. 19. p. 1. a nu. 3. 8. 24. cum ſeq. & 2. p. per tot. Gutierrez practica. quæſtio. lib. 7. q. 5. nu. 20. & ſeq.

N Soto de iuſtitia. q. 6. art. 2. lib. 2. & Molina de iuriſdict. tracta. 5. diſput. 63.

ordine ad Principes. Secundo instituebant subditos interse. Tertio, in ordine ad exteras gentes. Quarto, in ordine ad domesticam familiam, quæ præcepta mortua sunt, sed non mortifera, imo potest ea Princeps supremus ad sui Principatus regimen instituere de nouo, vt est ius primogeniorum, o & similia.

6 Moralia vero † ad dictamen legis naturalis spectabant, vt quilibet virtutes exerceret, nihilquè à iure naturali alienum ageret, quæ, & quia natura fuerunt instituta, & à Christo domino in Euangelio tradita, perpetuam firmitatem obtinent, ita vt nullus Princeps, quantumuis supremus, possit illa tollere, p derogare, vel aliquid aduersus ea statuere, cum nihil lege Euangelica circa moralia præcipiatur, aut vt illicitum prohibeatur, quod iam non fuerit lege naturali dispositum. Inde fit, quod omnia Decalogi præcepta, iuris sint naturalis, 7 q cum ex illis primis principijs, † Deus est colendus, proximus vero diligendus, necessaria consequentia deducantur; verbi gratia: Si Deus est colendus, ergo nomen eius non est peierandum, quia contemptum, & irreuerentiam Dei importat, eum in falsitatis, & mendacij testem adducere, siue sit falsum ex parte iurati, siue iurantis, aut vtriusque. Secundo, ex eodem principio recte sequitur, ergo aliqui dies in honorē Dei sunt sanctificandi, r in quibus, à seruilibus operibus abstinētes, & à prophanis seculi curis vacantes, solum cultui Dei vacemus, diemquè in eius obsequium expendamus, vt fuerunt illi fasti, & nefasti dies, à Numa additi, quibus fas non erat ius dicere, nec aliquem condemnare, aut in ius vocare; sed vt inquit Imperator, *ſ Præconis horrida vox fileſcat*, & ex Ouidio, t annotauit Petrus Gregorius, u minusquè permissum, ferijs Saturnalibus, latinisuè agere, aut bellum mouere; non tamen necessario sequitur, quod omnis iudicij strepitus, in omni casu, & causa debeat conquiescere (vt infra dicemus) nec quod cultus sit exhibendus ijs ceremonijs, ijs vestibus, ijs actibus, ijs diebus, quia hoc lege humana, à supre-

O Tiraquel. de iur. primo gen. q. 21. numer. 5. & per tot. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 9. num. 4. tex. in cap. licet, vbi Doctor. de voto.

P Conrad. in templ. omni. iudic. lib. 2. cap. 1. §. 4. vers. Tertio, num. 10. cum sequent. & vers. decimo, per tot. Laurenci. de Pinu cons. 2. num. 9. & 10. Paris. consil. 68. volu. 4. Gozadin. consil. 51. & Socin. Iun. consil. 140. volum. 2.

Q Cap. fin. §. is itaque 6. distin. de vno quoque eorum late differentes, Foller. in praxi. censual. verb. Nicolaus, a num. 36. cum sequen. Gregor. Sayrus in sua claui Regia, & Azor in suis institution. moral. latissime.

R Petr. de Bollo in æconomi. Canonic. 3. classi, cap. 5. §. 5. abusu 4. Couarru. lib. 4. variar. cap. 14. Foller. in d. verb. Nicolaus, a num. 134. Azor 1. par. institutio. moral. lib. 6. capit. 31. pag. 538. & sequen.

S l. 1. ibi, vt præconis horridavox fileſcat, C. de fer. & in cap. 1. eod. tit.

T Lib. 1. fastor. versu. 45.

V In prælud. optimi iure Consulti, lib. 4. cap. 6. Alexand. ab Alexan. dierum Gennial. lib. 4. cap. 20. versic. comparendi, & versic. fasti dies, pagin. 575. vbi scholia Tiraquel. Bude. in annotati. ad tit. de in diē adiectione, pag. 572. ver. fasti dies, Casane. in consuet. Burgun. rubr. 1. §. 8. ver. & iour, Ioan. Rosin. antiquit. Romanar. lib. 4. c. 2. & 3. & sequen. Sigon. de iudic. lib. 1. c. 7. vers. dierum, p. 409. Polidor. Virgil. de inuentor. rer. lib. 6. cap. 7.

suprema Ecclesiastica potestate oportuit institui: x quia cum hæc à iure naturę originem non trahant, pro temporum varietate illa mutare licuit, & statuto † induci, 8
y vt in criminalibus possit etiam diebus feriatis in honorem Dei procedere, cum ius positiuum possit ex causa, hoc ius diuinum z limitare, moderare, & distinguere. Similiter ex illo principio † proximus est diligendus, se- 9
quitur & necessario, ergo parentibus, & patrię parendum est, cisquè in necessitatibus subueniendum, reuerentia, ac obsequium pręstandum (quæ pietas dicitur) estquè primum ac proximum mandatum iuris naturalis, post religionem Dei, vt pręsensit I. C. a qui licet † 10
obedientiam parentum ordine scripturæ, patrię obedientiæ prætulerit, hoc fuit, quia obedientia parentum est antiquior, non vero ex eo, b quod sit magis debita, quia vt inquit Seneca, c *Si sanis hominibus publica priuatis potiora sunt, sequitur, vt ijs quoque charior sit, in quem se respublica conuertit*, cui interpretationi non obstat, quod I. C. d Paulus dicebat, *Disciplinam castrorum parentibus Romanis antiquiorem fuisse, charitate liberorum*, quia debet intelligi cum Accursio, de patria potestate, vel vt annotauit Budęus, quod potior & venerabilior sit, quod responsum ex Manlio Torquato dessumptum fuit, qui secundum Liuium, e filium, quia non iussu suo, sed sua sponte progessus, hostem prouocantem vicerat, gloriosam victoriam, & speciosa spolia deferentem, lictoribus dedit, & occidi iussit, f magis enim voluit filio carere, quam disciplinam militarem in aliquo corrumpere, ad quam conseruandam Romani, g grauiter in milites animaduertebant, quæ maxime † consistit h in obedien- 11
tia militum Ducibus, & Ducum Principi supremo, ex vulgato iudicio Ciceronis, cui cum explorator Pompeij exercitum numerosiorem esse retulisset, sed Cęsaris obedientiorem, statim Cæsari victoriam adiudicauit. Vnde Æneas suis militibus pręcepit, ne se inscio, vel absen-

X Nauar. in manua. c. 13. in princip. & Fontane. de pact. dotal clau. 4. glos. 10 p. 1. nu. 121.

Y Decian. in tract. crimi. lib. 2. cap. 34. nu. 15. Francisc. Marc p. 1. decis. 519. num. 15. Marant. de ordi. iudici. p. 4. distinct. 16. nu. 87 & sequen.

Z Gracian. decis. 144. nu. 11. & decis. 21. num. 5. Lancelot. de attentat. p. 1. in præfatione num. 68. Mauro Burg. de mod proced. ex arrupto centur. 1. q. 25 num. 4. & sequen.

A l. veluti, ff. de iust. & iure, l. 1. ff. de obseq. à liber. & in l. si quis, §. si vel parens, ff. de liber. agnosc.

B Vt considerat Casane. in cathalog. glor. muud. 5 par. conside. 24. nu 117.

C Libr. 1. de clementia, cap. 4.

D In l. post liminum, §. filius, ff. de captiu. Ayala de iur bell. lib. 3. cap. 10. n. 6. Didacus Perez lib. 4. ordinatio. tit. 3. l. 1. glos. que de nos tienen tierras, pagin. 803.

E Lib. 8. decada 1. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 2. Aul. Gelli. nocti. Atticar. lib. 9. cap. 13. Cermenat. in rapsodia, cap. 21. vers. prætereo. Manli Torquati seuerum facinus, Vinand. Pigius in annalib. magistra. Romanor. lib. 4. pag. 309. Petr. Brodi. rer. iudic. lib. 10. tit. 4. cap. 14.

F l. 3. §. iu bello, ff. de re milita. Mencha. controue. illustri. lib. 1. cap. 5. nu 7. & 8. Cremen. singu. 151. Gail de pac. publi. lib. 1. cap. 4. num. 26. & seq. Beatus Augustin. lib. 1. de ciuitate Dei cap. 23. ibi, nã si cũ filium, vbi annot. Ludouici Viues, Ayala de iur. bell. lib. 3. cap. 1. nu. 4. Borrel. ad Bellug. rub. 11. §. postquam, verb. se prius.

G Rosin, antiquita. Romana. lib. 10. cap. 25.

H Guerrero in specul. iur. cap. 47. num. 21. & sequen. Petr. Brodi. rer. Iudic. lib. 10. tit. 4. cap. 15. & sequen. Legatus Caroli Paschali, cap. 56.

absente quidquam contra hostem attentarent, vt canit Virgilius, *i* his verbis.

Namq; ita discedens præceperat optimus armis
Æneas, si qua interea fortuna fuisset, ne struere
Auderent aciem, neu credere campo,
Castra modo, & tutos seruarent aggere muros.

Quo Manliano Imperio, & hodie aliquando Principes vtuntur contra Duces belli (qui eorum auctoritatem, & opinionem ac famam, qua bella dicebat Cæsar plurimum confici, & in qua maxime eorum maiestas consistit, *k* cum sit natura datum, vt Imperia magis opinione hominum, quam rebus ipsis gubernentur) fortunæ cõtra eorum, iussum, & ordinem ab eis datum exponũt licet hostes vicerint, & superauerint. *l* Ducibus tamen aliquando non tam coarctanda esset potestas, sed latior manus concedi deberet, vt ex causa liceret mandata transgredi, cum occasio sit anima actionum, & rerum omnium bene gerendarum mater, & præsertim in bellis semel neglecta, non nisi summis discriminibus recuperetur. *m* Cuius nomine cecinit Ausonius. *n*

Occipiti caluo est ne tenear fugiens,

Nam postquam semel effugerit, nunquam amplius reuertitur, & ideo contigit sepe, id quod de Romanis dicebat Liuius, *o* quod dum tempus terebant legationibus mittendis, Saguntum spoliabatur; ideoq; transgresso mandato, ex noua, iusta, & superuenienti causa, si non tẽpus consulendi Principem adfuerit, non Manliano Imperio, & iuris rigore vtendum est; cum procuratori generali, ex causa quam dominus ignorabat, liceat *p* iure fines mandati excedere, & ea, quæ sibi à domino specialiter erant cõmissa mutare. Quæ omnia, maxime pro legatis, oratoribus, & commissarijs Princi-
12 pum notanda sunt: tantopere autem patriæ † parendum est, vt dixerit I. C. *q* *Licere pro ea, & liberos & parentes*

I Sexto Æneidos.
K Pluribus comprobans Luys Valle de la Cerda, en sus auisos en materia de estado, consideratione 10. pag. 56. cum sequen. Mariana lib. 1. cap. 3. pag. 40. D. Didacus de Mendoça in epistola ad Imperatorem Carolum Quintum, relata per Prudentium de Sandoual, 2. par. historiæ eiusdem Imperatoris, lib. 25. §. 30. pag. 227. Ianus Gruterus in Cornel. Tacit. lib. de moribus Germ. pag. 63. & sequent. in illa verba, & ipsa plerumque fama bella profligant.

L dict. § in bello. Hippolit. in l. qui falsam, nu 57. ff. de fals. Guillelm. Benedict. in d. cap. Rainutius, verb. in eodem testamento, el 2. num. 70. Casaneus in cathalago glor. mund. par. 9. consideratio. 34 Cabedo decis. 87. per tot. par. 2.

M Pluribus notis, & exemplis exornans Ioannes Chokier in thesauro aphorismorum politicor. lib. 3. cap. 21.

N Epigrammate 12. in simulachrum occasionis, & pœnitentiæ, pag. 17.

O Dechad. 3. lib. 1. Bartholo, Philippus in tract. del consejo y consejeros, discurs. primo, §. 11. Luys Valle de la Cerda, vbi proxime, fol. 15. Perrus de Ribadeneyra en la institucion del Principe Christiano, lib. 2. cap. 21. vers. No es menos regla, pag. 450.

P l. si hominem 30. ff. mãda. Iaff. in l. non solum, §. morte, num. 17. ff. de nou. oper. nuntia. Ayala de

iur. bell. lib. 3. cap. 1. num. 5. Legatus Caroli Paschali, cap. 57. per tot.

Q l. minime 35. ff. de religios. l. qui cum vno, §. qui filium, ibi. vel a patre postea exhibitus, ff de re milita. Prosper Farina. de indic. & tortu, quæst. 51. num. 83. & in pulchro casu Rippa de peste, de remed. conseruati. contra pest. 2. par. num. 248. & 250. Ayala de iur' bell. & discipli. milit. lib. 2. cap. 1. num. 12. Petr. Roici. decis. Lituani. 3. num. 435. & sequen. Camil. Gallini. de verb. signif. lib. 10. cap. 16. a num. 3. cum sequen.

quen. vsq; ad 14. Ioan. de Neuizan. inter consil. feuda, Brun. cons. 12. a nu. 1. cum tribus sequent. Durand. Casel 2. vari, cap. 3. Tiberi. Decian. lib. 9. cap. 15. nu. 9. & 10. Solorzano de crim parricidij lib. 2. cap. 4. pag. 122. Schraderus tracta. fendalis. par. 9. cap. 3. nume. 40. & 43. pag. 332.

R Connan. lib. 7. commentar. iur. cap. 11. num. 4. pag. 77. Petrus Gregor. sintax. art. mirabil. lib. 36. cap. 32.

S Iacob. Falcon epigrammate 86. fol. 24. Solorzano vbi proxime lib. 2. capit. 16 in fine, pag. 187. ex quo improbandus est Petrus Faber 3. semestri. cap. 8. pag. 115. & capit. 16. pag. 227. in margin.

T Officiorum lib. 3.

V Valer. Maxim. lib 5. cap. 6. Ayala de iur. bell. lib. 1. cap. 2. num 21. & 22 Forcatul. in commentar. ad dict. l. veluti, num. 10. Borrel. in addition. ad Bellug rubric. 46. vers. sunt, & alia munera, nu. 8. verb. defendere patriam, Conrad. in templ. omn. iudi. lib. 1. cap. 1. §. 4. vers. vigesimo septimo, num. 23. Solorzano vbi supra. lib. 2. cap. 2.

X In can. que contra, 8. distinct.

Y Castro de potesta. leg. penal. lib. 1. cap. 1. pag. 12 ibi, nam in corpore humano, Ayala de iure belli lib. 1. cap. 2. num. 26. versi. quemadmodum enim, Gomez a Mesqua in tracta de potestat. in se ipsum, lib. 2. cap. 2. numer. 6 & 16. & cap. 3. num. 5 & 6.

rentes occidere. Exemplo Bruti, qui Titum & Tiberium eius filios, patriæ proditores, virgis cędi, & securi percuti iussit, *r* documento futurus posteris, quantum patriæ charitas, amore filiorum præponderet, & extat illud, Christiano ac prudenti Principe dignum exemplum, in cuius filij personam cecinit Poeta Valentinus. *s*

Ante diem perij, poßuique in carcere vitam,
(Magnum patris opus) ne mecum cuncta perirent.

Patriæ vero parendum est, in persona illius, qui ei principaliter præest, tanquam caput ipsius supremum: amicitia namquè politica, principalius respicit Principem Ciuitatis, à quo totum bonum commune patriæ dependet, cui maxime debetur obedientia à ciuibus, cum Princeps & Respub. Idem sint: ideoquè sicut patria, ita & Princeps magis diligi debet, quam pater, vel filius, & vt inquit Cicero: *t Si pater patriam prodere conabitur, accusabit filius, & patriæ salutem, & eius maiestatem, saluti patris anteponet*, illa enim, quæ Deorum numinibus æquatur, auctoritas parentum, maiestati patriæ, vires subijcit suas *u*. Vnde Diuus Augustinus *x* inquit: *Genera le pactum esse societatis humanæ, obedire Regibus*, Quod consistit, in vnitate voluntatis subditi, cum voluntate Regis, in affectu, & effectu, ita vt diligat, quod ipse amat, & odio prosequatur, quod ipse odit, vt etsi oportuerit bona, † & vitam periculo exponat, *y* pro conseruatione capitis, & recuperatione bonorum eius, quæ ad conseruationem, & defensionem patriæ subordinatur: in quo laudatur prudentia serpentum, quia vt dicebat Horatius. 13

Dulce & decorum est pro patria mori,
Nec sapiens vllum pro Repub. vitabit periculum.

Quia omnis actus positiuus, & affirmatiuus, qui mortem necessario, & infalibiliter non infert, si in aliquem finem iustum, & sufficienter bonum dirigatur, tametsi ex accidenti morti sit proximus, & periculum maximum contineat, licitus esse potest, & merito-

rirorius: g provt est in bello pro Republica exponere vitam, & intrepide tormenta sulphurea nō perhorrescere, periculosioriq́ue loco pugnæ se cōmittere; nam pro Republica, & Rege, quilibet vassallus vitam suam, cuiuis maximo, & vrgentissimo periculo, tenetur opponere a, intentione, & spe euadendi, si potest, quia tunc nō vult, nec intendit b propriam mortē, sed iustū, & bonū finem, hoc est conseruationē salutis Reipublicę, sui Principisq; quo casu, se, & suos, laudabiliter periculo mortis exponeret, c cum bonum cōmune, sit proprio præferendum; actus verō negatiuus, qui naturaliter, & necessario non infert mortē, sed est morti valde proximus, vt se nō defendere, à carcere nō fugere, qui manēs occidendus est, propter aliquē iustum finem, & bonum virtutis erit licitus: d vt si miles nolens fugere, neque statione m deserere, & potius permitteret se occidi, e vel si castri custos & si fame, & igne periret, nollet castrum inimicis tradere, vt fecit ille noster Aragonensis † vocatus Michael de
14 Bernabe f in loco de Bagena: qui, cùm esset arcis præfectus, noluit illius claues Regi Castellę tradere, & maluit cum eis, fidelis suo Rege omnes eius posteri per vtrūque sexum descendentes, acceperunt, quo & hodie
15 fruuntur. Hūc actum negatiuū fecit S. Ermenegildus, † qui, cum à patre Leouigildo, Arriano, & feroci Ecclesię hoste, esset obsessus, nonq́ue putaret equum, vltima manu cum patre congredi, & se in periculo eum occidendi constituere (forte spiritu diuino præsciens) quod in extremo vitæ pœnitēs, catholicus erat moriturus, potius elegit à patre capi, quàm victoriam consequi: & ita captus carcere inclusus, securi cerebro percusso, naturæ debitū persoluit, & cœleste regnū Rex & Martyr adeptus est: g in cui⁹ sanctissimę animę exitu, circa ei⁹ corpus Angelici cātus auditi fuere, lucētesq; lāpades vissę, cuius solem-

Z Couar. lib. 1. variar. c. 18. n. 8. Soto lib. 5. de iust. & & iur. q. 1. art. 6. ad 1. Aragō 2. 2. q. 64. art. 5. ad 3. & ibi Salō de pace, cōtrouers. 1. ad 5. & q. 69. art. 4. controuers. vlti. conclu. 1 Bañes d. q. 64. art. 5. dubitatio. 1. ad 2. Grego de Valent. 3. tom. disputa. 5. q. 8 pūcto 2. in parte de occisione sui ipsius. ad 2. & 3. argumentū. Nauarra de restitutio. lib. 2. c. 3. n. 64. & 72. Nauar. in manua. c. 17. n. 87. Simancas in catho. institution. titu. 18. nu. 30. Ioan. de Lignan. in tract. de bello, cap. 83. habetur 26. volu. tractatuum glos. & DD. in c. nerui testiculorum, 13. distin. glos. 1. Anton. de Butri. n. 6. Hostiens. n. 2. Ioan. Andr. 5. Anchar ra. n. 2. in c. ex parte, el 2. de sepultur. Gomezi. de Amescua de potest. in scipt. lib. 2. c. 1. n. 6. & d. c. 2. nume. 16. & c. 3. n. 5. & c. 6. nume. 7. & 8.

A Couar. vbi sup. n. 10. & Soto concl. 3 in fin. Memcha. controuers. illustr. c. 11 n. 30. & c. 31. nu. 12. Plaça de delict. c. 23. n. 7. & facit l. 9. tit. 9. & l. 3. tit. 29. parti 2. & l. 4. titu 24 parti. 4.

B c. de occidendis, 23. q. 5.

C S. Tho. 2. 2. q. 32. art. 6.

D Aragō 2. 2. q. 64. art. 5. ad 3. Salon ibidem, q. 69. art. 4. controue. 4. concl 1. Nauar. in d. c. 3. n. 29. & Sāctus Thom. 3. p. q. 47. art. 1 & alij multi relati per Gomezi. 1 Mescua d. c. 1. n. 14.

E l. 6. titu. 18. parti. 2. & l. 2. eod. titu. l. 8. titu. 17. parti. 4.

F Zurita tom. 2. lib. 9. annaliū, cap. 44. anni 1363. tempore Regis Petri Quarti. Martinez del Villar in

appendice de innata regni Aragonum fidelitate, §. 4. p. 168. G cœpit, 24. q. 1. Cæsar Baroni. 7. tom. annali. anno 584. fol. 608. Morales lib. 11. c. 64. cum tribus seqq. Baleus anno 584. Mariana lib. 5. histor. c. 12. & 13. Rode. Sāci. lib. 2. c. 14. Gregor. Turonens. li. 5. c. 38. & li. 6. c. 43. & li. 8. c. 28. & 46. Valera 3. p. c. 19 Valdes de dign. Reg. Hispa. c. 9. n. 65. Moral. d. li. 11. c. 71. Vaseus anno 568. Ioann. Magn. hist. Gottor. lib. 16. c. 9. Anto. Augus. en sus medallas, dialog. 8. p. 334. vers. anno 568. Borrel. de Rēg. catho. præstic. 72. n. 9 & 10. & c. 83. n. 11.

solemnitatẽ, nostra Sedes Cæsarauguſtana, die 13. Aprilis celebrat, eiusque reliquias sũma cum veneratione, & deuotione veneratur. Nõ ergo vere dicere possumus, † 16
rectè nos erga patriã, & Rẽpublicam gerere, si eius capiti, debita nõ præstemus obsequia, cũ in eo tota sit Reipublicæ salus, & vita cõstituta: vnde, cum in nostro regno (vt supra diximus) caput sit Rex; eius præceptis omnino parẽdum erit, quæ si nimis dura, & cõtra leges regni † emanasse videantur (quamuis communiter nostri tenuerint 17
secundum Molinum, *h* quod omnis contra forus est nullitas), tamen non licet ea irreuerenter, & propria authoritate reluctare, sed supersedere *i* in exequendo, quasi voluntas talia præcipiendi, propter iuramentũ, & fidem præstitam deficiat, ad magistratum que, qui eius nomine præest recurrendo tanquam ad scutum, non tãquam ad gladium, vt debitis iuris remediis talia mandata tẽperet, & contra leges regni emanasse, certiorem Regem faciat, cuius clementiæ fidendũ est reuocaturũ, quæ forsam falsa aliquorũ suggestione circũuentus præcepit, quo casu locũ habet supplicatio, aliàs de foro prohibita, *k* quia non est appellatio, quæ suspẽdat iudicatum, nec deuoluat causam ad superiorẽ, sed prouocatur Rex, vt negotiũ diligentius examinet, quod in quouis Principe, *l* quantũuis supremo, procedit, & locum habet; quia tunc potius dicitur prouocari aduersus errorẽ, imperitiã, vel dolum malè informantis, quàm aduersus sententiã, vel præceptum Principis; quod si, certior factus reuocare renuerit, quod non est credendum, nec præsumendum, Deus in cuius manu, eius cor est, & quocumque voluerit illud inclinat, erit orandus, *m* quem solum malè gestorum habet vltorẽ; furor nãque esset † cum Principe supremo 18
velle contendere, vt fecerunt illi, qui priuilegio vnionis freti *n* debellantes, ac cum Rege cõtendentes fuerunt iuxta villam de Epila superati, & victi, vt tamen omnia † à benignitate, & clementia Regum pendere, *nec* 19

idem

H in reportor. fororum, verbo, Nullitis. versiculo, Nullitatis exceptio, in fin. cui adde Marantam in sua disputatione 1. n. 37. Cancer lib. 2. variarum, cap. 5 n. 57. & 59.

I cap. si quando, de rescript. Parladorus lib. 2. rerum quotidianar. 1. par. cap. fin. §. 7. num. 12. forus vnicus in fin. ibi, Aunque pornos del contrario ayan mandamiento, tit. de prothonotariis.

k obseruant item supplicatio, titu. de appellat. Molina in reportorio fororum, verb. Supplicatio. & verb. litera domini Regis, versic. 1. & 2. Bardaxi in foro vnico, tit. de his quę dominus Rex, nume. 9, fol. 49. colum. 3. c. viduũm, versic. Siquidem, 2. quæstio. 2. Romanus consil. 521. Rebuffus in l. quod iussit, 21 nota. nume. 52. ff. de re iudicata. Carpanus ad statut. Mediolan. titu. de appellat. cap 2. fol. 49. Cephalus consil. 185. num. 4. Ruginell. de appellat. §. 2. c. 2. per totum, cum aliis relatis per Garci. de Mastril. dec. 151. Siciliæ 32. n. 3. & 4 lib 1.

L *l.* 1, §. quæsitum, ff. de appellatio. l 1. C. de relatio. Martinus Laudens. in tractatu de Principe, quæstione 42 & 389. Albanus de potestate Papæ, 2. par. num. 80. Rebuffus ad cõstitution. Gallic. tom. 1, de supplication. quæstione 8 & 9. num. 45. Iacobaci. de conciliis lib. 10. artic. 1. num. 59 & 60. Ferrariens. lib. 4. titu. de supplicandi vsu, cap. 1. Ioannes de Neuizan, inter cõsilia Bruni, consil. 12. versicu. Quarta principalis facit text. in cap. tum ex literis, vbi Abb. num. 2 & alij, de in integrum restitutio. cap. ad Apostolicæ, de rescript. in 6. & in Authentico de nupti. in princip. collatio. 4.

M Bardaxi vbi proxime, & in for. 4. num. 5. in fin. tit. de offic. Cancellar.

N Hieronym. Zurita tom. 2. lib. 8. annal. cap. 29. & 32.

idem esse (vt dicebat Cęsar) *armorum, & legum tempus*, agnoscerent, cum nostri Reges, vt inquit Propertius, o de Romanis.

Quanto ferro, tanto pietate potentes
Stant: victrices temperat illa manus.

Mox Cæsar augustæ conuentibus accersitis anno Domini 1348. (quod Rei publicæ calamitatibus, & dānis optimū est medēdi remediū) reuocatis vnio
20 nis priuilegiis, p priuilegiū generale, † aliaq; nostri regni insigniora priuilegia; quibus nunc fruimur magnanimū se victis ostendens cōfirmauit, authoritatemq; iustitię Aragonū Magistratus adauxit, & firmiorē, ac maiorem stabiliuit, iuramentoque promisit seruare omnes foros, priuilegia, libertates; vsus, & consuetudines regni Aragonum in perpetuumq; statuit, vt eius successores, primogenitus regni gubernator, eorumque vices gerentes, ac cęteri officiales teneātur iurare ante omnia, certamq; iurandi formā foro conscripsit, q addēs vinculo reali, quod ex iuramēto prędecessorum fuit ortum, vinculū personale ex proprio, r quod & propē in omnibus Regibus, & Principibus seruatur, vt die eorum inaugurationis, leges, & mores maiorū iurare consueuerint; optima quidem ratione, vt sit aliquod vinculum religionis, quo impediantur facile admittere susurrationes adulatorū de soluta illorū potestate, quod &iam olim populus Romanus ante imperiū in Principes lege regia translatū, proprias iurare leges pro more habuit. Sacramenti namq; religio saltim præstabit, vt metu diuini numinis cohibeantur, qui potentiæ libertate accensi, quo appetitus ducit, facilius inclinant; necnon etiā statuit, quod priuilegiū generale Aragonū à Petro Tertio, vulgo (vt Alexāder) magni titulo cōdecorato, cōcessū, s & eius declaratio à Iacobo Secūdo facta, quod sint fori, & pro foris habeātur statuit: Libertates namque regni, in moderatione, & prudētia positæ sunt, nō in pertinacia, & præcipiti cōsilio, nec furore: quin tantopere à bellico tumultu, atq; populi iudiciis abhorrent, vt quę à maioribus bello partę fuerunt, minimè bello retētas fuisse videamus, sed libētius in clementia Regum, ac ciuilium legū præsidiis conquieuisse. Modis ergo licitis,
21 & honestis inducendus † est Rex, & suadendus verbis placidis ad iustitiam seruandam, & ea faciendum, quę pro bono regni facere tenetur, non tamen cogendus

O lib. 3. elegia. de Rom. laudibus.

P for. vni. tit. de prohibi. vnion. cassation. & reuocatio. ipsius anni 1348. Zurita vbi proxime, c. 32. Blancas in cōmēta. rerū Aragonensiū. p. 472. 473. & sequen.

Q for. vni. tit. quod priui leg. gener. & declaratio ipsius sint fori. & for. vni. titu. coram quibus D. Rex, & eius locumtenēs, & primogenitus iurare tenētur. & in for. vni. titu. de his quæ D. Rex, fol. 14. for 1. titu. de iuramento præstando, fo. 38. cui adde Iacob. Cancer. 3 par. variar. c. 13 n. 124. & seq. Georg. Cabedo decis. 3. num. 5. volum 2.

R Guilliel. Benedict. in c. Rainutius verb. Duas habens filias, nu. 277. & seq. de testam. & facit illud Paralipome. 2. c. 23. ibi, Eduxerunt filiū Regis, &c. Nauar. in manuali, c. 25. nu. 6 Ioan. Choki aphorismorū politicor. lib. 2. c. 2. p. 72. in fin.

S vnde falsō inscribitur priuilegiū generale Petro Primo, Zurita tom. 1. lib. 4 annalium, c. 38. in fin.

dus,quia delicatiorem Reges habent palatũ; t & quidquid illis traditur,mellelitũ tradere oportet;nec ex quacũque causa aduersus eius honorẽ,statum,maiestatẽ,pacẽ, vnitatẽ, & tranquillitatem regni est aliquid moliendũ,si tanquã lesę maiestatis criminis rei,proditorum, & rebelliũ pœnas cupiunt euadere,cum non sit habendus fidelis subditus,qui subjici nequit, etiam à Principe lęsus: Imó, vt inquit Seneca, optimis ciuibus,& fidelibus subditis expedit iniurias Principum dissimulare;nõ omnia Regum facta,&gesta ad iniuriam recipere;qui enim vult esse quietus,non sit ad maiorũ vindictam curiosus: maxime enim (vt inquit Bald. u) bonũ obediẽtię sentitur, vbi discolis dominis flexis genibus obeditur,potentiorum enim iniurias,hilari vultu non patienter tantum ferendas; quia vt inquit Seneca: x

Nobile vincendi genus est patientia: Vincit
T foro, item las honores de Aragon, cum quatuor ſequentib. titu. priuilegiũ generale Aragonum. foro 2. titu. de Gaualleriis, for. vnic. tit. de diminutione caualleriarũ. foro vnico, titu. vt Barones Aragonum habeant emendam, &c. for. quod Barones Aragonum teneantur honores militibus ſuis dare, cum tribus titulis ſequentib. obſeruan. item las honores, tit. de priuilegio generali. obſer. item ſine iuſta cauſa. titu. de conditione Infantionatũ cum pluribus ſequentibus.

V de quibus per Lodolphum Schraderum tractat feudalis, p. 2. ca. 3. num. 81. & cap 4. num. 47. obſeruant. item quæro, de priuilegio generali. obſeruant. item de vſu. de conditione Infantionatus.

X l. Lucius Titius 22, ff. de legatis 2. l. penultima, §. alumno, & §. ſequenti. ff. de legatis 3. l. omnimodo. §. imputari. C. de inofficioſo teſtamento. Viglius §. 1. Iuſticuta, de militari teſtamento. Frecia de ſubfeudis Baronum, titu. quis dicatur Dux, numero 40. & ſequenti. Ioannes Garcia de expenſis, c. 4. num 14. & ſequen.

Y l. fideicommiſſa, 12. §. ſi ſeruo alieno, ff. de legat. 3.

Z in nouella 35. de exhibendis reis, §. ſi vero ſemel, verſic. Primum nãque apud Iulianum. Couarru. variar. reſolut. lib. 3. cap. 19. num. 6.

A Blancas in commenta. de nominibus propriis, pag. 404.

B obſeruant. item notandum 31. titu. de generali priuilegio.

lo, ſcuto, & protectione ipſiuſmet Regis, quamuis richorum hominum, tam magnum nomen, tam magna ſpecies, tantaque apud maiores noſtros dignitas, & amplitudo fuit, vt ab ipſiſmet Regibus, Reges cenſerentur, ac ſine eorum conſilio aliquod arduum negotium pacis, vel belli expedire non licebat, participesque fiebant omnium, quæ ab ipſis Regibus, & eorum auxilio, & ope à manu, & faucibus Sarracenorum eripiebãtur: quæ, lege regia tenebatur Rex inter ipſos diuidere in honoremque concedere: c & ita intelligetis obſeruantiam noſtri regni, d improbantem opinionem aſſerentium, D. Regem non poſſe dare terram pro honore filiis richorum hominum, qui non tenerent Baroniam, ex qua, vt infra dicemus, Richus homo dicebatur, cum ſufficeret, naturam richi hominis habere, vt abſque legis regiæ leſione, illis D. Rex terram in honorem dare poſſet, cum filij richi hominis, priuilegia, quę eorum patres habuerunt, habeant, e ſaluis his, quę propria ſunt militum, cùm militię dignitas à Rege certis ſolemnitatibus concedi ſoleret. Vnde non recte Hieronymus de Blancas f ex prędictis obſeruantiis deduxit, potuiſſe ſeparari richo hombriam à Baronia, cum ſine Baronia Richus homo non diceretur. Si autem naturam haberet, quod à Richo homine deſcẽderet, conceſſa Baronia, Richus homo efficiebatur: ſed erat diſcrimen, † quia vbi ſolum honoris cauſa terram habebant, ſeniores in tali loco dicebantur, quo nomine oſtendebant ſe, talibus populis præeſſe, & imperare; vt *ſenior en Çaragoça, ſenior en Hueſca, ſenior en Alagon*, & ſic de aliis. Priſci nãque viros, ætate, & virtute pręſtantes, ſenum appellatione honorarunt, g ex quo Senatores, † & patres fuerunt cognominati illi centum viri à Romulo inſtituti, h qui Senatum conſtituerent, & quorum conſilio Reſpublica, quę viribus, & robore iuuenum erat munita, guber-

19

20

C foro 1. titu. de caballeriis. Zurita tom. 1. lib. 2. cap. 46.

D obſeruan. item licet, 4. titu. de conditione infanti onatus.

E obſeruan. filij Richi hominis, 13. eod, tit.

F Hieronym. de Blancas tit. de Optimatibus, & Palatinis, p. 333.

G Roſsinius antiquitat. Romanarum, lib 7. cap. 5. pagina 278. C. Carolus Sigonius de de antiquita. iure ciuil. Romanor. lib. 2. cap. 2. in principio, & lib. 1 cap. 2. in principio. Caſaneus in cathalogo, par. 10, conſideratione 29. Tiraquellus de iur. primogeni. in præfatione, nnm. 168 cum quatuor ſequentib. Tapia de vera nobilitate, lib. 2. pagi. 175. colum. 1. verſi. Iuuenilis ætatis. Paleotus de bon. ſenect 3. par. verſiculo, Ac primum conſentaneum erit videre, pagi. 301. & verſiculo, Sed præterea, pag. 309. cum ſequenti. Guardiola in tractatu de la nobleça de Eſpaña, cap. 38.

H Libius lib. 1. ab vrbe condita, folio 2. & Iuſtinius lib. 43. Plinius in libro de viris illuſtribus, & Plutarchus in vita Romuli. Dionyſius Alicarnaſeus lib. 1. & 2. antiquirat. Romanarum. Onufrius Pambinius de ciuitat. Roman. pag. 9. Diuus Auguſtinus lib. 2. de ciuitate Dei, cap 17. & lib. 3. cap. 6. 13. & 15. Ouid. in 3. & 4. lib. Faſtorum. & Propertius libro 4. Petrus Gregor. in prælud. optim. iureconſul. lib. 2. cap. 29. & in ſintagmate iuris, 3. par. libro 47. c. 25. nu. 1, Conradus in templo omnium iudicum, lib. 5. cap. 7. de Præſide, & Senatore, folio 107. numero 6. Budeus in annotationibus ad legem finalem, de Senatoribus, pag. 199. & 202. cum ſequen. 209. Bobadilla in politica lib. 1. cap. 9. num 17. & lib. 3 cap. 8. numero 1. Antonius Scap. de iur. non ſcript. lib. 2. cap. 7. num. 1. Alexand. ab Alexaud. lib. 4. dierum gennial. cap. 11. vbi annotationes Tiraquelli, pag. 496. & 497.

gubernabatur, corã quibus, secundum aliquos, *i* centũ virali iudicio (cuius meminit Paulus I.C. & Imperator Iustinianus) de hæreditate disceptabatur: sed inter hos, & illos multũ esse discriminis alij k docuerũt, quod primi curæ Reipub. pręessent ob honorẽ patres appellati, quibus primores æquestris ordinis, Brutus Regum expulsor adscribi fecit, vnde patres conscripti cognominati, secundi vero iudicijs; & ex hac ratione emanauit † origo nostræ obseruantiæ, vt ab istorum factis, circa suos vassallos seruitutis, & eorum bona ad Regem appellare non liceret, *l* quia existimant Reges, se, illis, propter eorum summam, & claram virtutem equius non iudicaturos, quos ideo non solum in parte solicitudinis, sed, & in potestatis plenitudine, admisserunt. Inde Nobiles Gallorum, *m* Cæsar appellabat Regulos, quod in vassallos haberent vitæ, necisquè potestatem, dominiquè ac pene Reges alicuius territorij essent, cum summa in suos potestate, quod Imperium inquit sine prouocatione retinuerunt, longo tempore etiam sub Regibus, donec aduersus eorum iniurias, quibus suos nimium magnis, & non tollerandis afficiebant, data est tandem clientibus potestas Principem appellandi, quod si non solum gratia honoris, † sed dominij titulo, populos, vel castra haberent, non in tali loco, vel castro, sed talis loci, vel castri, seniores *n* appellabantur. Ex illo genetiuo casu, dominium allodiale directum, & ab omni feudali recognitione liberum, in illis locis, vel castris habere significantes, *Vt Senior de Vrrea, Senior de Pina, Senior de Illueca, Senior de Castro*, & sic de alijs, à Latina voce, & dictione seniores (quia vt inquit Vala, † quem sequitur Parladorus, *o* loquendi idioma, nostra Regio, à Latina lingua mutuata fuit, & quod lingua materna proferimus, *Romance* dicimus) inter quos, aliqui, illorum locorum, quæ à principio in honorem, ad ius in illis reddẽdum, tanquam summi Magistratus concessa fuerant, dominium acquisierunt: alij vero, illis dimissis, aliorum amplissimorum locorum, munificientia, & liberalitate Regum, Domini fuerunt constituti. Sed semper

21

22

23

I Glos. in l. qui repudiantis, verb. quasi centum, ff. de inoffici. testa. & in l. petitor, verb. centum virale, ff. de libera. lega. & in l. fin. verb. centum viralis, C. de petition. hæredit. & in l. maximum vitium, C. de libe. pręterit. Boherias de auto. magni consilij, num. 174.

K Purpurat. in l. 1. nu. 5 1. ff. de offic. eius, Alexand. ab Alexan. lib. 3. dierum Genial. cap. 16. vers. & cẽtum viri, vbi scholiũ Tiraquel. pag. 375. & 376. Conrad. in templ. omni. iudi. lib. 1. cap. 7. num. 6. Cuiaci. lib. 10. obseruat. cap. 20. & lib. 3. cap. 32 & facit tex. in l. 5. ff. de petit. hæredit.

L Ex ratione Angeli. in l. 1. §. fina. num. 3. ff. de offici. eius, Conan. lib. 2. cõmentar. cap. 9. de bon. libertor. num. 6 pag. 173. B. Georg. Cabedo decis. 12. num. 6. 1. par.

M Salustius de bell. iugurthino.

N Cap. 1. ibi beneficia quæ à suis senioribus habẽt, tit. de prohibit. feud. aliena. per lotharium, for. si aliquis homo, ibi in potestate seniores, tit. de foro compet. Ambros. Moral. lib. 11. cap. 63. Hiero. Zurita tom. 1. annal. lib. 2. cap. 64. fol 101. Guardiola de nobilita Hispan. c. 38. fol. 105. Bouadil. in politi. lib. 2. cap. 16. n. 23. Hiero. de Blancas in commentar. rer. Aragonen. tit. de Magistratus Iustitię Arag. dignitate, pag. 287. & 320. & 321. & tit. de Maur. Cæsarang. pulsis, pagin. 130. Ioannes Lorinus in comment. in Acta Apost. cap. 4. vers. 5. p. 197. versic. de nomine seniorum.

O Lib. 1. p. 1. rer. quotidian. cap. 3. nu. 11. & 23.

semper ab illo loco, in quo † seniores extiterunt, suę familiæ cognomẽ, conseruarunt, & retinent: vt Alagon *p*, 24
Luna *q*, Ixar *r*, Ayerbe *s*, Vrrea *t*, Castro *u*, sicut multi Comites Lusitani, ex ciuitatibus Regijs, in quibus anti quitus ius exercebant, nominantur. Et Rodericus Viuarius, honoris causa, Comes Toletanus fuit appellatus. *x* A quo (forsan) Toletorum amplissima familia descendit, quam consuetudinem, Galli obseruarunt. Omnia namq; familiarũ cognomina, vel patronymica sunt, *y* vel ab aliquo castro, loco, seu Prouincia fuerũt deriuata. Licet aliquando vtraquè commisceantur, vt Fernandez de Ixar, Martinez de Luna, Ximenez de Vrrea, sed à Prouincijs deriuata nõ solent cõmisceri, vt Aragõ, Castilla, Portugal, Nauarra, tamẽ aliquãdo egregij facti, vel insignis virtutis, maiorũ, nota, cognomen illustratur. Quod proprie agnòmen dicitur, & qui alia fabulantur, vigilantes somniare dicendum est. Isti, qui apud alias gentes, Barones † appellantur, (quasi filij Regum, quia hoc no 25
men secundùm Afflictis ~ Hebraicum est, filium Regis significans, cui pater Rex plures habens filios, cum nec Reges omnes facere posset ampla donabat castra, cum omnimoda iurisdictione, & Alciatus *a* nomen Grecũ, quo, viri graues significantur esse existimat) Hispani Richos homines dixere, *b* quia maiores ceteras diuitias pro nihilo iudicabant, nec Richos homines credebant etiam si haberent plures pecudum greges, multasquè pecunias, nisi haberent Baronias, hoc est loca, seu castra cum subditis, quos habere præmium dignitatis est, *c* sicut, & apud Romanos, *d* maxima laus nobilium erat plurimos habere clientes, cum clientelæ à Romulo institutæ primi Reipublicę Romanæ institutores patritijs tantum tribuere solebant, & in cuiusquè † clarę familiæ fontem, & caput agnationis erant transmissibiles, *e* si 26
cut apud nos Baroniæ, & Maioratus loca in primogenitum, & maiorum nobilitatis solum, seu casale, (à quo Gentilicium familiæ cognomen descendentes, sumpserunt) in maiori natu masculo conseruari solebat: & inquit Marcus Marinus, *f* quod in lingua Hebrea

Zachar

P Hieron. Zurita tom. 1. annal. lib. 1. c. 5 2. ad fin.
Q Zurita d. l. 1. c. 17. col. 3
R Zurita tom. 1. lib. 3. c. 101. col. 5.
S Zurita vbi proxime.
T Zurita d. lib. 1. cap. 32. col. 5.
V Zurita d. lib. 3. cap 95. in fin. & d. cap. 101. col. 4 in fin.
X Garsias de Loaysa in 8 Concil. Toletan. p. 460. ad fin.
Y Hieron. de Blancas late & eleganter in cõmentar. rerum Aragon. tit. de antiquis nominibus, pag. 406. & 408. cum seq.
Z Super feud. tit. qui feu. dar. poss. cap. 1. num. 2. Cabed. decis. 104. nu. 2. p. 2. Anton. Sola 1. tom. in constitut. Sabaud. tit. de nomi nat. decreto, vt statutorũ, glos. 1. nu. 9.
A Lib. de singulari certamine, cap. 37.
B Garcia de nobilit. glos. 18. num. 13. Gutierrez lib. 3. q. 16. num. 26. & 123 & 124. Villadiego in prolog. for. Iuzgo. l. 2. nu. 20. Sesse decis. 1. nu. 40. & plurib. sequ. p. 1. Sanct. Thom. de regimin. Princip. lib. 3 cap. fin. Molin. noster in repor. fororum, verb. Richus homo, verb. 1. vbi allegat obseruan. 4. & 5. tit. de conditione Infantionatus, iuncto foro vnico, tit. de Baronibus, quod Cauallerias, &c.
C Afflict. in prælud. ad cõstit. Neapol. q. 26. n. 3.
D Rosin. vbi supra, lib. 1. cap. 16.
E Ex Cicerone, & alijs Bouadil. in sua politi. lib. 2. cap. 16. nu. 24. & lib. 3. cap. 8. n. 2. in fin. Balduin. in commenta. leg. Rom. 18. cart. 37. Budęus ad l. fin. de senator. p. 267. ad fin. Tiraquel. de nobilitate cap. 37. nu. 23. Garcia de nobilita. in princ. glos. 18. num. 28. in fin.
F In sua arca Noe.

Zachar dicitur filius conſeruans patris memoriam, quæ ſi propria natura, & virtute, acquiſita haberent, Richi homines de natura, g ex hoc dicebãtur, quod ſi pro ſtipendijs laborum, & honore, concederentur à Regibus in tanti beneficij gratitudinẽ Richi homines de Meſnada, hoc eſt de familia Regis ſolebant nuncupari. Quod ſi non populatas, ſed incultas terras pro ſtipendijs, quæ Richis hominibus ſolebant aſſignari, à Regibus concederentur, eas illi aliquibus exteris, & ignotis hominibus concedebant, vt ibi ędificia erigerent in quibus habitarent, exemplo Romanorum, h qui regiones terrarum, † quas clientelas, ſeu colonias appellare ſolebant in Pro
27 uincijs, quas eorum Imperio ſubiugabant, earundem regionum hominibus, à veteranis militibus, quibus in præmium fuerant aſſignatæ, certis pactis, & ſubmiſſioni bus concedebantur, i nam cum procul gentes deuictæ fuiſſent, ſolebant Romani eo colonos ad habitandum mittere, pulſis natiuis, k vt victi populi coercerentur, militeſquè præmijs afficerentur, ſtirps Romana augeretur, plebs vrbana exauriretur, non aliter quam vbi albearia plena ſunt, noua examina, in alia, & noua tranſfunduntur, ſeditiones motæ à plebe, ſedarentur, educendo ſentinam, & fecem vrbis, puriorem, meliorem-què partem, aſſeruando, & vt incurſiones hoſtium, reprimerentur. Sed tantopere, vt inquit Cicero, l à Romanis iuſtitia culta fuit, vt ij, qui Ciuitates, aut nationes deuictas bello, in fidem recepiſſent, Patroni dicerentur, m more maiorum, & quamuis ager captus ad victoriam

G Marin. Freccia poſt alios in tracta. de ſubfeud. tit. de orig. feudor. a nu. 6 11. & ſequent. latiſſime.

H Hier. de Blan. vbi proxime, pag 287. & 319 & 320. Zurita lib. 1. annal. c. 21. col. 2. fol. 25.

I Budę. in annotatio. ad Pandect. 1. par. ad l. Herẽnius. pag. 691. verſ. quin & alaudij, & verſ. moris autem fuit, ff. de euictio. & 2. par. ad l. non dubito, verſ. & quemadmodum, pag. 171. ff. de capti. Ayala de iur. bell lib. 2. cap. 13 num. 7. Tiraq. in notis ad Alexand. ab Alex. lib. 6. c. 10. verſ. nam clienté, pag. 895. Federi. Scotus in l. interdum, §. quod ex nau fragio, n. 73. verſ. quo pertinet, ff. de adquir. poſſeſ. l. Lucius, 11. ibi partim veteranis in præmia aſſignatas, ff. de euictio. l. itẽ ſi verberatum, 15. § 2. ibi, & militibus aſſignatus eſt, ff. de rei vendic. ita intelligentes tex. in l. ſi finita, 15. § fide vectigalibus ff de dam. infect. l. 1. ff. ſi ager vectig. l. in agris, 16. ff. de adquir. rer. domini. Forcatul. in neciomanc. iur. dialog. 18. & ſeq. Alciat. lib. 1. pareg. cap. 38. & lib. 1. prætermiſſor. ver. limitati agri, Marin. Freccia de ſubfeud. Varo lib. 2. tit. quis dicatur Marchio, pag. 121. a nu. 14. & tit. quis dicatur Dux, pag. 126. 127 num. 16. & tit. de origi. feudor. a nu. 6. 11. 22. & 53. Luc. de Pen. in l. quicumq; la 2. in princ. col. 2 C. de omn. agr. deſer. lib. 11. per tex. in §. per traditionem, verſ. itaq; ſtipendiaria inſtit. de rer. diuiſ.

k D. Auguſt. de ciuit. Dei, lib. 11. cap. 1. Roſin. antiquit. Roman. lib. 10. cap. 22. in prin. & cap. 23. Carol. Sigoni. de antiq iur. Ital lib. 2. c. 2. Iuſt. Lipſi. de magnitu. Roma. lib. 1. c. 6. facit tex. in l. pupillus, 239. §. de curiones, ff. de verb. ſignif. Forcatul. in l. veluti, nu. 7. de iuſti & iur. & in neciomanc. iur. dialog. 11 o. nu. 2. Stephan. Binand. Pigius annal. S. P. Q. R. lib. 6. pag. 422. & 468. & lib. 1. pag. 20, verſ. legem de colonijs.

L Lib. 1. officiorum. M Cicero lib. 5. epiſtolar. ad Attic. epiſto. 11. ibi apud Patronum, & reliquos Barones te in maxima gratia poſsui, & hercule merito tuo feci, pag. mihi 135. varie a Paul. Manucio in ſchol. ad illum locum, & Alciat. lib. 5. pareg. cap. 16. Freccia vbi ſup. tit. de origi. Baron. num. 21. & ſequ. fol. 11. Bald. in cap. vno delegatorum de offic. delegat. gloſ. in prohem. pragma. ſanction. verſ. magnatibus Boher. in conſuetu. Biturícen. tit. de iuriſdict. omni. iudic. §. 3. gloſ. 3. Caſane. in cathalog. p. 8. conſider. 5. Anton. de Sola 1. tom. in conſtitu. Sabaud. tit. de nominat. dominor. decret. vt ſtatutorum, gloſ. 1. num. 9. Petr. Calefat. in libell. de quæſtion. dignit. num 112. & 113. Bobadil. in politic lib. 2. cap. 16. Caued. 2. par. deciſ. 104. Fontanc. de pact. dotal. clauſ. 4. Gloſ. 10. p. 1. nu. 1. & ſequen. Lodolphus Schraderus tract. feudal. p. 10. ſect. 1. num. 25.

ctoriam pertineat, n tamen honoris, & humanitatis gratia veteri possessori meliori fortuna digno prædia sua, aut pars eorum permittebantur, neque enim eiectis veteribus possessoribus, omnia victor Princeps auferre solebat, sed quædam honoris gratia, idest, ex clementia, delectu habito possessorum, meliore fato dignorum, relinquere o sicut Maroni Mantuanus fundus redditus est, qui Ario Centurioni cessaret, vt præmij gratia inter milites suos distribueretur, cum, vt inquit noster I.C. p ager captiuus, aut militibus victoriæ participibus assignari solebat, aut alicui Ciuitati destinari, aut partim vendi, vtriquè tamen coloni appellati sunt, illi ab incolendo, quod vrbe relicta, illam regionem, quam deuicerant incolere statuerent, iuxta illud Virgilij. q

Vrbs antiqua fuit tirij tenuere coloni.

Alij vero, ab agricultura, cui in vtilitatem patronorum erant astricti; primi à nostris, Barones, sed elegantius à Latinis, patroni dicuntur: r Secundi vero à barbaris vassalli, à Latinis vero clientes, eo quod sub patrocinio patronorum manerent, sicut & fundi, quos Romani in incolas terræ in beneficium distribuebant, clientelę solebant appellari, quæ postea tractu temporis mutato nomine feuda (forsan, à fœdere) curiasquè dominicales nominari ceptas, vt qui clarioribus essent natalibus, feuda, alij ex vulgo, curias haberent dominicales: certis iuribus constitutis, quorum aliqua, cõsuetudine, vt in feudis, aliqua pactis, vt in curijs constare dignoscũtur, licet ius vassallagij, quod non Prouincię lege, vel consuetudine, sed clientelari pacto, à principio constitutum subsistit, antiquis Romanis incognitum, plures ex nostris tradiderunt; s sed alij, t à Francorum Regibus, alij, u á Longobardis originem traxisse docent: sed Cuiacius x quatuor constituit differentias inter vassallos, & clientes, prima quod clientibus onus militiæ annexum non sit, vassallorum vero conditio est, vt cum delectus edicitur, in militiam eant, vel Vicarium mittant, vel certũ censum domini ęrario inferant: Secunda differentia, quod clientes prædia sua pleno iure possident, vassalli vero in prædijs feudalibus solum habent vtile dominium. Tertia, quia clientes dabant se in fidem patronorum, & ab eis ferebant sportulas, vel cenam rectam, vassalli, vel vltro fidem suam nobis offerunt, cęssa proprietate bonorum suorum, vel non collatis

28

N §. Item ea insti. de rerum diuisione, l. Lucius, ff. de euictionib.

O d.l. item si beneratũ, §. 2. ibi modico honoris gratia possessori dat.

P d.l. in agris, Iul. Frontin. lib. de militib. & Forcatul. in commentar. ad iura feudor. cap. 1. num 10. Sebastian. Monticul. in tract. de patr. potesta. ad §. ius autẽ potestatis, n. 88. tom. 8. tract. nouissimor. fol. 136. col. 3.

Q 1. Æneid.

R In l. patroni, ff. de verbo. significat. Forcatul. in penu iur. ciuil. c. 11. Ioannes Garcia de expensis, cap. 12. num. 4.

S Refert Marin. Freccia. vbi proxime num. 2. & 3. omnes opiniones recensens Guarrinus Pisso in prælud. feudor. cap. de origin. feudor.

T Connan. commentar. iur. ciuil. lib. 2. cap. 9. de bon. libert. numer. 5. & 6. pag. 171. & 172. Caualli. milleloq. 208. nu. 9.

V Freccia vbi sup. nu 85 Renat. Chopin. de Andegaben. iurisdict. & imper. lib. 1. tit. 1. numer 1. pag. 83.

X Lib. 1. de feud in princip. D. E. pag. 462. tom. 4.

latis in eos prædijs noſtris, fidem eorum eligimus, & ſequimur, ſportulam, vel cenam à nobis non ferunt, ſed alij melius hanc cenam popularem, † appellant conuiuium, quod à clientibus olim in ęde ſacra patronis parari ſolitum erat, *y* cuius rei veſtigium manet in Regno, in cenis de pręſentia, *z* quæ Regi, & primogenito præſtantur. Quarta, quia clienti reſpondet patronus, vaſſallo autem reſpondet Dominus (qui & ſenior dicitur) licet prouectæ ætatis non ſit, eadem forma, qua Senatorem, aut Presbyterum dicimus, morum potius, quam ætatis habita ratione; ſed qui clientes a vaſſallis non diſtingunt, non ſolum ſimplices Baronias, ſed & maiores quoquè dignitates, vt puta Ducatus, † Comitatus, & Marchionatus, ab eiſdem Romanis originem ſumpſiſſe tradunt, *a* vt qui ad tuendos confines ſui Imperij mittebant præpoſitum, qui milites regeret, & gubernaret, eiſdemquè omnibus proprias domos, proprioſq; agros aſſignabant, vt tanquam propria defendentes, firmius ac conſtantius ſe gererent, qui præpoſitus, ad inſtar Ducum limitaneorum lingua Germana Marchio *b* appellatur, & qui, ijs agris colendis erant adſcripti, ac certis legibus, & pactis † terram patronorum incolebant, coloni adſcripticij dicebantur, ac vaſſallorum appellatione merito comprehenduntur, & vaſſallis ſeruitutis noſtri Regni multum aſſimilātur, ſed magis Theſalis eraticis, qui ſuperbe clientibus vtebantur, tanquam mancipijs, vſquè ad verbera, hos Athenienſes vocabant Thetas ob miniſteria, Theſali pęneſtas exprobatione fortunę, *c* & Regum Perſarum ditioni ſubiecti, pro ſeruis & mancipiis habebantur, *d* ſola vxore excepta, ex quo forſan iſti vaſſalli ſeruitutis noſtri Regni, villani de Parada, ideſt de conuentione fuerunt appellati, *e* quaſi nihil habeant, niſi de bonis Infantionum, & in domibus, & locis eorum fuerint populati cum conuentione, vt ſemper ibi ſtent *f* ad nutum dominorum taliabiles, & iuſtiabiles, nec enim iure, vaſſallo deſerere feudū licet ſine conſenſu

29 30 31

Y Ex Plau. tradit Petr. Faber. lib. 1. ſemeſtri, cap. 6. in fin.

Z Foro vnic. tit. de cenis D. Regis, for. vnico, tit. de las cenas de preſencia, ob ſeruan. vnica, tit. fori ædi-ti, apud Exeam.

A Freccia vbi ſupra, tit. quis dicatur Comes, per totam. fol. 102. & nume. 49. fol. 113. & lib. 1. de antiq. ſtat. Regn. num. 60. fol. 69. & nu. 63. fol. 70. & tit. quis dicatur Dux, p. 223. & tit. quis dicatur Marchio, pag. 117. & de antiquo. ſtatu Regni, pag. 61.

B l. 1. 2. & fin. C. de fundis limitrophis, lib. 11. Vuelephangus Lazius in commenta. de gentium variarum migrationibus, lib 1. cap. 2. p. 6. ad med. & in fin. & p. 7. in prin.

C Dionyſius Alicarnaſeus, lib. 2. antiquit. Romanar. Forcatul. in iura feudor. cap. 1. nu. 10. Renat. Chopin. de iuriſdict. Andegaben. lib. 1. cap. 30, numer. 1. verſ. Theſſali vero pag. 223. Borrel. de Regis Cathol. præſtantia, cap. 18 num. 45.

D Barnabas Briſonius de Regio Perſarum principatu, lib. 1. pag. 30. verſ. Perſarum plane Reges.

E Obſeruan. ſunt quidam 7. tit. de priuil. milit. ex vitali tradit Hiero. de Blancas in commenta. rer. Aragonenſi. tit. de optimat. & Palati. pag. 307. circa medium, verſ. item recipit Richus homo, & pag. 309 verſ. Villani autem ſunt dicti, & pag. 314. verſ. ité ſunt quidam, qui dicūtur villani de parada, obſeruan. fin. tit. de priuileg. domin. Infantio. Seſſe deciſ. 1. num. 31.

F l. cum ſatis, C. de agricol. & cenſit. lib. 10. Caſane. in conſuet. Burgun. rub. 9. §. 5. gloſ. 4. num. 1. fol. 305. Benedict. in cap. Rainutius, verb. & vxorem, deciſ. 5. num. 410.

G Bal.

consensu domini,[g] & eleganter Imperator[h] in ad scripti tijs colonis tradidit,ijs verbis,* nullo nec tunc licentia concedenda colonis fundum, vbi cõmorantur relinquere, & hoc tam in ipsis colonis,quam in sobole eorũ, qualiscumquè sexus,vel ætatis sit sancimus, vt & ipsa semel in fundo nata remaneat in possessione, sub eisdem modis,eisdemq;cõditionibus,sub quibus etiam genitores eius mansere, &c.

Ex quibus infertur,quod si vassalli † seruitutis Baronum nostri Regni ad Regis,vel alterius Baronis locum se transferant,nisi in casibus à lege permissis,& obseruãtia nostri Regni expressis[i] poterit Baro ille,bona vassalli taliter se sine causa legitima transferentis, & recedentis occupare,eiusq; personam capere, antequã recedat, & alterius vassallus fiat, si enim iam se alibi transtulerit, & alterius vassallus factus sit, iam desinit esse suus vassallus,&ciuis illius locivbi ante recessum inhauitabat,k ne autem hoc facile euenire posset,conditi fuerunt aliqui[l] fori: solum namq; vassalli Regis,Ecclesiæ, vel Religionis,liberum habẽt volatũ,possuntq; pro arbitrio impune quocumq; voluerint conuolare,quia non seruitutis, sed conditionis,signiquè Regij sunt,& nuncupãtur. Isti namquè plena libertate fruuntur,& ideò, nec captione personę,nec occupatione bonorum eorum recessus impedietur:[m] at tamen vassalli seruitutis dominorum temporalium, impediri poterunt recedere,si antequam recedant, capiantur,vel causatiue, cum recedentium bona intra territorium dominorum existentia,possint ab eis occupari,[n] potuit enim is,in quẽ lege Regia,summa Reipublicæ,& suprema iurisdictio,translata fuit, lege statuere, ne[o] liceret istis vassallis, sub pœna amissionis bonorum, alibi ad habitandum se transferre, certisquè de causis tantum, ab incursu prædictę pœne excusari, quamuis alię,[p] de iure extarent, quæ vassallos, à locis Baronum recedentes, excusare valerent. At tamen illi, † si semel animo amplius illuc non reuertendi,[q] sed alibi perpetuo habitandi, territorium dominorum fuerint 32 33

G Bald.in l. cum Archimedoram,num.9. C.vt in possessionem.legat. Cephal. cons.18.lib.1.Menoch.centu.5.de arbit.cas.422.n.7

H In d.l.cum satis.

I Obseruan.2. tit.de Iudęis,obserua.Item in Aragonia Sarraceni,tit.de general. priuil. Noster Sesse 1,par.decis.73.

K Ruin.cons.120.num.5 volu. 4. Carpan. ad statu. Mediola.2.p. c.180.n.12

L Sub titul.quod aliquis non abstrahat aliquẽ vassallorum à loco alterius causa deshabitandi,&sub tit. de raptu vassallorum, & sub tit.de vassallis non mutandis.

M Obser. 3.tit.de Iudęis.

N d. Obseruan.2.

O Bald.in prohem.feud. num.17.l.1.C.de colonis Palestinis, vbi Lucas de Pen. lib.11. Afflict. decis. 265.num.75. & 81.Soci. Iun.cons.76.num.32.volu.3.Cephal.cons.18. per tot.vol.1.Mandosi.in tracta.de ingratitu. cap.62. fol.233. Sesse 1. p. decis. 73.num.29.Roman.cons. 59.nu.1. Petra de potest. Principis, c.3. q.4.nu.61

P Palacios Rubios in repetit.rubricę de donatio. inter vir.§.20. nu.5. Andreas Gail in tract.de arestis Imperij,cap.8. nu.13. 16.& seq.

Q l.pupillus 239.§.incola,ff.de verb.sign.vbi Alciat.& Rebuf. Petr.Royzius decis. Lituanica.3.n. 122.& seq. Codex fabrian tit.de munc.patrimon. diffinit.24. Nauar.de tempo.ordina. cons.3. lib.1. Greue.lib.2. concl.practicar.concl.35. considerat. vnic. p.122. l.nihil 31. ff. ad municipal. Bald.in c.1 de maiori.&obed.Boher. decis.217.n.14. l.in bello §.manumitẽdo. vers.quia vt Sabinus.ff.de captiuis. Capic.decis.118.nu.9.

rint egressi, compelli non poterunt reddire, nec per Magistratus Regios, quorum auxilium per dominos imploratum fuerit, r erunt restituendi; vt fuit per me, & alios tres collegas in Curia domini Iustitiæ Aragonum pronuntiatum, & decisum.* ſ Nam cum D. Ioannes de Francia dominus loci de Bureta haberet in eo vassallum seruitutis quemdam, vocatum Alexandrum Vengan, qui noctu, & clam (ne ante recessum caperetur) se in ciuitatem Burgiæ cum sua familia, & supellectili transtulit, ibique animo perpetuo manendi, ampliusque ad locum de Bureta non reuertendi, deferendique ibi originariũ locum, & domũ multis declarauit; animoq; & corpore in dicta ciuitate domiciliũ constituere destinauit: sed nihilominus sub vassalli qualitate per D. Ioannẽ de Frãcia, tanquã eius dominũ, fuit dictus Vengã manifestatus, & instantissime cum multis iuris allegationibus, & magna causæ discussione fuit petitum restitui dicto D. Ioanni, vt eiusdem domino, contradicente dicto Vẽgan, & procuratore fiscali domini nostri Regis, qui adiuuãdo clamantem, qui, domini nostri Regis, vassallus fuit factus, propter permissum recessum, fuit iudicatum in fauorem dicti Vengan, & pro eius libertate cõtra dictum D. Ioãnem agentem, qui licèt hac de causa denũtiauerit D. Doctorem Matthæum Deça, illius causę Relatorẽ, tamen fuit absolutus per nouem iudicantes, qui vtinam ita aliam denuntiationis causam superasset; sed inscrutabilia sunt iudicia Dei, qui voluit hac via in tutiorem ad animæ salutem, dictũ Doctorem Matthæum Deça reducere, qui presbiter, & seculi curis dimissis, Deo, eiusque obsequio vacãs, defunctus est: quia non valet pactũ, quo 34 quis se obligauit ad habitandum † perpetuo in aliquo loco t cum per illud infringatur libertas, & non multum à specie seruientium differant, u quibus non datur facultas recedendi, nam qui liber est, potest ire quo vult, x nec enim solutus dicitur, y qui à ciuitate recedere non potest, bene tamen valebit pactum ad id quod interest paciscenti, z vt putà secundum obseruantiam regni, vt personam capere possit antequam recedat, & recedentis bona occupare, provt in regnis Castellę illorum vassallorum bona, qui *solariegos*,

R Molina in reportorio fororum, verb Manifestatio, vers. Manifestatus per curiam.

* S in processu D. Ioannis de Francia super manifestatione personę die 2. Maij anno 1609. & fuerat idem prius pronuntiatum die 20. Decembris 1567. in processu Gaspar is tienda, necnon Philippi Pastor super manifestatione.

T Bart. & alij communiter in l. Titio centum, §. Titio centum. el 2. ff. de condition ib. & demonstrationib. Palacios Rubi in rubri. de donatio. inter virum, §. 2. numero 3. Capicius decisio 137. Gail. lib 2. de pace publica, cap. 2. nume. 20. Gomez de à Mesqua de potestate in se ipsum, lib. 2. cap. 18. nume. 2. & 3.

V l. 2. ff. de liber. homin. exhibend. l. abhostib. ff. de capti.

X l. penultima, C. de oper liberto. l. quis sit fugitiuus, §. idem recte. ff de edilitio edicto,

Y l. qui neque, §. solutum, ff. de verborum significatione. & in Authentico, quomodo oporteat Episcopos. §. si vero, collat. 1.

Z Couarru. de spõsal. 2. p. c. 7. in princi. numero 5. Salçedo in addition. ad Bernardum Diez, regula 880. limitatio. 1.

appellantur, a licét enim naturalis ciuilitas † immutari non possit, quia qui Cæsarauguste natus est, fieri non potest, quin origine non sit Cæsarauguſtanus, tamen quoad effectum ex ipsa naturali ciuilitate prouenientem mutari conceditur, b si domicilium alibi constituisset animo ibi perpetuo manendi, & nunquam ad patriam reuertendi, c qui, licèt indubio non præsumatur, d tamen coniecturis præsumptio inducitur contraria, & à prima iuris præsumptione receditur. e Illi vassalli seruitutis in locis domino rũ habitantes, † licèt vassalli Regis immediate non sint, eius verò sunt subditi, tanquam mẽbra Regni, cuius ipse in politicis caput supremum est; & ideo ab eius obedientia & subiectione, nemo (vt supra dixi) intra regnum existens, potest esse exemptus, sed castrum priuati Baronis inhabitans, bene potest esse exemptus ab eius dominica potestate, vt putà, si à principio, vassalli ea conditione Baroni se submisserũt vt tãquam vassalli Regis, vel religionis tractarentur: hoc namque casu, in eos Baro ius absolutę & dominicę potestatis (eos tanquam vassallos seruitutis male tractando pro libito volũtatis) exercere nequibit, cum valuerit illa submissio limitata f extra cuius cancellos egredi nõ licet, quin taliter se submittẽs sit liber, iuxta pacta inter Baronẽ & vassallos innita.

35

36

A Garcia de expens. c. 9. n. 62 & seq & de nobili. glos. 18. n. 42. Otalora de nobili. p. 2. c. 4. n. 8. Dida. Perez in l. 2. tit. 11. lib. 4 Ordinam. Bieça de inope. debito. c. 2 n. 24. Gom. de à Mesq. de potesta. in scip sum, lib. 2. c. 17. n. 28. Grego. Lop. in l. 3. tit. 25. parti. 4. verb Solariego.

B argum l, cum quædã, 19 ff. de iurisdict. & c. Surd. de cis. 330. n. 5. lib. 2. Hunde de. cons. 5 n. 43. vol. 1. vbi Eugen. in subscriptio. nume. 67. & 69. Nicola. Rẽsner decis. 2. n. 25. lib. 2.

C Viui. decis. 477. per totã. Cabalc. decis. 21. n. 40. p. 3. D Mascar. de probat. cõcl. 534. n. 1. Roman. cons. 420. n. 1.

E Menoch. de arbitra. casu 86. & de præsum. lib. 6 præsump. 42 Bernar. Grẽbe. practi. cõclus. ad Gail. lib. 2. concl. 36.

F Bar. cons. 59 n. 2. vol. 1. Soci. cõs. 74. nu. 12. & 13. lib. 1. Aymon consil. 241. num. 17.

§. Trigesimus tertius.

Vassalli seruitutis Baronum, cur sui homines appellentur; & an sint propriè serui, & possint Barones in eos sęuire. Et de Nobilibus, & Militibus, & Infantionibus, in eorum locis habitantibus. Et an cõmissarij forales & Curiæ possint vti absoluta potestate.

SVMMARIVM.

Nobiles, vel Infantiones habitantes in locis Baronum, non possunt ibi criminaliter, sed tantum ciuiliter conueniri. 1.

Infantiones possunt capi per officiales domini ad finẽ eos remittendi, & an idem procedat in Clericis. 2.

Vassalli Baronum cur seruitutis appellentur, & proprij homines siue sui dicantur; & quot sint seruitutis genera. 3.

Viduæ, vsufructuary, & Commendatores, an possint appellari domini, & compellantur vassalli homagia illis præstare. 4.

Homines manus mortuæ apud Gallos sunt conditionatæ libertatis, sed non serui. 5. & 7.

Cur

Cur capiat Rex pro homicidio hominis conditionis, caloniam, & non pro homicidio Infantionis. 6.

Patri in filios, domino in seruos, Abbati in monachos, & Baroni in suos vassallos an liceat sæuire sine aliquo recusu. 8. & 10.

Barones Aragonum priuatiue in suos vassallos iurisdictionem præscripserunt. 9.

Cartæ stamus in Aragonia dum non repugnet iuri naturali, & cur Iurisperitos, vulgò Letrados appellemus. 11.

Quando dicatur aliquid in carta contineri, & verba cartæ impropriari, & quomodo interpretari valeant. 12.

Vassalli seruitutis quod attinet ad ius ciuile Aragonum pro nullis habentur, secus Infantiones. 13.

Agitur de triplici genere militum; & qui, & à quo creari milites valeant; cum aliquorũ fororum regni intellectu. 14.

Vassallus litigans cum Barone super iure libertatis, vel seruitutis, an pendente lite habeatur pro Infantione, vel pro vassallo seruitutis. 15. & 18.

Firmarũ Infationiæ cõmuniũ origo & ratio. 16

Vanitatis & superbiæ signum est deserere nomen gentiliciũ patrum, & auorum absque causa. 17.

Apprehenso loco, an possit Baro vti absoluta potestate. 19.

Commissarij forales, & commissarij curiæ an possint vti absoluta potestate. 20. 22. & 24.

Absoluta potestas, an sit ius formatum, vel mera facultas impunibilis, 21.

Tutores Baronis an possint vti absoluta potestate. 23.

§. Trigesimus tertius.

1 SI Nobiles, & Infantiones † in locis dominorum habentium iurisdictionem habitent, nihilominus non ibi possunt accusari criminaliter, *a* sed tantum ciuiliter conueniri, cum in criminalibus eorum forum nõ sortiantur, neque plebeiorum statutis ligentur, *b* cum constituant corpus separatum à plebeiis, *c* vt supra diximus:
2 bene tamen poterunt † per officiales domini capi, ad finem eos remittendi, infra vnum diem ad dominum Regem, vel ad Regentem officium generalis gubernationis, aut Iustitiam Aragonum, qui eorum peculiares, priuatiuê iudices existunt, quemadmodum & Clerici delinquentes, in hunc quoque finem, capi possunt, *d* vt ad iudices ecclesiasticos, vrbanè, & cum honore remittantur. Multum ergo ex prædictis
3 constat distare † conditionem istorum, qui omnino liberi

A obseruan. in causis criminalibus. & obseru. item nobilis, titu. de for. cõpet. obseru. quod Prælati, & obseruan. pro parte militum, titu. actus Curiarum. Mol. verb. Clerici, fol. 32. & ibi Portol. num. 46. & verb. Infantiones. fol. 178 colum. 4. & verb. Remissio. fol 282. colum. 1 in fine, & 2. in principio, & verb. Domini locorũ. versic. Dominus loci si in sequendo, in fin. & vers. Dõmini locorum in Aragonia. vers. Credo. Bardaxi de offic. Gubernato. quæstio. 5. n. 112. & 113. & in comment. ad rubr. de offic. Iustic. Aragon. fol. 104 colum. 4. versiculo, Ac etiam milites. noster Sesse 1. pars decisione 1. nume. 32.

B Portoles in scholiis ad Molin. verbo, Firma, num. 113. & pluribus sequentibus. Hondedeus consil. 5 num. 36. volum. 1.

C obseruant. 1. de priuileg. milit. fol. 20. obseruant. fin. titu. interpreta. qualiter, & in quibus, fol. 23. Moli. verb. Infantiones. versic. Infantionum proprium, & seq. fol. 175. colum. 4. & 176.

D Abb. Decius, & alij in cap. cum non ab homine, de iudic. Guid. Pap. decisio. 73. Bernardus Diez in praxi crimin. canoni. cap. 114. Foller. in praxi crimin. canoni. 2. par. cap. 17 num. 21. Camillus in additio. ad Bellugam, rubr. 11. §. item dubitatur. verb. Secularis. Antonius Oliba de iurisdici, cap. 14. num. 43, 66, 70, 85. & sequentibus.

liberi sunt,à conditione vassallorum seruitutis; qui licet non sint veri serui,cùm testari possint,comertia exercere,alienare,contrahere,& fideiubere: tamen dicũtur homines proprij dominorum, quia ad nutum eorum sunt talliabiles,&nimis subiecti: e vt Iudæi,qui ad istam normam serui dicuntur, f cum tamen bona,& comertium rerum eis relinquatur: g quę, si veri serui essent,non haberent. h Dicuntur tamen vassalli seruitutis,serui, ratione subiectionis,sicut meum dicitur ratione iuris i quod in eo habeo: &ita intelligenda est obseruantia nostri regni,quæ vocat eos homines suos, k & de seruitio Baronũ,quod seruili cuidã conditioni subjiciãtur,non quod propriè,&absolutè sint serui,veteri illa,&misera iurisgẽtium seruitute, sed personali quadã conditione astricti; vt debitor,qui bonis cedit,ad custodiamq; creditoris datur,vt ei seruiat,quæ appellatur,detentatio quasi seruilis ; quia licet seruus non efficiatur, datur tamen vt seruiat; l estque apud creditorẽ velut in obsidio, cui libertas nõ aufertur,sed voluntas cõprimitur: m habet enim personam conditionatam,& affectam certo seruitio, vt in simili adscriptitij coloni,qui glebæ astricti, licet vere essent liberi,tamen quia habebant libertatẽ conditionatam, n largè,& impropriè serui, & fugiendo sese furari dicebantur. Vnde,isti vassalli,sui dicuntur, o non quod in eis habeant Barones plenũ dominium, quod hominibus liberis nõ conuenit, p sed ratione iuris, & subiectionis,inducẽtis quandam seruitutẽ,quæ anomala dici potest,quia accedens libertati, nihilominus multum cum seruitute partjcipat ; quia secundum Stoycorũ sententiam, q tria sunt seruitutis genera.Primũ,quoties nõ est potestas

E glos. in l. ne diutius, C.de agricol. & censitis, lib.11. Afflict.in constitution.Neapolita.lib.3. rubri.2.de vassallis non ordinandis,num 1. Ioannes Igneus in dicto §. non alias,l.necessarios. & facit text.in l.coloni,verb. Seruitute. C.in quibus causis colon. censit. lib. 11, cum concordantibus per Baeçam de inope debito. c.2 n.20.

F c.etsi Iudæos, de Iudç. cap.dispar,23. quæstio.8. & notat Archidiachonus, & Prępositus.in c. qui sinceram,45.distinct.& Alexã. in l.multum. ad finẽ. ff.de verborum.

G l.nullus, C.de iudic.c. multorum,c. sicut, vbi notant omnes de Iudçis. Paris.cons.2.col.1.& 2.lib.4 & Alexand consi.71,lib.2.

H glos.aur serui.Instit.de iur.personarum,in principio. Antonius Heringius in tract.de fideiussoribus, cap.7.á num. 317.cum sequen.

I Casane.in cõsuet.Burg. rub.1.§.4.glos. & sur les hommes subjez,n.3.l. talem, §.fina. vbi not. Bald. & Imol.de hęredib. instituend. Felinus in c. quia, de iudic.in principio.Deci. in cap. cùm venerabilis,num.5.de exceptio. Tiraquel.in l.si vnquam,verbo,Donationes,num.323 C.de reuocand. & Perusin.in cap,si tibi,num.3.de præbend.in 6. Geminian. in cap.1.nu.15. de summ, Trinit. & fid. cathol.in 6.

k c. ex authoritate,ibi,Aut suorũ hominum,de priuil.in 6.Baeça de inope debito c.2.à n.17.cum seqq. & c.4.n.19. L Bal.in l.ob æs,C.de action.& obligat. notat Oldral.cons.54.& in simili notat glos. in l.liber captus,C.de captiu.& glos.fin.in l.1.C.qui bon.cede.poss. Xuarez in l.2.tit. de los gouiernos. M notat Ioan.de Platea in l.nemo carcerem,C.de exactor.tribut.lib.10.sub nu.23. Abenda.resp6.8.n.4 & 5. c.ex rescripto,& c.intellecto.&ibi DD.de iureiur.Baeça in d.tract.de inope debito.c.1.n.24.& 25 Barbosa in l.alia,15.§.eleganter,n.39.& 40. ff.solu.matrim.

N c.admittuntur,ibi.Vel qui alicui conditioni obligati sunt,54.distinct.l.defensiones, ibi, Conditionales seruos,C.de iur.fisci, aliter explicans Conanus in comenta.iur.lib.2.c.10.n.2.p.176.D.

O obseru.item pro debito.obseru.item homines,& obseru.2.titu.de pignor.Bal.in l.proprietatis, C.de probar. P l.Quintus,& l.scribit,ff.de aur.& argen.legat.iuncta l.liber homo,ff.de verb.

Q Iacobus Cuiaci.tom.4.de feud.lib.1.in princip.C. pag.462.

R Andr.

potestas eundi, quò velis; vt si liber homo carcere contineatur. Secundum, quo quis dominio alieno cõtra naturam subjcitur. Tertium, quo seruiũt mercenarij, obęrati, clientes, addicti, & nostri vassalli, qui licet re vera serui non sint, tamen de omnibus generibus seruorũ aliquid participant, r quales multi adhuc in Dania, superiori Germania, Palatinatu, Ducatu Megapolitano, Vvestphalia, & in Comitatu Oldenburgico, etiã hodie reperiuntur, cum per homagium, quod isti vassalli pręstant, Baronum homines se faciant, ſ personasq; suas afficiant illi seruili conditioni, ex qua vassalli seruitutis appellantur, & Barones domini vassallorum, quo nomine non solum gaudent ji, qui iure dominij castra cũ vassallis possident, sed etiam illi, qui † iure vsusfructus, viduitatis, vel cõmendæ, aut dignitatis illa tenent: quibus etiã teneri vassallos homagia præstare, fuit pronuntiatũ in regia Audientia,* & hoc, respectu iuris, & pręeminẽtiæ, quę habent in eos: vt vxor dicitur domina rerũ mariti, t ratione connexitatis, publicanus dominus vectigalis, u & tutor rerum pupilli, x ratione administratio
nis sine dignitate, patronus dominus liberti, ratione honoris; & qui merum, & mixtũ imperium habẽt, secundum Angelũ, y domini dicũtur, multosq; solemus, z honoris causa, dominos nostros appellare, isti verò condi-
5 tionatę libertatis, † apud Gallos, homines manus mortuę appellantur, non tamen serui, cum non sint pleno iure in bonis dominorum, sicut serui; qui nõ minus in bonis nostris esse dicũtur, a quàm cæteræ res: quod enim aliqui b tradiderunt, Principẽ supremũ esse dominũ personarũ, à natura regni, & principatus (si absoluté sumatur) abhorret, cum tam graue iugum, nõ modo Romano homini, vt dicebat Cicero, c sed nec Persæ cuiq; tolerabile est, nisi in cõtrariũ esset lex cõuentionis, d vt supra diximus, sed appellantur vassalli conditionis, signiq́ue seruitij domini nostri Regis, in nostro
6 regno vassali sui, siue proprij, † quia sunt magis seruitio

R Andræas Gail lib. singular. de pignorat. obseruatio. 8. Anton. Herinigi. in tract. de fideiussor. c. 7. n. 317. & seqq Bartholom. Blaret in repetitio. l. diffamari, c. 2. nu. 23, pag. 72 C. de ingen manumiss. Mascherius in praxi rubri. de successio. n. 15.

S Marta de iurisdict. 2. p. c. 27. & 4. par. casu 43. nume. 2.

* in processu D. Mariannæ de Gueuara super aprehẽsione locorum de Oliete & Obon, anno 1592. in scriuania Ioannis Ripol, quæ tunc erat P. Ludouicũ Lopez.

T l. 1. ff. rerum amotar.

V l. 3. §. 1. ff. de publican.

Antonius Sola tom. 1. ad constitutiones Sabaudiæ titu. de Banneretis decreto nullus nominetur, glos sa vnica, n. 1.

X l. interdum, §. qui tutelam. ff. de furt. l. qui fundũ §. sed tutor, ff pro empto.

Y consil. 207. & cõs. 269 Casane. in consuetudin. Burgund. titu. de Forestis, rubr. 13. § 5. verb. Seignur. Sola tom. 1. ad constitutiones Sabaudiæ, titu. de iure emphitheoti. rubri. decreti Rempublicam gloss. 1. n. 2.

Z glos. in l. 2. verb. Cuius ipsi sunt, C. in quib. caus. coloni censiti, lib 11.

A l. rem in bonis, ff de adquir. rer. domi. l possessiõũ, C. cõmun. vtriusque iudicij. l. fin. C. de verb. signif. l. omnẽ, §. cum ita. ff. de lega. 2. cum concordãtib. per Tiraq. in d. l. si vnquã, verb. Donationes, n. 323.

B Matth. de Afflict. in cõstit. Neapolit lib. 3. rub. 9 quia frequenter, nu. 17. & decis. 307. n. 2. & decis. 511 n. 2. Freccia de subfeudis lib. 2. titu. de authoritatẽ & potestat. Baronis, sec-

tione 14. authoritas, num. 2. fol. 348. Camillus Borrellus de Regis cathol. prærogant. cap. 18. num. 33.

D lib. 10. epistol. ad Atticam. C Ferdinand. Vasqui. controuers. illustri. cap. 8. colum. 4.

tio personali astricti: *e* & ideo, pro eorum occisione recuperat dominus Rex *f* ab homicida mille solidos laccēses, cum pro homicidio Infantionis nihil capiat, quia eius morte non censetur damnum sentire in tributis, & peitis, sicut morte vassali conditionis.

Ex prædictis constat, vassallos † seruitutis nostri regni, non esse proprié seruos; vnde, nō licebit dominis eorum bona auferre, eosque malè tractare, cum hoc per obseruantiam regni non sit eis concessum, imò talis interpretatio ab omni pietate abhorret, indignumq; est, eam auribus christianis referre, cùm omne homicidiū, vt inquit Bald. *g* quantumcūque permissum statuto, habeat in se delictum, & dolum. Et Ethnici confessi sunt, † quód si domini sæuiant in seruos, & eos male, & crudeliter tractent, *h* cogantur eos manumittere, & pater filios emancipare; & pariter, inquiunt Doctores, *i* quod Barone male tractante sibi sub ditos, in quos iurisdictionem habet, etiā eis non cōquerentibus, possit dominus superior eos à potestate, qua abutitur, eximere: quia eius interest, ne auxilium cōtra æquitiā, famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur jis, qui eum deprecantur; & si monitus non desistat, castri iurisdictione, & dominio priuetur, quia non meretur dominari, qui iurisdictione, & dominio sibi concesso abutitur: qua ratione dicebat Bal. *k* quód licet monacho aufugere, absque eo quod sit apostata, si Abbas in eum sæuierit. Quæ doctrina, in dominis nostri regni verificari nō potest, saltim respectu dominij, cuius effectus est (vt supra diximus), ista, quam vulgus *absolutā potestatem* appellat, cum sint dominia allodiales, nec ab vllo dominiū suorū locorū recognoscāt.

Sed

E Illicitas, §. illicita, ff. de offic. Præsid. l. operæ enim, ff. de oper. libert. o. Camil. Borrel de Reg. catho. præst. c. 18. n. 2. & 3. & in additionib. ad specul. Principū, rubri. 46. §. donum, verb. Parangaria.

F Moli. noster in repert. foror. verb. Calonia homicidij. for. vnic. tit. de pœnis, cuius meminit obseruan. fin. ritu. de iniur.

G in l. 1. colu. 2. C. si à nō cōpet. iudic. Marsil. in pract. crimi. §. agredior, n. 13.

H l. si dominus, ff. de jis, qui sunt sui, §. sed maior, Instit. eod. Cācer 2. par. variar. cap. 2. n. 769. Michael Ferrer 3. p. obseruā. c. 320 I l. 2. §. dominorum, ff. de jis qui sunt sui. vbi Bal. n. 1 Borrel. de Reg. catho. præstan. c. 62. nu. 108. & seqq. Cācer variar. lib. 2. c. 2. nume. 167. Ioan. Francis. Capiblancus in tract. de iur. & authorit. Baronū. pragmatica 3. n. 73. & seqq. Codex Fabrianus lib. 3. tit. 18 deffinitio. 2. Ioann. Faber §. fin. Iustit. de jis qui sunt sui. Guid. Pap. decisio. 62. Grāma. decis. 104. & in additionib. ad Matthæ. decisio. 265. Albert. Brun. consil. 169. Roland. consil. 18. n. 19. lib. 3. Reguer. Sixtinus de regalib. lib. 1. c. 6. n. 34. & lib. 2. c. 13. n. 54. & duob. seqq. Gail de pace publica lib 1. c. 2. n. 22. & lib. 1. obseruatio. 17. n. 7 & obseruatio. 62. in fine, lib. 2. cap. priuilegia. c. tuarum. de priuileg. c. vbi ista 24. dist. c. priuilegiū. 11. q. 3 Balerque. in defensio. monitor. aduersus Ducē & Senatum Reipbl. Venetor. 4. p. n. 274. & seqq. Petr. Vinsfeldi. in cōmentar. ad titul. de iniuriis, & dāno dato, c. 9. q. 8. cōcl. 4. p. 668. & 669. argum. tex. in l. Imperator, ff. ad Trebel. l. cum dotem. §. si vero, ff. solut. matri. c. fin. de accusat. Roman. & Alexan. in l. diuortio, §. si fundū, ff. solut. matrim. Boher. decis. 132 & 304. n. 7. Guerrero in specul. fur. c. 10. n. 13. Oprinell. in l. Imperiū, n. 265. ff. de iurisdic. omn. iudic. Iaf. in Anthētica, qui rem, n. 5. C. de sacrosanct. Eccles. & in præludiis feudor. n. 69. Ferdinand. Vasqui controuers. illustr. lib. 1. c. 8. n. 17. & seqq. Roman. consil. 37. num. 1. Bal. in l. 1. §. despiciamus, & in d. l. 2. §. dominorū, ff. de jis qui sunt sui. & in c. 1. §. publici latrones. de pac. renēd. Grāmat. decis. 104. per tot. Lucas de Pena in l. si colon. 1. q. 12. C. de agricol. & cēns. facit tex. in l. 1. C. de emendat. seruor. & in l. fin. C. quemadmod. ciuilia munera inducuntur, lib. 10. l. cum satis, §. caueat. C. de agrico & cēns. lib. 11. Ludolph Schrader. tract. feuda. par. 9. á n. 59. cum seq. p. 392. c. 6. in 29. causa priuationis. Roland. consil. 18. n. 16. & 29. vol. 3.

k in cap. 3. colum. 1. de appellat.

L Castrens.

Sed tentari posset, procedere, & verificari respectu iurisdictionis vsurpatæ, & contra dominũ Regem prescriptæ, quod si in ea exercenda fuerint negligentes, requisiti, & moniti; poterit dominus Rex eam reassumere, [l] cum de facili ad suum fontem, vnde ortum habuit, reuertatur. Quemadmodum dicebat Abbas [m] de inferiori Prælato, qui contra Episcopum iurisdictionẽ prescripsit, vt eam solũ cẽseatur acquisisse, quatenus est solicitus, & vigil in ea exercẽda, alias, data negligẽtia, possit secũdũ opinionẽ Molinę eã reassumere, tãmẽ verius est, quod licet regulariter de iure [n] nulli denegetur recursus, cum omnis iurisdictio à Rege fluat, [o] & ad eum per appellationem, vel aliud genus recursus refluat, tamen vassallis Baronum secularium in nostro Regno denegatur recursus ad D. Regem, & hoc est, quod in ore nostrorum passim habetur, Barones † nostri Regni præscripsisse iurisdictionem priuatiue [p] ad Regem, ita vt in factis dominorum non se possit intromittere, nec grauamina ab eis, suis vassallis illata reparare, non quod illa inferre sit concessum, & licitum, sed quia lege est restricta iurisdictio ne puniat. Absit enim, vt in tantam insaniam prorumpamus, nostrosq; legum latores, qui æquitatem, & iustitiam semper ante oculos habuerunt (cum fori nostri Regni, vt inquit [q] obseruancia, iustitiam contineant, & iustitia in se contineat æquitatem) tantæ impietatis nota inuramus, asserentes voluisse permittere dominis illam sęuissimam tractationem, quæ nec dominis in seruos concessa est, [r] iuri naturali, & diuino, nec non humano repugnantem: cum domini erga vassallos se debeant habere tanquam in filios, nõ tanquam seruos tractare: quæ ratio licet iure antiquissimo attento, non esset apta ad eliminandam malam vassallorum tractationem, quo, vt supra diximus, licebat patri filios † occidere, [s] & quasi manus Regia vigere videbatur,

L Castrens. in repet. l. et hoc iure nu. 18. vers. & sic ciuitas, ff. de iust. & iure. Regner. Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 6. num 40. Peguera in decis. criminali. 36. nu. 10. Bouadil. in politic. lib. 2. cap. 16. nu. 82. cum tribus sequen. & nu. 89. Bardaxi in comment. ad priuil. general. Arago. num. 33. vers. habet tamẽ hæc conclusio, col. 3. fol. 37. Gramat. voto 28. Bal. cons. 439. vol. 3.

M In cap. irrefragabili. 5. col. de offic. ordinar. Nosser. Molin. in reper. verb. perroscentia, vers. per hoc roscentia an possit prouideri, & verb. iurisdictio. vers. fin.

N Menoch. cons. 406. nume. 29. Aluar. Velasc. tom. 1. consulta. 51. Bernard. Greue. ad Gail conclus. 7. consider. 2. num 13. & cõclus. 135. consider. 1. Surdus conclu. 277. per totum. Decia. respons. 47. volum. 1.

O Renat. Chopin. de moribus Parisiorum, lib. 2. tit. 2. num. 2. pag. 47.

P Gratian. decis. 145. nu. 2. Menoch. de arbitra. lib. 1. q. 40. num. 7. & 8. Ruin. cons. 7. num. 6. lib. 4. Maurus Burgius de modo procedendi ex abrupto, q. 78 num. 19. & 20. Abb. in c. cæterum. nu. 7. de iudi. Felin in cap. pastoralis, n. 9. limita. 6. & Decius nu. 5. de offic. ordina. Curt. Iun. cons. 3. & Albert. Brun. cõsil. 31. inter feudal. Natta cons. 580. num. 4. Socin. Iunior cons. 76. num. 90. & seq. vol. 4. Alciat. cons. 77. num. 2. Cephal. consil. 414. Pancirolus cons. 83 per tot. Gramat. decis. 30 num. 9. & 11. & 46. quem

declarat Camillus Borrellus decis. 201. Q Obseruant. tit. quod in assignationib.

R Deci. in l. vt vim num. 18. ff. de iust. & iur. & not. Aymon cons. 241. numer. 8. & faciunt iura supra relata.

S l. in suis ad fin. ff. de libe. & posthum l. fin. C. de patr. potest. l. placet. ff. de adquir. hæredit. l. serui, & filij, ff. de furt. l. congruentius, l. si filius, C. de patr. potest.

batut,ad auferendum bona,quæ nõ filio,sed patri quę-rebantur: hodierno tamen iure attento,satis conuincit, cum non liceat patri in filium,quantumcumquè in eius potestate constitutum, *t* sęuire, nec grauiorem pœnam filio inobedienti inferre, nisi illa, quæ legi, & potestati œconomicę Christianæ sit conformis,& quæ supradiximus erga seruos, circa restrictam à iure dominorum potestatem, multo magis in vassallis procedere deberent. *u* Nequè etiam,quoad bona, si à patre non sint profecta,tam amplum ius competit ei, solo vsufructu aduentitiorum reseruato. *x* Quid vero quærimus rationem in ijs,quæ ad sensum patent? Licet enim à verbis scriptis non sit temere recedendum, *y* periculosumquè sit,mẽtem sectari, *z* contra verba clara, & aperta, maxime in Aragonia, † vbi stamus cartę, *a* & iudex secũdum eam, & quod in ea scriptum est, nisi contineat aliquid impossibile,vel contra ius naturale,iudicare debeat,ita vt, quod carta nõ dicit,nec nos dicere debeamus: sed eius verba ex communi vsu loquendi intelligantur, *b* attento solummodo eorum speciali sono gramaticali, ita vt nulla subauditio, vel interpretatio admittatur,nec intellectus ad aliud distorqueatur, quam ad id, quod ipsa litera sonat,& quod oculis corporalibus perspici potest, *c* atq; ideo non debet dispositio foralis, loquens in casu vero

T d.l.in suis cum glos.fina.l.3.& l.fin.C.de patria potesta.l.neque,§.de plano, ff.de offic. Proconsul. l. respiciẽdum, §.furta,ff.de pen. d.l. congruentius,l. diuus. ff.ad legem Pompeyam de parricid Alexan. cons.135.nu.2.lib.1.Cepol. in authen. sed nouo iure,nu.54. C.de seru.fugitiuis,late Pinel.2.p.rubri. C.de bon. matern. à num.31.

V Bart.in d.l.diuus, & Pinel.vbi proxime.2.p. numer.17.

X l.fin.C.de bon. quæ liber.Pinel.in l.1.1 p.a numer.31.cum sequen.C.de bon.mater.Dueñas regul: 363.late Riminal. in §.1. institu. per quas perso. & Caualin.millelog.552.

Y Arnold.in tracta.de æquit.iur.tit.9.num.2.lib.1 facit tex.in l. quod constitutum,ff.de testam. milit. l.1.§.si is qui nauem, vbi Bald.de exercitor.action. l.4.§.toties. ff. de damno infect. Tiraquel. in d.l.si vnquam,verb.libertis, numer.2.& 4.Surd.decis.35 num.4.& 5.& decis.276. num.11.cum seq.

Z Alexan. cons.52. num. 31.vol.4.Viuiu.decis.261 nu.7.& seq.& decis.283.num.5.& seq.Schraderus tract.feud.p.10.sect.4.nu.17.& sect 7.nu.49.

A Obseruan.2.tit.de equo vulnerato,obseru.Item iudex de fid.instrum.latissime Oraci.Carpanus in lucubrationibus ad statuta Mediolani,cap.173.& 174.Aym.Crauet.cons.987.num.10. Camil. Gallin. de verb.signifi.lib.8.c.30.& 31.Menoch.cons.86.n.38. Catellianus Cota inmemorabilibus, verb. statuto cautũ est,p.785.Bart.in l.omnes populi,nu.65.vbi Crot.nu.204.de iust.& iur. Castrens.in l.1.nu.13.ff. si cert.petat.Anchar.cons.102.Socin.cons.129.nu.5.vol.1.Curt.Iun.cons.6.nu.7.& cons.47. nu.7. Rolan.cons.51.nu.12.& 13.& cons.62.n.36.vol.3.Alban.cons.20.Menoch.cons.325.n.17. & de adipiscẽ. remed.4.num.222.& 228.Alciat.cons.69.nu.17.Beroius cons.120.nu.9.vol.2.Cephal.cons.40. nu.50. Capra cons.98.num 16.Federic.Scotus in commentar.ad rubricam de oper:nou.nuntiatione,num.273. 283.& sequent.Portol.in schol.ad Molin.verb.fori Aragonum.nu.16. cum sequen. & noster eruditissimus aduocatus Ludouic.á Casanate in respons.pro Don Garcia de Funes & Villalpando.numer.565.& sequen.Surd.cons.220.num.13.Becc.cons.25.num.4.

B l.labeo,ff.de supelectile legata,l.librorum,§.quod tamen Cãsius delegat. 3. l. cum delanionis, §. assinam,ff.de fundo instructo.Paul.de Montepico in cons.85.num.33.Bald.in l.omnes populi, penult.col. vers.tertio nota,& nu.59.ff.de iust.& iur Alderan.Mascard.vbi sup.conclu.3.num.1.& seq.24.

C l.1.ff.de his quæ in test.delentur,cap.exit de paradiso prope fin. vers. super ipsa. de verborum signif. in 6.Bald.in l.2.num.8.C.de patrib, qui filios distraxe. Roland.cons.34.num.47.vol.4.Alderan.Mascar. de statuto.interpret.conclus.4.num 102.& seq.Sed Ioseph de rusticicis in repet.l.cum auus,lib.3.c.12. num.36.existimat scriptum dici,& si legi non possit cum præsumptiones iuris,ex litera deductæ de tenore instrumenti dicantur.§.si ita scriptum inst.de in vtilib stipulatio.l.sciendum,de verb.obligatio.l.1 ff.de vsuris,Bal.in l.ad probationem,C.de probatio rusticis.d.cap.12.num.28.

D Cas-

vero intelligi procedere in casu ficto, *d* vt puta si consensum alicuius requirat pro validitate actus, *e* non sufficiet ille qui fictione inducitur ex præsentia, & taciturnitate, nisi à foro casus fictus in omnibus, & per omnia æquiparetur casui vero: *f* & ideo Iurisperitos, in nostro Regno *Letrados* appellamus, *g* quod non habeant facultatem opinandi, iuxta suam mentem, sed sint obnoxij de necessitate literam sequi, & iuxta eam sensum suum regulare: vnde si quis in Aragonia se obligauerit ad aliquid faciendum, si possit facere, præciſſe compellitur ad factum, *h* nec liberatur prout de iure ciuili, *i* soluendo interesse, quia id venit in obligatione, quod in serie, & thenore instrumenti legitur, non quod intellectu percipitur, cum nõ habeamus tacitum: *k* Inde fit, quod in hoc Regno cessant actiones, quæ ex tacita conuentione de iure oriuntur, *l* vt sunt seruiaua, & quasi seruiana, nec etiam casus mixtus sub simplici comprehendetur: *m* tamen, vt absurdus intellectus vitetur, *n* non tam Iudaice verba obseruantiæ † intelligi debent, vt omnis 12 interpretatio sit reiecta, & verborum, & mentis: *o* cum verba habeant significationem propriam, impropriam, & impropriſſimam, & secundum vnamquamquè istarum significationum possint verba interpretari, *p* ad tollendum eorum absonum, & absurdum, ac æquitati, & iustitiæ repugnantem intellectum. Quæ est legis declaratiua interpretatio, quam fori nostri Regni non sustulerunt, sed tãtum hominis, restrictiuam, correctiuam, seu

D Carpan. ad statuta Mediolan. cap. 174 num. 57. par. 2. Alderan. Mascard. de interpret. statutorum, conclus. 10. nu. 16. & per tot.

E Vt in foro vnico, titul. que los menores de veynte años, &c. anni 1564. Bald. in l. 2 §. voluntatem ff. solut. matrimo.

F Foro vnico, titu. actus curiæ de filijs regnicolarum natis extra Regnum, Alderan. Mascard. d. conclusione 10. pumer. 32. & seq.

G Bouadil. in politic. lib. 2. cap. 10. num. 8. Fontanella de pact. dotal. clau. 4 glos. 8. p. 2. num. 26. fol. 72.

H Cap. 1. & cap. qualiter de pactis, Couarr. in cap. quamuis pactum, 1. par. §. 4. num. 6. de pactis in 6. Grego. Lopez in l. 3. glo. pudiesse faze., ad fin. tit. 14. parti. 5. Gutierrez de iuramento confirmatorio 1. par. cap. 39. nu. 4. & 5.

I l stipulationes non diuiduntur, 72 in prin. ver. celsus, ff. de verbo. oblig. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudica.

k l. ratum, ff. de solutio, l. in his, ff. de conditio. & demonstra. Benedict. in d. cap. Rainutius, verb. si absque liberis moreretur el 2. num. 111.

L l. Item quia, 4. ff. de pactis, l. 2. ff. in quibus causis pignus, vel hipotheca tacite contrahatur, § Item seruiana instit. de actionibus.

M l. si ita scriptum, ff. de liber. & posthum. Ioan. Crotus in l. Gallus, §. & quid tantum, num. 43. vers. decima sit conclusio. eod. tit.

N l. 1. §. nunc quæritur, ff. de Publicani, l. non absurdum, ff. de bon. libert. l. obsignare, §. fin. ff. de offic. Pro cons. Carpan. ad statu Mediolani, in prælud. a num. 298. & 2 p. cap. 174. num. 16. Camil. Gallin. de verbo. signif. lib. 3. cap. 8. & lib. 6. cap. 4. num 8. & 9. & cap. 19. a num. 1 & lib. 8. cap 4. Alderan. Mascard. de gene ra. statuto interpreta. conclus. 4. num. 110. & 114. cum duob. seq. Montepico cons. 85. num. 26. vers. hæc secunda conclusio, Ruin. cons. 141. num. 3. vol. 3.

O Camil Gallin. vbi proxime lib. 4. cap. 5. & cap. 8. Sebastian. Medic. in tract. de legib & statut. 3. p. q. 16. num. 12. & seq. docens viginti & vno modis dici quid proprie significare Molina de Medrano in suis allegationibus pro Domino Rege, super facultate creandi Locumtenente generalem extrancum, 2. par. num. 69. allegans for. 3, ibi, como segun la mente, tit. de offic. Iustitiæ Aragonum, & late Gallin. vbi proxime, a cap. 1. cum seq. lib. 2.

P Schraderus tracta. feudalis par. 9. 2 p. principali, sect. 7. nu. 29.

seu extensiuam; q cum verba, (vt inquit Cicero r) inuenta sint, quæ indicarent, non quæ impedirent voluntatem nostram. Ambiguitate namquè verbi, non est sq̃ rendus locus fraudi, vbi veritas quæritur; nam scriptum sequi, calumniatoris est, boni vero iudicis voluntatem scriptoris, auctoritatemquè defendere; quæ enim lex? Quod Senatus consultum? Quod Magistratus edictum? Non infirmari, aut conuelli posset, si verba deflectere noluerimus? Consilium autem eorum, qui scripserunt, & rationem, & auctoritatem relinquamus? Nec enim ius ex verbis pendet, s sed verba hominum consilijs, & auctoritatibus deseruiunt; nec verba in iudicium veniunt, sed ea res cuius causa verba in legibus coniecta sunt: Sic enim fraus, quæ verba sectando, mentem omittendo, t committitur, periurium distinguere, non dissoluere, aliquibus relatis exemplis nostri tradiderunt. u Quia nequè ea omnia, quæ legibus defendi possunt, iuris sunt, sed quæ cum æquitate (quam legum emendatricem appellant, x & alij legis laxamentum) & ratione conueniunt, quæ à Græcis *Epikeya* vocatur, secundum quam diffinitur à Theologis, y melius esse sequi mentem legislatoris, secundum altiorem finem, quam verba, secundum inferiorem, cum non tam exacte iusta, & iniusta discernere, quis valeat, z quin cum purgaminibus, nonnulla quandoquè decidant grana: quando ergo proprius sensus continet iniquitatē, a & ratio

Q De quibus late Medices vbi proxime, q. 16. & 17. & Camil. Gallin. in d. tract. de verbor. signi. lib. 6. per plura capita, & lib. 8. a cap. 1. cum multis sequen. Barbos. in 4. p. rubr. ff. solut. matrim. num. 51. vers. quinimo videtur, & Hortensius Cabalcanus vbi supra 4. p. a num. 380 cum seq. Doctissimus Michael Pastor decis. 202. nu. 37. inter decis. D. Iosephi Desse. par. 2.

R In oratione pro Cecinna, Garcia de Hispan. nobilita. glos. 2. §. 1. num 6. Aymon. cons. 186. nu. 5. Bal. cons. 457. lib. 3 & 352 lib. 1. Ferdinan. Vasqui. lib. 1. controuers. illustri. cap. 43. num. 4. & Gallin. vbi supra. lib. 1. cap. 4.

S Seneca lib. 12. epist. 84

T l. non figura, ff. de action. & obligat. l. stipulatio. la grande, vers. Sabinus ex magna, ff. de verb. obligat. Arnold. in tracta. de q̃ quit. iur. lib. 1. tit. 16. num. 7. Connan. commentar. iur. lib. 1. cap. 11. nu. 7. pag. 69. B. Duare. tit. de legib. cap. 8.

V Corne. cons. 29. vol. 3. Cephal. cons. 179. num. 1. vol. 2. Tiraquel. in præfatio. de retract. lignagier, nu. 73. Arnold. vbi proxime lib. 1. tit. 10. per tot. Camil. Borrel. in additio. ad Bellug. rubr. 1. verb.

mentem legislatorum, Anton. à Sola in constitutiones Sabaudię 2. par. tit. de edict. annonæ, glos. 8. nu. 3. & sequen. Ioseph. Gonçalez variar. quæstionum, cap. 36. num. 53. & sequen. facit tex. in l. non dubium, C. de legib. & in l. si libertus minorem de iur. patronat. Surd. in tracta. de aliment. tit. 9. q. 17. num. 18. & sequen. & decis. 35. num. 14 & decis. 43. num. 8. & 9. decis. 168. num. 26. facit tex. in l. nominis, & rei. 6. §. verbum ex legibus, ff. de verborum significatione, l. scire oportet, §. aliud de excusat. tutor. Glos. intentionis in cap. si propter tua de rescript. in 6. Alciat. in l. bobes, §. hoc sermone, de verbor. signif. Vasqui. controuer. illustri. lib. 1. cap. 30. Matheacius de via & ratione iuris, lib. 1. cap. 30, numer. 17. & sequentibus.

X Arnold. in d. tract. de æquitat. iuris lib. 1. tit. 15. num. 6. ad medi. Bornin. Caualcan. 3. p. decis. 1. num. 32. decis. 4. num. 34. & decis. 5. nu. 6. Aym. Cravet. cons. 221. in prin. Bald. in l. ea quæ, q. 11. num. 12. C. de condict. indebit. Carpan. vbi sup. in prælud. num. 245.

Y Lesius de iust. & iur. lib. 1. cap. 2. dubitat. 3. pag. 9. & lib. 2. cap. 47. dubita. 9. pag. 687.

Z Soto de iust. & iur. lib. 5. q. 4. art. 2.

A l. in ambigua. ff. de legib.

B l. me-

ratio legis repugnat, *b* verba offendi possunt, *c* ex ratione legis, quæ vel in ea expressa sit, vel pro expressa habeatur, *d* cum vnica tantum assignari possit, & de stricta significatione ad latam extendi, cum omissum dici non possit, quod sub ratione legis continetur, *e* ne alias, cum legem seruare volumus, contra eam faciamus. Vt est elegans exemplum apud Ciceronem, *f* qui Cęcinam non deiectum, sed eiectum, hoc est, metu ad fundum non accessisse, contendebat, in ædictum non commisisse, cum eius verba sint: *si quis de fundo aliquem vi deiecerit*, & sic volebat non comprehendi eiectum, quod quam durum sit, quisquè videat, cum leges non sui gratia, sed reipub. latę fuerint, in quibus, & si charta standum sit, non solum quæ ex verbis apertis percipiuntur, dicentur in charta contineri, sed etiam quidquid presumptiue ex illis colligi poterit, *g* secundum idēticatem, vel maioritatē rationis in eis expressę, *h* vel quæ ex prœmio, seu legis præfatione colligi possit, *i* nō secundum vniuscuiusquè ingenioſi Iurisconsulti intellectum, & arbitrium, quod nostri maiores dum chartę stando esse statuerunt, auferre intenderunt: sed secundum id, quod omnes opinantur, & consuetudine, seu obseruantia receptum est: *k* quæ potius assuetudo erit

B I. meuia, ff. de manumiss. testam. l. 1. in fin. ff. de supellect. legat. l. si vno in principio, ff. de locat. l. insulam, ff. de præscrip. ver. Clementi. exiui de paradiso. de verb. sign. Euerard. in topicis legalibus loco 46. à materia subiecta, & Dinus in c. fin. de reg. iur. in 6. Rolan. cons. 3. n. 13. vol. 1. & cons. 39. n. 9. vol. 4. Caualliu. milleloq. 27. Deci. cons. 88. nu. 12. lib. 1. Gutierrez practica. lib. 3. q. 14. nu 126.

C Glos. notabilis in authent. vt ij qui obligatas, §. quæ omnia, verb. ad curationem, collat. 6. Surd. decis. 129. nu. 10. & 174. num. 12. & 13. Aym. de antiq temp. 4. p. in prin. nu. 83. Becci. cons. 62. n. 10. Bald. in auth. quas actiones, vbi Iaff. nu. 22 C. de sacrosanct. Eccle Otacius Carpanus in prælud. ad statuta Mediolani, nu. 133 134. cum seq Gallinaceus de verb. sign lib. 3. c. 5. n. 5. & 10. Simon de Prætis cons. 189. nu. 7. vol. 1.

D Glos. in l. quamuis, C. de fideicom. vbi not. Bal Surd. cons. 240. nu. 14 & 241. nu. 25. Decian. resp. 30. num. 13. vol. 3. Paul. de Montepico cons. 85. nu. 27. Alderan. Mascard. de genera. statuto. interpret. concluſ. 4. nu. 157. 169. & 170.

E Aym. cons. 62. nu. 14. & cons. 130. nu. 7. Surd. decis. 202. nu. 1. & 2. Tiraqu. de retract. consanguinit. §. 2 glos. 1. nu. 19. & 20. Paris. cons. 16. nu. 24. cons. 66. nu. 63. vol. 3. Socin. Iun. cons. 128. nu. 190. vol. 1. Menoch. de arbitr. c. 63. nu. 10. & cons. 4. n. 34. & cons. 14. n. 15. & decis. Rotæ 141. n. 6. 2. p. in nouissimis.

F Vbi supra.

G Surd. cons. 201. num. 14. Alexand. cons. 126. 144. vol. 6. Bart. in l. 1. ff. de ijs quæ in testamen. delentur, Felin. in c. translato nu. 2. & 3. de constit. Xuarez in l. post rem iudicatam, in 2. extensione, in declaratione legis Regni, nu. 1. & seq & facit tex. in l. si duo, §. Marcellus, ff. de iureiuran. vbi Iaff. & in §. fuerat, nu. 60. insti. de action.

H Alexand. cons. 80. num. 6. lib. 1. DD. de Rota decis. 686. num. 2. Alderan. Mascard. vbi proxime conclu. 4. nu. 113 & 174 & conclus. 5. nu. 9. & 28.

I Ofasc. decis. Pedemonta. 58. num. 5. & seq. Parisi. cons. 83. num. 15. & seq vol. 3. Cravet. cons 192. nu. 21. Decius cons. 10. nu. 12. Gozadi. cons. 1. nu. 16. Menoch de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 2. nu. 13. Alexan. cons. 7. nu. 5 vol. 2. & cons. 54. nu. 11. vol. 4. Bart. in l. fin. nu. 3. ff de hęredit. instituen. & in l. 1. in princ. ff. ad maced. Alderan Mascar. vbi proxime, conclu 2. nu. 176. & seq. 187.

K Ioan. de Amicis cons. 42. vers. tertio coniugali, Bertazolus cons. 71. nu. 21. in ciuilibus, Alex. cons. 39. col. 1. vol. 3. & cons. 21. in fin. lib. 6. Alderan. Mascar. vbi sup. conclu. 2. n. 139. & seq. 154. per tex. in l. si de interpretatione, & in l. nam Imperator, ff. de legib. & conclu. 3. nu. 41. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. c. 6. num. 58. Gutier. cons. 1 nu. 39. Nata cons. 406. num. 25. Menoch. cons. 21. nu. 9 & 390. num. 16. & 400. num. 12 & 341. num 5. & 349. num. 15. latissime Iosephus Ludouic. commu. concluſ. conclu. 38. per tot. omnes in cap. cum dilectus, de consuetudine.

L Aymon

erit appellanda, nec temporis præscriptione indigebit, *l* vt ex illa, fori nostri in dubijs emergentibus interpræ-
tari valeant: imo si illa nota sit iudicibus, tenerẽtur eam obseruare etiam in decisorijs. *m* Cum ergo obseruan-
tia nostri Regni asserat, quod vassalli seruitutis possint à dominis bene, vel male tractari, prohibito voluntatis: non adeo insulle hæc verba interpretanda sunt, vt licita sit dñis hæc vassallorũ mala tractatio, sed solũ impunita, absq; vllo ad superiorem recursu, & hoc sensu procedit vassallos seruitutis, † quod attinet ad ius ciuile Arago- 13
num, pro nullis haberi, vt de seruis dicebat I.C. *n* cum domini, hac potestate vtentes, possint eis nullam omnino regulam foralem seruare, & ideo apud ipsos pro nihilo reputantur: cum tamen Infantiones, in locis eorum habitantes, aliquid existimentur, quia in eis ius cõ mune Regni debet seruari, nec valeat ex abrrupto, & manu Regia, contra eos procedi: inde dicti, *Fidalgos*, quia filij alicuius sint, vt Græcis, & Latinis scriptoribus comprobant Couarr. *o* & Garcia, *p* late quid verbum, *algo*, significet, explicantes, quasi filij eorum sint, qui aliquid habebant, scilicet castra cum vassallis, cum cætera bona maiores pro nihilo reputarent.

Milites etiam, cuiuscumquè generis militię sint, pariter sunt ab hac potestate Dominica exempti, siue sint primi generis, † qui vocantur *de espuela dorada q*, 14
de quibus debet intelligi forus nostri Regni, *r* prohibens ne filius villani ad gradum militię valeat promoueri. Hocquè ab antiquo illo vsu, donandi per Imperatores annulos aureos, forsan descendit, quos, vt inquit Budęus, *s* solis ingenuis donare licebat, qui etiam antiquitus à Censore in ęquestrem ordinem lectis tribuebantur, *t* vt eos annulus aureus à plebe distingueret: Ius autem annullorum aureorum, tam ingenuis, quam libertinis tribuebatur, vt annotatum est a Celio Rhodiginio, *u* Augustum Cęsarem iura annulorum aureorum

L Aymon. Cranet. consil. 118. num. 2. & cons. 201. nu. 10. & 274. num. 7. & 294. num. 8. Paul. de Castro cons. 348. nu. 4. lib. 1. Alderan. d. concluf. 2. nu. 159. & seq.

M Doctor Michael Pastor huius Regni disertissimus Aduocatus, ac diligentissimus, & eloquentissimus causarum patronus, inter decisiones D. Iosephi Sesse, decis. 203. num. 51 Alex. cons. 14. numer. 1. in 5. Decius cons. 402. nu. 10. & cons. 447. ex num. 10. M. Anton. de Amatis decis. 95. num. 6. & 7.

N l. quod atinet, ff. de regu. iur.

O Lib. 4. variar. cap. 1. & Sebastian. Ceuarr. in thesauro de la lengua Castellana, dictione fidalgo, folio 401. col. 3. & seq. Fray Ioan de la Puente en la conuiniencia de las dos Monarchias, lib. 4. cap. 5. §. 2. pag. 237.

P De nobilitat. glos. 18. num. 18. 19. & 36. latissime post alios Gutier. practicar. lib. 3. q. 13. per tot. Villadiego in prolog. del fuero Iuzgo, glos. legis secundæ, nu. 29. & seq.

Q Garcia vbi proxime, glos. 1. §. 1. a nu. 51.

R l. tit. de creat. militum.

S In annotatio. ad legem finalem de Senator. pag. mihi 198. quem in hoc increpat, Forcatul. in Eupidi. iurisperit. cap 15. n. 6 Menoch. de arbitrar. centur. 5. cas. 402. nu. 4. Alex. ab Alex. lib. 2. dierum gẽnialium. cap. 29. in princ. pag. mihi 254.

T Ioan. Rosinus lib. 1. antiquit. Romanarum capit. 17. & Carol. Sigonius de antiquo iure ciuium Romanorum, lib. 2. cap. 3. vers. postremo vero, Iust. Lipsius electorum, lib. 2. cap. 8. pag. 471.

V Lib. 6. lection. antiquarum, cap. 12. & Menoch. d. casu 402. nu. 7. & 8.

reorũ donasse Antonio Mussa, Medico, libertoque suo; necnon Menne x Sexti Pompeij liberto, post proditã patroni sui classem; quod magis tertio generi militię cõuenit, cùm, qui illud ius habebãt, nõ mutarent conditionẽ, sed solum ingenuitatis iura obtinebãt, dum viuebãt, de quibus inquit noster I.C. y quod viuunt quasi ingenui, & moriũtur sicut liberti. Secũdo genere militię fruũtur illi, qui priuilegio Regis milites creãtur: de quibus dici potest, quod de libertinis dicebatur, quod imaginẽ in genuorũ induebant: z ita isti magis imaginẽ militiæ induũt, quàm veri milites fiant, cùm nobilitas carnis, quæ politica dicitur, trib⁹ principaliter cõficiatur, scilicet natalitiũ antiquitate, diuitijs, & honoribus, Qui enim maiorũ suorũ imagines habebãt, antiquitus nobiles dicebantur, a vel qui ius ponẽdi imagines habebant, nõ enim ex genere, sed ex imaginũ multitudine omnis nobilitas, & imagines ex magistratu; quæ cum suis titulis idcircò in prima ędiũ parte poni solebãt, vt maiorũ virtutes posteri non solùm legerẽt, verum imitarẽtur: Imagines enim solis ijs, qui Magistratus curules gessissẽt, ponere licebat, vt Ædilibus Curulibus, Prætoribus, Cẽsoribus, & Cõsulibus, quarũ loco arma, b & insignia nostri tẽporis successerũt: inde originẽ habet hodierna cõsuetudo ponendi arma, & stẽmata nobilitatis, supra portã domus, vel Palatij. Vnde nõ solum creatione, sed assumptione in Senatũ, seu cõsiliũ Regiũ, c nobilitatẽ quis adipiscitur: & licet Principes, sua sola volũtate, possint priuilegia nobiliũ d, quibus voluerint, cõcedere: nunquam tamen veri nobiles fient, nisi prędicta cõcurrant. e Sicut requisitus quadam die Sigismundus Cæsar à quodam plebeio, sibi admodũ dilecto, vt illũ faceret nobilẽ. Respondit, diuitem,

x Tiraq. de nobil. c. 31. nume. 63. & Sigon. vbi proxime in fin.

y l. falsa, ff. de cõdit. & demõstr. l. etiã. de bon. libert. Cuiac. li 4. obseru. c. 5

z l. vnic. C. ad leg. Visceli. cum multis cõgestis à Plin. lib. 33. natu. histo. ca. 1 Cona. li. 2. cõmen. iur. c. 12 Alex. ab Alexã. lib. 2. dierũ genni. c. 19. Sueto. in Claudium, c. 25. ibi, Claudium Cęsarẽ imaginarię militię genus instituisse, &c. Paleot de not. & spur. c. 62. n. 5.

A Ioan. Rosin. antiquita. Romana. li. 1. c. 19. Carol. Sigo. de antiquo iur. ciuiũ Romano. li. 2. c. 20. Iust. Lipsi. d. lib. 1. elector. c. 29. pagi. 442. facit tex. in l. ex liberalitate, versi. Neq; eius nomine, ff. de operib. publi. Tiraq. de nobil. c. 6. nume. 15. Ludoui. Gomez, §. pœnales, n. 5. Institu. de action. Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina, nu. 97. de causs. possessio. Gutier. canonic. quæst. li. 2. c. 14. n. 11. & practic. lib. 3. q. 16. n. 46. Vale. Maxi. c. 8. l. iniuriarũ, la 2. §. si quis, de honorib. ibi, Imaginẽ, ff. de iniur. l. si legatũ, in prin. ff. de operib. publi. l. lex quæ administratores, §. Nec vero domum, C. de administ. tuto.

B Casa in cathal. glo. mũdi. 1. p. cõside. 38. cõcl. 10. & Tiraq. de nobilit. d. c. 6. n. 15. & 16. Bart. in l. eorũ. ff. de pœn.

C l. 2. in prin. C. de legib. l. quisquis, ibi, Pars corporis nostri sunt, C. ad legẽ Iul. maiest. l. 1. vbi Bart. &

Ioan. de Plate. in l. ius Senatorum, & l. Senatorẽ, cum l. sequen. C. de dignitat. lib. 12. Bonus de Curtilis de nobilita. p. 3. nume. 142. Guid. Pap. decis. 376. n. 1. Renat. Chopin. de dona. Frãciæ, lib. 2. tit. 26. n. 12. Tiraq. de nobil. c. 6. nume. 21. & Sixti. de regalib. lib. 2. c. 15. n. 22.

D Bar. in d. l. 2. n. 62. C. de dignitat. lib. 12. & Bonus de Curtil. in tract. de nobilita. p. 2. num. 51. & 52. & Tiraquel. c. 6. n. 1. & per tot. Fului. Pacian. in tract. de probat. lib. 2. cap. 26. n. 19. cum seqq. Petrus Calefatus in specul. nobilitatis. n. 7. Medicis in tract. de diffinitionib. 2. pa. diffinitio. 42. Gutierr. practicar. lib. 3. q. 14. n. 58. & q. 16. n. 35. & 110. & q. 17. n. 132. Guardiola de la nobleça de España, c. 4. & 5. Villadiego in prolog fori juzgo gloss. legis octauæ, num. 36.

E Otalora de nobilitate, 4. par. c. 1. num. 2. cap. 6. num. 24. Rebuf. in praxi titu. de rescript. nobilitatis, nũme. 3. Rodericus Zamorens. in specul. vitæ humanæ, lib. 1. cap. 5.

tem, & exẽptum te facere possum; nobilem verò minimè. Quod est intelligendũ de vera nobilitate, non verò de pręsumpta, & ciuili; *f* nam (vt inquit Seneca) nõ facit nobilẽ atriũ plenũ fumosis imaginibus, animus est, qui facit nobiles, vt cecinit quidam Poeta: *g*

Sis licet ingenuis, clarisq; parentibus ortus,
Esse tamen vel sic bestia magna potes.
Adde decus patriæ, & claros tibi sume propinquos,
Esse tamen vel sic bestia magna potes.
Sint tibi diuitiæ, sit larga, & munda supellex,
Esse tamen vel sic bestia magna potes.
Denique quidquid eris, nisi sit prudentia tecum,
Magna quidem, dico, bestia semper eris.

Tamẽ, quia hæc priuilegia, in maximũ vniuersitatũ detrimentum, passim à Regibus cõcedebãtur per Regem Ioannẽ II. fuit cõditus forus, *h* quod nõ possint deinde creari milites, nisi qui essent in possessione Infantionatus, vel in expeditione belli: quod est intelligendum ob merita belli, & pro rebus in bello rectè gestis; vt fuit declaratũ in Curia D. Iustitiæ Aragonũ. * Sed etiã est qualitas foralis, vt possit quis creari miles, si sit ciuis honoratus ciuitatis Cęsaraugustæ, *i* ideſt in matricula vitorũ cõsulariũ descriptus, *k* aut Doctor in scientia regia iuris; licèt hæc vltima in Aragonia personalis sit, neque in filios descẽdat, vt tanquã ex milite descendentes, Infantiones maneant: licet frequẽter & bellica virtus, & literaria peritia origo nobilitatis extiterint, & qui in his duob⁹ maximè cęteris excelluerint noti à se, à seq; orti, homines noui, & filij terræ vocabãtur: quia suas tãtum, nõ verò maiorũ imagines habuerint, eorum verò posteriores nobiles existerent.

Tertiũ genus militũ est, eorũ, qui vulgariter vocãtur, *Caualleros pardos*, qui parũ distãt à proximè relatis, nisi quod certis solẽnitatib⁹ crearẽtur cũ nec nobilitatẽ adquirãt, sed tantũ exẽptionẽ à tributis, & peitis, qui vocãtur, *Infantiones de carta, l seu de priuilegio*; ac proprius *frãchi*: sicut illi, qui nõ origine ciues Romani erant, sed ob merita ius Vrbis illis dabatur, *m* aliquando verò ob pecuniam. *n* De quibus debent intelligi vltima verba Fori Regis Ioannis, ibi: *E que el que aura seyer creado Caullero de otra natura, e condicion delas sobredichas, haya de tener armas, y caullo suyo.* ° Sicut equites Romani dicebantur olim

F Bar. in d. l. 1. Paleot. de not. & spur. c. 61. nu. 1. & c. 62. n. 4.
G Codr. Vrceo. in Epigrã.
H Terti. de crearo. milit.
* in processu procuratoris fiscalis cõtra Petrũ Lozano die 18. Ianuarij 1576
I obseru. 1. in fin. titu. de conditio Infantiona. & forus vnic. tit. de los Doctores en Drecho. D. Petrus Cenedo 2. p. collect. 15. n. 5. Didac. Perez post plura Doctorum priuilegia relata li. 4. Ordina. l. 1. titu. 1. verb. Nobleça. p. 773 vers. Est tamẽ dubium, vbi ad partes late disputat.
k Fõtanel. de pact. dotal. clausu. 3. glos. 2. n. 1, & 77
L obseruan. fin. tit. interpretatio qualiter, & in quib⁹ for. mulier francha. & for. ingenua, tit. de iure dot. Barr. in l. si is qui pro emptore. vbi Ias. n. 292. ff. de vsucapion. Hierony. de Blanc. in commentar. rerũ Arahonens. tit. de optimatib. & Palatinis. pag. 305. Bardaxi de offic. Gubern. q. 5. n. 34. & nouissime & eleganter noster Sesse 1. p. decis. 1. á n. 12. cum seqq.
M Vvolephangus Lazius lib. 12. Reipublicæ Romanæ cap. 1. pag. 888. in fin.
N Act. Apostolor. cap. 22 vers. 27. ibi, Ego multa summa ciuitatem hanc cõsecutus sum. vbi alij legunt, ciuilitatem.
O consonat l. 7. titu. 2. lib. 6. Recopil.

sim, p quibus à Censoribus lectis, & in numero equitum descriptis, equus publicus tribuebatur, cuius adeptio grauissima equiti Romano ignominia erat: nõ quod actu debeãt habere isti equites equum, & arma propria: sed sufficiat, si parati existant Regi, tempore belli, armati, & equites seruitium exhibere, vt foro satisfiat; pro vt in simili tradit Garcia q decisum fuisse in Curia Pintiana, omnes tamen prædicti, si in locis dominorũ habitẽt [e]qualiter liberi, & exẽpti ab eorum absoluta & dominica potestate sunt, quę nisi in vassallos seruitutis exerceri nõ potest: & licet nobilitas nõ prę sumatur, cum nõ sit qualitas naturalis, sed accidentaliter homini superueniat; tamen si quis litiget † cum domino, prętendens esse Infantionem, debet medio tempore protegi, ne dominus vtatur in eum absoluta & dominica potestate, saltim quo ad executionem irretractabilem, & onera extraordinaria, cum hoc respectu, petens se declarari liberũ, debeat haberi pro libero, r &, litependente, tuendus est priuilegiatus in suo priuilegio: s verificaturq; doctrina eorũ, t qui dicunt, quod seruus petẽs libertatẽ, pendẽte lite, habeatur pro libero. Sed quo ad alios effectus distinguitur, & nõ passim pro libero habebitur, u vtputà quo ad ordinariã potestatẽ; atq; ita pendẽte lite cogetur cum cę teris vassallis tributa soluere, & onera subire, donec saltim quo ad possessionẽ, Infantio declaretur, x vel super ea iurisfirmã obtinuerit, quia nec pro libertate, neq; cõtra libertatẽ præsumitur, sed solum attenditur status personę, y an scilicet in possessione libertatis, vel seruitutis sit. Et hæc fuit causa & origo firmarũ † Infantionię, quę vulgó, *volãderas* appellãtur; ne quis sine causę cognitione pos-

15

16

P Stephan. Vvibând. Pigi. in annalib. magistratuũ Romanorũ, lib. 3. pagi. 167. & 168. Petr. Herod. rerũ iudicatar. lib. 2. sit. 26. c. 14. Q vbi supra gloss. 1. n. 59. R cap. fin. vt lit. pendent. l. cum aliquis. C. de iur. de liber. l. diximus. ff. de excũ sat. tutor. cum declaratione Baldi in l. 2. C. vt litepẽden. de qua per Mãdel. consi. 20. n. 14. idem Bal. in l. addictos. C. de Episcopa. audient. cum concordan. ibus per Iaſ. in § pœnales. n. 108. Iustitut. de action. Purpurat. in l. 1. n. 581. ff. de offic. eius, &c. Alexan. in l. 4. C. condemnatum, n. 10 28. in fin. & 29. ff. de re iudic. Bald. in l. 1. n. 52. vers. Præterea exceprio, C. de ijs qui accusar. poss. & in l. eum qui, n. 2. C. de adulter. Cãcer variar. 2. p. cap. 10. n. 34. & 35. Canalli. milleloq. 726. n. 4. & milleloq. 722. & 723. notat late Alexand. in l. 3. §. si seruus, n. 7. de adquir. possess. & faciunt dicta Ripæ in d. l. 4. §. cõdẽnatum, n. 21. vbi Iaſ. num. 9. Matthæ. de Afflict. in constitu. Neapolit. rub. 1. n. 12. Iul. Glar. in praxi, § fin. q. 94. n. 10. S Moli. verb. Litepẽdẽte, fol. 210. Grãmati. decis. 67. n. 7. Couar. li. 1. variar. c. 16. n. 16. & Barda. in priuile. general. Aragon. n. 3. Gutier. practicar. lib. 1. q. 25. T l. ordinata, ff. de libera. caus. l. lite. C. eod. nor. Baldus in l. si is qui, §. si serff. de vsucapio, Casane. in consuetu. Burgun. rubr. 9. de manis mortes, §. 2. Nellus in tract. de baunitis, 4. p. 1. tẽporis. q. 5. Casane. cõs. 54. in princ. & colu pe nul. Curc. iuni. cõs. 124. Bart. in l. 2. col. 2. ff. si quis in ius vocatus. Abb. & Anto. de Butri. in c. si Clericus laicũ, de for. comp. Cepha. cõs. 241. n. 28. Surd. decis. 6. n. 8. & 9. Guilie. Benedict. in c. Raimũtius, verb. Nõmine Andelasiã, n. 95 2. Paz in pract. 3. tom. c 9. §. 4. facit tex. in l. denũtiamus. C. de ijs qui ad Eccle. cõfu. & in l. 1. C. qui dar. tutor. poss. l. 4. tit. 5. parti. 3. V l. si cui. §. licet. ff. de liber. caus. l. liberis. eod. titu. l. qui status. ff. de re milit. & not. DD. in l. 1. §. per seruũ. ff. de adq poss. X c. cum personæ, de priuileg. in 6. l. 9. tit. 11. li. 4. Recop. & l. 6. tit. 2. li. 4. Ordin. Cancer 2. p. varia. c. 2. n. 261. & seqq. not. Palaci. Rubi. in c. per vestras, 2. notab. §. n. 43. de donat. inter vir. Couar. li. 1. varia. c. 16. n. 11. Otalo. de nobil. 3. p. 3. part. princ. c. 2. n. 5. Bar. Iaſ. & alij in l. si prius. ff. de nou. oper. nunt. Bal. post alios in l. vis eius. C. de probat. & Ruin. cõs. 28. vol. 4. & tex. in l. penul. ff. de aqua quotid. &c. Y Bar. post gloss. ibi in l matrẽ, in noua lectu. C. de proba. in l. is potest. n. 15. vers. Videamus qualiter. ff. de adquir. hęre. Pacir. de proba. li. 2. c. 19. n. 24.

ne poſſeſſione ſuę Infãtionię, in qua ſe aſſerit exiſtere, priuetur: hocq́; modo ſe iactãs prouocat regium fiſcũ, & vniuerſitatem ad iudiciũ ſuper ſua Infantionia, ꝛ ſemperq́; antiquitus tale Infantioniæ iudicium à præſentatione iſtius firmæ incipiebat. Ex qua, vt inquit noſter I.C. Vlpianus, [a] fiducia ingenuitatis ſuæ in ſe ſuſcipit probationes (vocitando [b] fiſcum & vniuerſitatem, vt contradictionem faceret, ſi defenſionibus ſuis confideret): ſed ſunt † aliqui noui & exteri homines, qui pecu 17
nia redemptis teſtimoniis, vel ex aliqua longinqua regione, vel ex aliqua iam defecta familia, ſibi auos, vel atauos fingẽtes, ex ignotis, notos; ex obſcuris, claros; ex plebeiis patritios & nobiles eſſe contendunt, & probare nituntur. Sunt & alij, quorum licet aui, & ataui noti ſint, ac virtute, & honeſtate familiæ perſpicui, (quorum virtutẽ, & bonitatem, vtinam ipſi imitarentur) tamen diuitiis in eam ſuperbiam, ac vanitatem efferuntur, vt nomina auorum paruipendeant, & illa vel omnino (nulla iuſta impellente cauſa) deſerant, vel aliud fictitium nobilioris familię aſſumant, quaſi Deum increpantes, cur eos nõ ex nobilioribus parentibus procreauerit, cui vt inquit Apoſtolus: [c] *Nemo poteſt dicere, cur me feciſti ſic: An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam.* Sed hæc omittamus, quia vt inquit idem Paulus, [d] *vanitati creatura ſubiecta eſt*, maxime diues, [e] cui ſæpé euenit, vt inquit Ann. Seneca: [*] *Vt dum notus nimis omnibus fieri procurat, ignotus moriatur ſibi.* Sed ad inſtitutum reddeuntes, dico, quod ex ſupra dictis infertur, quòd † ſi in lo- 18
co adſit burſa, ſeu matricula, in qua ſoli Infantiones ſint deſcripti, & inſeculati, non debet quis litependente deſcribi, neque ad officia, Infantionibus tantum debita, promoueri, [f] neque à contrario, ſi deſcriptus, aut ad munera, & honores Infantionum aſſumptus ſit, debet inde litependente, remoueri, [g] etiam poſt primam ſententiam, pendente appellatione, ſed omnia integrum ſtatum, & illęſſum debet retinere, quem habuerunt tempore litis motę: & hoc quoad ordinariam poteſtatem, nam quoad extraordinariam, quę abſoluta à noſtris appellatur, litependente non iudicabitur vaſſallus,

Z Molina verbo, Infantiones, in practica procedendi ſuper Infançonia, fol 176. colum. 4. & folio 177. col. 1.
A in l. circa. 14. ff. de probatio.
B l. diffamari, 5. C. deinge nuis manumiſſ.
C ad Romanos c. 9.
D ad Romanos c. 8.
E vt enim inquit Marcus Marinus in Arca Noe, Hebraice dicitur Ric, quod à Latinis vanitas,
* in Thyeſtem act. 2. in fine, vbi ſchol. Mart. Anto. del Rio, pag. 214.
F ex traditis per Couarruui. vbi ſupra, & Otaloram vbi ſupra, cap. 3. nume. 5, argumen. dictæ legis, qui ſtatus, ff. de re milita. l. reus delatus. ff. de muner. & honor. l. ſi vt proponis, C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. cap. omnipotens. vbi gloſſ. & Doctores de accuſat. l. qui de libertate, ff. de liber. cauſ. Gutierrez lib. 1. practicar. q. 25. Auendan. de exequen. lib. 1. c. 19 n. 23.
G Couarru. & Otalora vbi ſupra num. 8. argumẽ. text. in ca. non ne 8. quæſtio. 4. gloſſ. in cap cum nõ liceat, de præſcript. gloſſ. in cap. ſæpe, vbi Abb nume. 14. de appellat. text. in l. 2. §. fin. ff. de pen. & in l. 1. §. integer, ff. nihil nouari appellat pendent. l. qui à latronibus, §. ſiquis, l. eius, § fin. ff. de teſtam. l. furti. §. 1. ff de ijs qui notant. infam. Viuius deciſio. 455. & nota. per Gutierrez lib. 1. practicarum quæſtionum, q. 39. per tot.

vassallus, sed Infantio, quemadmodum licet lis nulla inter dominum & seruum, patrem & filium, in potestate constitutum subsistere possit, h tamen super filiatione, patriavè, ac dominica potestate lis subsistet, & ea pendẽte, quo ad eam, nec pro filio, nec pro seruo reputabũtur: sed poterit seruus tanquam liber transigere, i eiq; pendente lite super statu, si propter ætatem se defendere nequeat, tanquam libero tutor dabitur. K Quemadmodum ergo, si lite pendente adsit suspicio, quod possessor non solum dilapidabit fructus, sed etiã rem, eius administratio interdicetur: l ita pariter propter metum Baronis, volentis vti sua absoluta potestate, poterit per Curiam D. Iustitiæ Aragonum inhiberi, ne lite pendente ea vtatur, vt fuit prouisum hominibus de Fauara cõtra dominum, cum quo litem gerebant, anno 1542. licet postea fuerit talis inhibitio reuocata per tres Locumtenẽtes, repugnantibus (& meo iudicio, ni fallor iure) aliis duobus. Et similis inhibitio fuit prouisa nostris temporibus hominibus de Pina, contra Comitem de Sastago eorum dominum, quia facinus, cui non resistitur, fouetur, m & cum perturbare facinorosum possis, & à violentiis, & iniuriis innocentem oppressum defendere, si non facias, fouere est. Si autem executio, quę ex potestate absoluta timetur, retractabilis sit, impediri non debet, sed dici posset, quod pẽdeat n ex futuro litis euẽtu.

Si territorium sit ad manus regiæ Audientiæ, vel Curię D. Iustitiæ Aragonum † cum suis pertinentiis, vel iuribus apprehensum, seu sequestratũ, omnes vno ore eo casu fatẽtur, o nec dominos, nec Commissarios forales † vti posse absoluta potestate; nõ quod absoluta potestas species sit iurisdictionis criminalis, vt aliqui voluerũt p, sed effectus dominij, vt supra diximus. Et licet obseruãtia regni videatur significare iurisdictionem, appellari posse, tamen intelligi debet, quatenus iurisdictio significat potestatem priuatam, q quam quis habet in suos

19

20

H l. lis nulla, ff. de iudic. cap. fin. §. fin. de iudic. in 6. l. actiones, de action. & obligation. Hippolytus singular. 613. l. interpositas ad finem, vbi notant omnes, C. de transactionib. Bald. in cap. de cætero, & in cap. statuimus, de transactio. iuncta glossa in dicta l. lis nulla, vbi Bartol. & Albericus, & facit l. 1. C. de patria potest. I Bart. & alij in dicta l. interpositas, num. 8. & in fin. C. de transactio.

k l. ei qui de statu. ff. de tutor. & curator. dat. ab ijs, & notat Bartol. in l. si impuberi, nume. 3. eodem titulo, & facit l. 1. C. qui tutor. dar. poss.

L Portoles in schol. ad Molin. verbo, Domini locorum, nume. 28. in fine; ex traditis à Bald. in l. 1. num. 9. versic. In contrarium, C. si à non competent. iudice. noster Sesse de inhibit. c. 4. §. 4. n. 29

M cap. est iniusta, in fine, cap. ita plane, 23. quæstione 4. cap. error, 83. distinctione, cap. facientis, 86. distinctione, cap. sicut dignum. §. 1. de homicidio, 7. cap. constitutus, de testibus, l. qui liberos, in fine, iuncta glos. ibi, ff. de ritu nuptiarum.

N Oldraldus consil. 222. 223. & 180. Felinus in cap. constitutus, num. 17. de rescript. Aymon consil. 252. n. 5.

O noster Molina in reportor. verbo, Domini locorum. versic. Locus alicuius Baronis, fol. 110. colum. 2. & verbo, Vassallus, versic. Limita secundo, folio 324. colum. 3. Sesse decisio, 73. n. 3. 10 & seqq.

P Sesse 1. p. decis. 73. n. 4. per obser. ité per forũ, ibi Licet nullã aliã iurisdictionẽ criminalẽ habeant, tit. de priuileg. milit. iuncta glos. alia in l. si fugitiui, C. de seru. fugit. & in c. sedes, de rescrip. Moli. noster verb. Sissæ, in fin. & verb. Adueratus si est processus, vbi Porto. in schol. 1. p. n. 75.

Q Bal. in l. Imperium, n. 3. ff. de iurisdictio. &c. Abb. in cap. cum contingat, num. 20. de for. compet.

in ſuos ſubditos. Vnde, cum talis abſoluta poteſtas in qualitate dominij fundetur, mirum eſt, quod Commiſſarij curię, qui ſententiam in proceſſu apprehenſionis, litependente, obtinuerunt, ex qua non domini, atque poſſeſſores, ſed nudi rei detentatores, & commiſſarij efficiuntur, ſimilesque illis, qui cauſa rei ſeruandæ in poſſeſſionem miſſi, non poſſidere, ſed in poſſeſſione eſſe dicuntur, poſſint vti poteſtate abſoluta, in prędiudicium collitigantium re abutendo, aduerſus quos nec prędcribere valent, ſed deberent abutentes. tanquam nudi detentatores, adminiſtratione rei priuari: ſicut fuit deciſum in Curia Iuſtitię Aragonum in quadam cauſa Eluirę Sanchez, vbi ſub pœna priuationis cōmiſsionis fuit iniunctum illi, qui ſententiam obtinuerat, in quibuſdam vineis, quod eas culturaret; quia non culturare, deteriorare eſt; quod commiſſarijs Curię non conceditur: ſed quidquid de iure ſit, hoc tamen foro, & praxi regni receptum indubitanter reperitur, quòd iſti commiſſarij vti poſſint abſoluta poteſtate, iuraque loquentia de domino, verificentur in iſto nudo detentatore, qui reſpectu non collitigantium, poſſeſſor effici tur, & iura, domino competentia, exercere poteſt, obtenta ſententia in iſto ſummariſſimo poſſeſſorio, expectata petitorij determinatione in alio ſeculo: vt in ſimili tradit Borrellus. ✓ Et quod magis mihi mirum videtur, quod aliquibus noſtri regni iudicibus viſum fuerit hanc abſolutam dominorū poteſtatem, † non ſolum eſſe meram facultatem diſponendi de rebus, & perſo 21
nis vaſſallorum pro libito voluntatis, impunitatem eis tribuentem, & recurſum ad ſuperiorem vaſſallis denegantem; ſed eſſe ius formatum, quod iuriſdictione adiuuari debeat: vt ſenſerunt Locumtenentes D. Iuſtitiæ Aragonum 1 * reponentes D. Martinum ab Aragonia, Ducem Villæ formoſæ, in rebus, & iuribus hominum villę de Luna, in quibus illi ſententiam reportauerāt. 2 * Ex vi occupationis per eum factæ, in vim ſuę abſolutę poteſtatis, die 10. Iulij 1576. Sed prędicta repoſitio fuit reuocata per regiam Audiētiam. 3 * Et cum facta fide in regia Audientia in prędictis proceſsibus prędictæ occupationis, & ſententię, in fauorem ſuorum vaſſallorum latę, petiſſet in regia Audientia, ſe cōmiſſarium Curiæ nominari; reſponſum fuit, locum non habere: à qua ſententia, habito recurſu per viam iurisfirmæ ad Curiam D. Iuſtitię Aragonum, fuit per tres Locumtenentes recepta, aliis duobus (meo iudicio ni fallor) iuſtè repugnantibus: cum occupatio in vim abſolutæ & dominicę poteſtatis, non ſit iuſtus & legitimus titulus, ad transferendum ius, competens vaſſallis, in dominum. 4 * Nec vllam concludentem diſcriminis rationem

R de regis catholici præſtantia, cap. 118. n. 43.
1 * in proceſſu Hieronymi Torrero, & in alio Michaelis Torrero ſuper apprehenſione villę de Luna, die 31. Ianuarij 1577.
2 * die 24. Ianuarij 1572
3 * in proceſſu Iuratorum de Luna ſuper appellatione, die 9. Decembris 1577.
4 * vt sēſi in proceſſu D. Frāciſci de Mōte Catheno ſuper aprehēſione loci de Vallouar in art. iurisfirma.

tionem reperiam, hoc respectu, inter Commissarios forales, † quibus res à lege, & foro commissa est, quæ se-
22 questratio appellatur; & commissarios curiæ, quibus iudicis decreto rei detentatio pendente lite commissa est, quæ recredentia dicitur: cum vtroquè casu, ſ sub manu Regia, & auctoritate Prætoris res possideri intelligatur, & si commissarijs curiæ permittitur, cur non commissarijs foralibus? Cum ambo debeant omnino bonam fidem præstare: nequè ex quacumquè potestate, quantumuis libera, præsumatur eis concessum, t quod possint dilapidare, re abuti, dolosè & contra bonam fidem agere, vel donare: Si ergo vti absoluta potestate, vt volunt Foristæ, est re propria abuti, eamquè dilapidare posse, & ideo non est permissum, quod illa vtantur viduæ, u & alij vsufructuarij locorum, licet habeant pro administratione generale mandatum, & appellatione dominorum contineantur, in multisquè casibus dominij sint participes, x quia non sunt vere domini: y nec etiam hoc permittitur tutoribus, † quia possent
23 vtendo totius rei proprietatem destruere: quinimo nec etiam permittitur dominis feudalibus. z Et licet tutores Principis supremi possint exercere iustam, & legitimam potestatem absquè recursu, secundum Doctores, a tamen illi loquuntur de tutoribus eius Principis, qui absolutus est, nec alium in superiorem recognoscit, & sic posset verificari in nostris Baronibus, qui remota appellatione iurisdictionem inter suos vassallos exercent. Ex quibus omnibus videbatur hæc absoluta potestas deneganda commissarijs curię, † qui sententiam in
24 possessorio summarissimo obtinuerunt, quæ multo leuius ius tribuit, b quam sit viduarum, vsufructuarij, & domini feudalis, quibus non conceditur, cum per illam sola detentatio rei, penes commissarium curiæ, sit per Iudicem decreta. Alias namquè sicut posset commissarius, in vim absolutę, vnum vassallum occidere, posset etiam

§ Rebuf. ad constit. Gallicas tractat. de mater. possessoria, art. 1. glos. 1. num. 10. pag. 249.

T l. creditor, § lucius, ff. mand. t. l. si pater, ff. de ijs quæ in fraud. credit. l. contra, §. filius, ff. de pact. l. si procurator, ff. de condic. indebit. l. cum quidam, ff. de legat. 2. cum concord. per Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 5. nu. 15 & Peralt. in l. 1. num. 74. delegat. 2. Iaff. in l. si sic in fine principij de legat. 1. Cephal. cons. 34. nu. 23 & cons. 842. num. 87.

V For. 2. tit. de iur. viduit. Noster Regens Martin. Monter decis. 8. a nu. 16. & per tot.

X l. 1. §. fin. ff. de oper. nou. nuntia. l. 1. §. fin. ff. vsufructuar. quemadmod. caueat, l. in venditione, ff. de bon. auctorita. iudic. possiden. in prin. l. 4. ff. de vsufruct. l. ossa, §. penultr. ff. de religios. l. 1. §. non solum, ff. de arbor cedend. l. liber homo, la 2. in fine principij, ff. de verborum obligatio. l. cum filius, §. dominus delegat. 1. l. si vsusfructus, ff de aqua pluuiali arcend. Federic. Scotus in commentarij ad rubricam de nou. oper. nuntiatione. num. 242. cum duobus sequen. Pinellus in l. 1. 3. p. in princip. C. de bon. mater.

Y l. 1. § 1. vers. qui seruũ, ff. ad Silania. l. item apud Labeonem, § si vsumfructum, ff. de iniur. l. 2. in princ. ff. de religios. l. falsus in fine, ff. de furt. Gaspar Caullin. milleloq. 1.

Z Molin. in report. verb. vassalli locorum feudalium.

A Oldrad. cons. 52. Bene dict. in d. cap. Raynutius, verb. adiectæ impuberi, sub num. 41. & sequent. Tiraquel. de iure primogeniorum, quæstione 40. a numer. 23.

B l. possideri, §. fin. ff. de adquir. possess. Sola in constit. Sabaud. 1. part. tit. de iur. emphiteo. decreto rempublicam, glos. 1. num. 1. & 2.

C l.1.C.quomod.& quãdo iudex,l.non qui dquid ff.de iudic.not.Doctor.in l.Gallus in prin. vbi Fortun.Garcia num.55.cum ſeq.& Ruin.num.15.& 16 ff deliber.& poſthu. & in l.1.num.1.de verbor.obligat. & in l. nemo poteſt. num.9. delegat.1. gloſ. & Doctor. communiter in l. ſæpe audiui Cæſarem, ff. de offic. Præſidis. Surdus deciſ.268. num.3. & 13. Ioan.Gracian.regul.485. Velazquez de Auendaño in l.41.Taur.gloſ.2.nu.2. & 5. Carauita in ritibus magnæ Curiæ ritu 18.nu.2.cum duobus ſequen. Surd.conſ.98, num.1. & conſ. 289.num.17.& 18.

etiam totam vniuerſitatem deſtruere, atquè ita ius partium,quæ de dominio,illius loci litigãt,ſubuertere.Sed his non obſtantibus praxis noſtri Regni, vt mox diximus, admiſſit, poſſe comiſsarium Curię vti abſoluta poteſtate, licet ſecuritas cautionis, ab eo præſtitę, c non ſe extendat ad id, quod in vim abſolutę fit: & certe, ſi meam in hac re ſententiã proferre poſsem,non ſatis applaudet hęc Regni praxis, quod liceat commiſsario, quod non licuit curię, cuius vices in adminiſtratione gerit, à qua tamen non puto(licet dura)tanquam receptiſſima recedendum.

§ Trigeſimus quartus.

Vaſſalli ſeruitutis noſtri Regni,cum quibus aliarum Prouinciarum vaſſallis, conueniant, & an in eos exerceatur à Baronibus poteſtas abſoluta per viam juriſdictionis,vel facti impunibilis.

SVMMARIVM.

Vaſſalli ſeruitutis ſunt coloni, & quot fuerint illorum ſpecies.1.& 2.

Vaſſalli alienantur ſimul cum territorio, & qui parabolani dicerentur,& apud Gallos homines manus mortuæ, & in Cathalonia de Remenza.2.& 6.

Iuſtinianus in l.1.C.vt nemo ad ſuum patrocinium.lib.11.declaratur,& Cæſaris locus adducitur, 3.

An bona mobilia,& immobilia ſint ſine diſcrimine occupationi ſubiecta.4.

Vaſſalli non poſſunt ferre teſtimonium pro domino.5.

Baro an ſuccedat in bonis vaſſalli defuncti decedentis ſine liberis.7.

In Regno Franciæ alienigena non poteſt teſtari de bonis ſuis,ſed Rex capit illa iure Albanagij, & quid in hominibus manus mortuæ.8.

Barones ſi vaſſallos iniuria affecerint, ſolum Deum habent vltorem,& quam ſtricta ſit illi reddenda ratio.9.

Manus dominica in quo differat à manu Regia.10.

An ad abſolutam poteſtatem ſit neceſſarium habere aliquam iuriſdictionem.11.

Abſoluta poteſtas eſt pars homogenea dominij,& in quo differat à poteſtate iuriſdictionis,& quid ſit iuriſdictio.12.

Multa permittuntur alicui in viam facti,quæ in viam iuriſdictionis non permitterentur, vt malefactorem fraganti crimine, debitorem fugientem, vel ſuſpectum de fuga capere,armis,vel extra Regnum res prohibitas,vel ſine denunciatione extrahentem ſpoliare, apprehenſum in adulterio occidere, vel recluſum detinere.13.& 17.

Lege,vel priuilegio, an poſſit concedi alicui, vt poſſit ſe propria auctoritate vindicare,

an

& an talia priuilegia in Aragonia sint reuocata. 14. 15. & 16.
Rex Aragonum potest pro libito voluntatis procedere contra suos officiales, tamen semper vtitur hac potestate temperate. 18.
Remedijs facti permissi, quando Ciuitas Cæsaraugustæ, & Barones vtuntur soli Deo rationem reddere tenentur. 19.
Prodigus in Regno, non arcetur potestate Magistratuum. 20.
Barones vtentes iurisdictione tenentur vassallis seruare foros in recto non in ritu. 21.
Barones in Aragonia tripliciter possunt considerari. 22.
Baro non habens iurisdictionem, non potest pœnas iurisdictionales exercere in vassallos. 23.
Loca Baronum à principio fuerunt D. Regis, sed allodiale dominium illorum acquisierunt, 24. & 26.
Barones aliquos maioriæ effectus præscripserunt. 25.

§. Trigesimus quartus.

1 ISTI vassalli seruitutis dicuntur coloni, † sicut cęteri ab agris colendis, quamuis enim ex seruis primum pro agris colendis ergastula introducta fuerunt. *a* Ex quibus vt sępe fit partim manu emissi in ipso rure cum posteris (qui originarij dicebantur) manentes: partim ingenui pauperes ad id genus operarum se, & posteros obligabant: adscriptitij vero, quia glebę, seu terræ, quam colunt sunt perpetuo astricti, à qua nisi ex causis expressis (vt supra diximus) recedere non possunt, *b* vt ali-
2 bi morentur, sed imo pro rebus immobilibus, ita † iudicantur, vt vendita, legata, seu donata terra, censeatur, & ipsi cum sobole sua translati, donati, & alienati, terram sequentes quocumquè vadat: tamen absquè terra vendi, vel alienari non possunt, quia non sunt vere serui, *c* sed conditionatę libertatis, & homines seruitutis quales fuerunt antiquitus parabolani, *d* quos non recte Accursius, *e* medicos interpretatur, sed melius Alciatus *f* fuisse quosdam Depputatos seruitio Hospitalium, Ecclesiarum, vel Xenodochiorum, & vt adscriptitij à cultura agrorum recedere non poterant, ita nec isti à seruitio ęgrorum, quia in nosocomijs residebant *g*, dome-

A Iust. Lipsi. lib. 2. electorum cap. 15.
B d. l. cum satis, obseru. 2. tit. de Iude. cap. 2. extra de Iude. Ripa in cap. sępe num. 30 de restit. spoliat. Nauarr. cons. 1. tit. de constit. q. 44. Bald. cons. 135. num. 2. volu. 5. Canallin. milleloq. 173. Bardaxi in commentar. ad rubric. de offic. Iusti. Arago. fol. 106. col. 2. vers. item desuassallantes.
C Bald. in l. ex hoc iure, in fin. de iust. & iur. Boheri. decis. 129. Abb. in cap. nimis, colu. 1. de iur. iur. Luc. de Pen. in l. vnic. colu. 3. C. de capitaci. ciuium, lib. 11. & in l. ne diutius, C. de agricol. & censit. & in l. 2. ibi seruitute astricti, C. in quib. cau. colon. lib. 11. Forcatul. in l. manumissiones, num. 15. ff. de iustitia & iure.
D l. parabolani, l. placet, C. de Episcop. & Cleric.
E In d. l. placet defendit Tiraquel. de nobilita. cap. 31. num. 421.
F Dispunction. lib. 4. cap. 19. Celius Rodiginius lib. 29. lection. antiquarum, cap. 11. Corras. in l. in summa, num. 7. ff. de stat. homin. Baeza de inop. debitor. cap. 2. num. 17.
G Gom. de Amesq. de potest. in se ipsi. lib. 2. cap. 17. num. 26.

H l. præ-

domestici, [h] clientes, [i] ad scriptitij, [k] si partem fructuũ domino pendant, coloni perpetui, si in pecunia domino censum præstent censiti, [l] & inquilini, qui ad prædia vrbana referuntur, ac cęteri [m] qui liberi erant, sed non plene liberi, vt in Prouincijs Galliæ homines illi manus mortuæ veteris paganismi reliquiæ, [n] qui vt inquit Petrus Gregorius, & Barbarica libertate nobiliũ, & barbarica subditorum patientia, Principatu despotico gubernabantur, ac in Principatu Cathaloniæ, in regione quæ vocatur Ampurdan, vassalli illi nobilium, qui vulgo dicebantur *de Remença*, [o] quorum tam dura conditio, per sententiam arbitralem à Rege nostro Catholico latã, die 21. Aprilis, anno Dñi 1486. in desuetudinẽ abijt, & ab Imperatore quoquè Iustiniano, [p] hoc genus feudi, seu vassallagij † prohibitum fuit, ne Barones numero clientum stipati ceruices insolenter erigerent, & multis clientelis pollentes eo prosilirent audatiç, vt aduersus Principem insurgerent, & tributa pendere ob negarent, vbi aliqui ex nostris, nescio quid parum tempestiue afferunt de patrocinio forensi, & litiũ, non animaduertentes ibi feudum describi, seu vassallagiũ maxime ei qui in nostro Regno viget, simile, quod etiam apud Celticos Gallos, à quibus nos originem duxisse supra tradidimus, viguisse quoquè, meminit Cæsar, [q] his verbis: *Summa auctoritas antiquitus erat in hæduis magnæquè eorum erant clientelæ*, & parum post, *plerique, aut ære alieno, aut multitudine tributorum, aut iniuria potentiorum præmuntur, sese in seruitutem dicant nobilibus, in hos eadem fere sunt iura, quę dominis in seruos, nam plebs pene seruorum loco habetur*, & paulo infra, *neque ijs petentibus ius redditur, neque honos vllus communicatur*, qui clientes (quos vulgo *Vaßallos* appellamus) non fortunas suas tantum, sed etiã perso- 3

H l. præsenti. §. cum autẽ, vers. sane, C. de his qui ad Eccle. confugi.

I Notatur in l. 2. verb. curias de origi. iur. Budę. in l. herenius, ff. de euictio. & Dionys. Alicarnaseus antiquita. Romanar. lib. 2.

k l. quemadmodum, l. diutius, C. de agricol. & censit. lib. 11. l. vnica, ibi licet conditione videantur ingenui, C. de colon. Thracensib. lib. 11.

L Glos. 1. in l. 2. C. in quibus cau. colon. lib. 11. cum concordanti. per Baeza vbi supra, nu. 21. & Casaneus in consuet. Burgun. rubr. 9. 2 num. 7. cum sequent. l. vnica, C. de mendicantibus validis, lib. 11

M Vt per Accur. Plate. Luc. de Pen. & alios in rubr. C. de agril. & censit. Celi. Rodigin. lection. antiquar. lib 4. cap. fin. Couar. in cap. quamuis pactum, 2. par. §. 1 n. 2. Baeza vbi proxime, a num. 16. cum sequ. Camil Borrel. de Reg. Cathol. præstan. cap. 18. a num. 44. cum sequent. late & eleganter Balthas. Gom. Amesq. vbi sup. lib. 2. cap. 17 n 23.

N Casane in consuetud. Burgund. rub. 9. de mains mortes, per tot. Renat. Chopin. de iurisdict. Andegab. lib 1. cap. 37. n. 9. & 10. pag. 262. & 263. & de Domanio Franc lib. 3. tit. 18. n. 6. & 7 pag 506. Cin. & alij in l. voluntarie, C. de excusat. tutor. Ioann. Fab. in § 2. instit. quib. mod. ius patr. potesta. Alberic. & alij in authent. sed Episcopalis qui dem dignitas, C. de Episc. & Cleric. Baeza vbi sup. cap 2. num. 23. Guid. Pap. decis. 36. 312. 314. & 361.

O Quorum meminit noster Hiero. Zurita in annalib. lib. 1. cap. 6. pag. 11 vers. Aunque antes desto, & lib. 20. cap. 52. Iacob. Cancer 1. par. variar. cap. 5. num. 82. & Anton. Oliba. de iur. fisc. c. 9. nu 17 & 18.

P In l. 1 C. vt nem. ad suum patrocin. lib. 11. & in § patrocinia, tit. de mandat. Princip. collat. 3. Forcatul. in commenta. de feudis, cap. 1. num. 4. cum seq. 12.

Q Lib. 6. de bell. Gallic. Benedict. in cap. Rainut. verb. & vxorem, a num. 956. ad num. 987 Renat. Chopin. de priuil. rustic. lib. 1. 2. par. cap. 1. nu. 2. vers. nam de priscis seculis, pag. 27.

R l. pe-

personas patronis (hoc est Baronibus) adijciebāt à quibus bona propria tenere fatebantur parati in omni eorum obsequio, non in Gallia tantum, sed etiam in orbe Romano, quasi eorum bona peculiaria essent ac de illis dici possit, quod de peculio,[r] quod nascitur, accrescit, & decrescit prout dominus vult, atquè ita isti Barones, qui in suos vassallos habent necis, vitęquè arbitrium, possunt illis dicere, id quod Deus ſ Israelitis, terrā quoquè non vendetis, quia mea est, vos aduenę, & coloni
4 mei estis. Et ita bona immobilia † intra territorium Baronis constituta, cuius vassallus seruitutis illorum dominus, & possessor existit, non est dubium, quod possit illa Baro in vim suæ absolutæ potestatis impune occupare, sed quoad mobilia dubium esse potest, cum illa sint libera,[t] in Aragonia tamen conditionem illius territorij in quo reperiuntur, sequuntur, & de illo iudicātur,[u] ita
1 vt extra territorium Baronis existentia, occupationi dominicę in vim absolutę non sint obnoxia.

5 Ex quibus primo infertur † vassallos seruitutis nostri Regni non posse testimonium [x] ferre pro dominis suis, sed bene pro alijs, quia licet liberi sint nō tamē plene liberi, vt sūt vassalli D. Regis, Ecclesię, & Religionis.

6 Secundo infertur, quod isti vassalli possunt † inuiti alienari simul cum castro [y], quo inhabitant non secus, quam reliqua bona.

Tertio infertur ratio ad eam cōsuetudinem, qua do-
7 mini bona vassallorum defunctorum, † non existentibus liberis, vel alijs intra certum gradum consanguineis occupare solent: [z] si enim liberi extiterint, cum & ipsi conditionis paternę sint culturæ astricti, & sic coloni originarij appellati, quod eadem seruitute ab origine fuerunt ligati, qua parentes, non est mirum, quod ab eis bona non auferantur, vt apud Gallos in hominibus ma-
8 nus † mortuæ, tradit Guillelmus Benedictus, [b] & durior videtur consuetudo, quæ in illo Regno viget vt extranei, † & alienigenę de alio Regno oriundi non possint de

R l. peculium 40. iuncta l. sequen. ff. de pecul. Bald. cons. 328. nu. 8. vol. 1.

S l. in suis in fin. ff. de liber. & posthum. Leuiticū, cap. 25.

T Bald. in l. penultim. nu. 2. C. de seruitu. & aquā, & in l. mercatores. num. 1. C. de comercijs, & mercatoribus.

V Bald. in tit. de pace tenenda in princ. num. 6. in vsib. feudorum, Tiraquel. de iure primogeniorum, quæst. 48. nu. 2.

X Rubeus Alexandrinus cons. 11 num. 5. Florian in l. idoneum de testib. Alexand. cons. 57. numer. 14. lib. 7. Hector Emilius in tract. de testib. verb. adscriptitius nu. 6. vers. sed prædicta, fol. 217. Afflict. decis. 304. nu. 5. & 6. vbi Vrsil. nu. 3. Glos. 1 in cap. 1. in princ. 34. q. 5. glos. v. de familia in cap. in literis de testib. for. si dominus de testib. cogen. observa. 3. de probat. Molin. in report. fororum, verb. testis vassallus, & vers. vassallus nō est idoneus. Rosenth. to. 2. c. 10. conc. 25 n. 37. Bb. & Cc. p. 76. 78.

Y Ferdinan. Vasqui. lib. 1 de succession. resolut. §. 3. num. 14.

Z Observan. 1. tit. de iude. Molin. noster in repositor, verb. dominus loci qui est Baro, vbi Portol. num. 4. Guid. Pap. decis. 361. Benedict. in cap. Rainunt. verb. & vxorem, decis. 5. num. 391. & sequen. Rebuff in prax. benef. 3. part. tit. de rescript. misc. 3. num. 3. glos. alienare in l. coloni, C. in quib. cau. colo. censit. lib. 11. glos. in d. l. cum satis. §. cum autem Anastasiana, C. de agricol. & censit. & quę tradit Renat. Chopin. de moribus Parisiorum lib. 1. tit. 3. numer. 22. pag. 114.

A l. diffinimus, l. ne diutius, C. de agricol. & censit.

B In cap. Rainutius, verb. & vxorem, decis. 5. num. 388. & seq. 391. & 480. cum seq. Guido Papa decis. 361. vbi eius additionatores.

† Notanda diuillima lex quid apud Gallos Viget Contra Extraneos et alienigenas, qui in Gallia degunt. Vtinam et Nos in aduersus illos procederemus et Non adeo malum Calamitatem sustinere essemus.

de bonis suis disponere, ex testamento, vel alia vltima voluntate, sed iure Albanagij ad Regem pertineant. Hac autem dominica, & absoluta potestate non debent domini hodie, vti in eorum vassallos Christianos, licet eidem seruitutis iugo sint suppositi, sicut antea in Sarracenos qui cum duræ ceruicis gens esset, sæpe oportuit in eos absoluta vti, & de facto procedere, si vero illa vtentes vassallis grauamina, & iniurias irrogent, † solũ 9
Deũ habẽt vltorẽ, quẽ eos nisi moderate imperẽt minatur per Prophetã, dicens: *c Vacæ pingues quæ estis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & confregistis pauperes*: Mihi namq; delinquenti, multi erunt iudices, Regulo quis inuenietur: nisi qui ipsa iustitia est, *d* cum enim duo idem faciunt, sæpe hoc licet impune facere huic, illi non licere: non quod dissimilis res sit, sed quod is qui fecit: recogitent ergo domini, non quãtum vassalli impune pati possint, sed quantum illis equi boniquè natura, ac propria conscientia, quæ mentibus cuiusquè insidet permittat, *e* qua nullus est testis formidabilior, nec iudex grauior, *f* & vè illi qui contemnit hunc testẽ, & qui paruipendet hunc iudicem, quæ parcere etiam captiuis, & pretio paratis iubet: nec vnquam potestas illa dominorum, ita dissoluta fuit, vt liceret dominis seruos pro libito occidere, etiam ante constitutionem Antonini: *g* sed dicet aliquis ex dominis vassallorum: *Veni & vide obseruantiam, & legem Regni disponentem, quod possum vaßallos meos seruitutis bene, & male tractare, siti, & fame necare*, cui dominica absolutaquè potestate abutenti; Respondit B. Ioannes, *h Veni tu, & vide, & ecce equus palidus, & qui sedet super eum nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quatuor partes terræ, & interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terræ.* Vos ergo Barones.

i Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.

Permissio enim obseruantiæ, & legis Regni (vt supra diximus) magis fuit ad terrorẽ, quam vt ipso iure cõpeteret. Sed in hoc vassalli seruitutis nostri Regni, deterioris sunt cõditionis, quã cæteri omnes reliquarũ prouinciarũ (quorũ iã supra meminimus) quod illi habẽt superiorẽ, ad quẽ recurrere valẽt, & corã quo, si male, & seueriter tractẽtur, querellas proponere possunt, qui dominorũ æquitã, iustis remedijs cõpescet, & pœnis coercebit, attamẽ isti miseri, nõ habẽt magistratũ, ad quẽ recurrere valeãt, nec dñis, eos impie siti, & fame

necan-

C Amos 4.
D Petr. Erodius lib. 1. rerum iudicatarum, tit. 5. c. 22. p. 37. ad fin. & lib. 7. tit. 2. cap. 4.
E Marsilijs in praxi, §. diligenter, nu. 24. Paris de Puteo in tract. de sindicatu, verb. iudicare, cap. 2 per tot. Farina. de indicijs q. 37. numer. 193. & 194. Cabalcanus de brachio Regio, 1. p. nu. 23. Maur. Burgius de modo procedendi ex abrupto, centu. 1. quæst. 6 2. nu. 30. & sequen.
F S Chrysostomus contione 4. de Lazaro.
G l. 2. ff. de ijs qui sunt sui, Menoch. de arbitr. cẽtur. 2 cas. 139. & de recu per. remed. 10. numer. 83. Rolan. cons. 18. vol. 3. Deci & alij in cap 3. & in c. reprehensibilis de appellat. Paris. de Put. in tract. de sindicat. tit. de excesib. Baron. Guillel. Benedict. d. cap. Raiut. verb. & vxorem decis. 5. num 408. Petrus Erodius rerum iudicatarum lib. 6. tit. 6. de emendatione seruorum, c. 5. & seq. & lib. 8. tit. 1. capit. 1.
H Apocalypsis cap 6.
I Virgil. Æneid. lib. 6.

necantes, & absque causa bona auferentes, puniri possunt, cum neminē in hoc, respectu suorum vassallorum seruitutis, in superiorem recognoscant: vel quia eos tanquam barbaros ab initio Principatu despotico oportuit gubernari: vel quia hac seruitutis expressa, vel saltim tacita conuentione, ad habitandum in locis dominorum, ex aliis regionibus migrauerūt. Vnde, ipsorum posteri, ad libertatem proclamare nequeunt, quorum parentes, & ipsi quoque in locis dominorum habitando, libertatem contempserunt; sicut & illi, qui scienter ad pretium
k participandum, se venundari passi sunt.

Hęc omnia, quæ à Baronibus nostris in vim suę potestatis dominicæ (quā absolutam vocāt) expediuntur, nō fit per viam iurisdictionis, sed per viā cuiusdā facti permissi, l & ęconomicę potestatis: atque ita Baronū manus, † seu dominica potestas, quasi ex diametro differt à manu Regis, vel iudicis, quę mouetur, & agit virtute publicæ iurisdictionis: hæc autem mouetur virtute dominij, quod est in patrimonio priuato Baronis: atq; ita actus, qui in virtute talis potestatis expeditur, extraiudicialis, & dominicalis, iuris priuati est, nō iurisdictionalis, m licet qui illū exercere † potest, debeat saltim habere iurisdictionē ciuilē, seu infimā, n quā Galli • *fundiariā, seu prædiariā* appellāt, quod domino soli, villæ, vel pagi, moribꝰ sit tributa, ad tutā da solūmodo iura sua, & nos talē iurisdictionē, *baßā* dicimus, cuius pœna, seu mulcta nō excedit sexaginta solidos. Et ita fuit declaratū per regios Cōsiliarios. * Cum ergo hæc absoluta, seu dominica potestas, pars homogenea dominij, † & eiusdem qualitatis sit; sequitur, quod ita sit personæ dominātis cohęrēs, vt non possit alteri, qui dominus non sit, cōpetere: p quia cui permititur aliquid facere tanquā talis, primó debet cōstare esse talem; neq; ex hoc negamus, illā tanquā à nudis ministris, ab aliis, nomine & cū speciali mādato domini, q exerceri posse; quia tunc, verè, & propriè dicetur exerceri

10 11 12

k l. & seruorum, ff. de stat homi. §. serui. & ibi glos. Instit. de iur person. & toto titu. quibus ad libertat. proclam. non licet, cū concordant. per Ludouic. Molin. de iust. tom. 1. disput. 33. versic. Tertius titulus est, pag. 242. Hugo in tract. de offic. quatuor Prælator. 4. par. titu. quot mod. libert. amittit. nu. 2. Ioan. Azo. instit. mor. 3. p. lib. 8. cap. 6. versic. Tertio quæritur, pag. 508. & 2. p. lib. 2. cap. 31. versic. Quarta causa, colum. 220. Leonard. Lesius de iust. & iur. lib. 2. cap. 5. dubitatio. 4. num. 15. & 16. pag. 44. Rebell. de obligat. iustit. 1. p. lib. 1. de prælud. iusti. quæstione 9. n. 9. pag. 68.

l ex tradit. à Bal. in l. 3. C. de patr. potest. Bart. Bal. & alij in l. ex facto, ff. de hæred. instit. DD. cōmuniter in c. cum cōtingat, de for. cōpet. Boheri. decis. 275. noster Mōter decis. 8. nume. 35. Barda. ad priui. genesa. n. 36. vers. Item dicti supra nominati, fol. 38. licet ipse ad iurisdictionē referat. facit text. in l. fin. C. de agrico. & cēsit. li. 11. & §. adscriptitio, in Authē ti. de nupt. collat. 4. & in l. 2. C. siserv. exporta. veni. M in simili Alex. cōs. 105. n. 30. volu. 3.

N Bal. in l. 1. §. per hanc n. 2. ff. de rei vendic. & in l. 2. C. de serv. exportan. not noster forista Baxes ad obseruan. item per forā nouum in fin. pōderando illa verba, nullā aliā iurisdictionē criminalē, tit. de priui. milit. * in processu Iuratorū de Ribas.

O Renat. Chopin. de iurisdict. Andegaben. lib. 1. tit. 1. c. 1. n. 2. pag. 90. & Conan. lib. 2. cōmentar. c. 2. n. 7. pag. 120. D.

P Bar. in l. 1 q. vlt. ff. de iurisdict. omn. iudi. Socin. cons. 103. n. 17. & 20. vol. 4. for. 2. titu. de iure viduitatis. noster Martitus Monter in repetitio. l. 1. n. 75. ff. de officio eius. Bal. in l. eum, n. 8. C. de adulter.

Q c. mulieres, in fin. de sent. excōmunicat. Bar. in l. si is qui pro emptore, num. 29. & 30. vbi Iason. 66. & 97. ff. de vsucap. Caballin. mille loq. 12.

+ Sed Mo in Ver. Mini Bo Ver. dñia in Col. 105. Vbi etia qui n. fa iurisdictio potest ben Vel mal tractare.

ceri per dominum, in vim potestatis dominicæ, nõ autẽ in vim iurisdictionis: est enim ista potestas (vt inquit noster I.C. r) res libera, & soluta, & extra necessitatẽ iurisdictionis. Primò, quia iurisdictionis potestas, libertatem subditorũ non minuit, sed auget, & tuetur, cum ad eorũ protectionẽ, & communem vtilitatem sit introducta, vt cõstat ex diffinitione iurisdictionis, s quę nihil aliud est quàm potestas de publico introducta, cum necessitate iurisdicendi, & equitatis statuẽdę (addit Bart. t) tanquã à publica persona; quod ergo iure & equitate nõ expeditur, nec iure magistratus, sed tanquã à priuato Barone in viam facti permissi, & impunibilis aduersus vassallos tyrãnidé, & barbarica impressione fit, nec à iurisdictione procedit, sed seruitutis quandã speciem in vassallis inducit; imó nec potestatis nomẽ meretur, quod iurisdictionem spectat; u & vtrumque eleganter complexus, tradidit L. Annęus Seneca * his verbis:

Si iudicas, cognosce: si regnas, iube.

Nec est nouum, vt aliqua in viam † facti, & simplicis facultatis permittantur, x quę in viã iurisdictionis, nõ permitterẽtur: vt priuato, cui facultas est homicidas, & alios malefactores fugientes, vel repertos in fragãti crimine, propria authoritate capiẽdi, vel ad iudicẽ ducẽdi, & creditori debitorẽ fugientẽ, y siue is purè obligatus sit, siue sub cõditione, aut in diem: z quod satis ex regni obseruantia, a quæ debitum ante captionem pręexistere requirit, dubium est: sed si debitor sit, & non habeat vnde soluat, non solum capere eum fugientem poterit creditor, sed etsi copiam iudicis haberi non possit etiam priuato carcere, absque metu pœnę includere; dummodo, mox quamprimum poterit intra vigin ti ho- 13

R in l. 3. §. 1. ff. de recep. arbit.

S glos. in l. 1. ff. de iurisd. omn. ind. vbi Iaf. & alij, Forcatul. in neciomanci. iur. dialog. 1 20. n. 4. Medicis in tract. de deffinitio. 2. p. deffinitio. 40. n. 2.

T in d. l. 1. sequitur Alex. in l. 1. ff. de officio eius, & late examinat Fabi. Optinel. in l. Imperiũ, à n. 2. cũ seq. ff. de iurisd. omn. iudi.

V l. potestatis, 215. ff. de verbor. significatio. Alcia. li. 2. paradoxor. c. 7. in fin.

* in Mede. act. 2. & ibi scho P. Anco. del Rio, p. 11.

X l. interdum, 88. §. qui furem, ff. de furt. notata in l. fin. C. de malefic. Bart. in l. generali, num. 6. C. de decurion. lib. 10. Anton. Gomez de delict. titu. de captura, n. 3. ad fin. Iul. Clar. in prax. §. fin. q. 28. num. 7 Brunol. à Sole in quæstio. legalib. quęst. 30. n. 17. Auiles in c. 35. Prętor. glos. fa, mandado, nu. 6. Cancer lib. 2. variar. c. 10. n. 39.

Y l. ait Prętor, §. si debitorem, vbi Bart. Angel. & Cuman, ff. quæ in fraudẽ credit. Petr. Pechi. in tracta. de iur. fisti. c. 2. n. 1. Sarmiẽto selectar. lib. 7. c. 13. Ruinus consil. 18 num 4. volum 5. Dueñas. regu. 275 in principio, Natta consil. 430. num. 5. Surdus decisio. 307. num. 6. Caballinus milleloq 646, Bernard. Greuæ ad Gail. practicar. conclusio. lib. 1. cõclusio. 26. num. 2. & lib. 2. conclusio. 44. cum duab. sequentibus. considerat Zauallos in speculo commun. opinion. quæsti. 268. Cancer lib. 2. variarum, cap. 10. nume. 10. & sequen. Xuarez in l. 2. titu. de los emplaçamientos, versiculo, Sed attende, numero 20. & sequenti glossa in l. extat, ff. quod metus causa, & in §. 1. verbo, Iudicio. Institut. de actionib. & verbo. Necessitatem. in Authentica, vt iudic. sine quoquo suffrag. Bart. vbi additio Alexand. in l. si quis in seruitute. ff. de furt. facit textus in l. generali. C. de decurionib. lib. 10.

Z l. quæsitum, ff. de pignor. l. in omnibus, ff. de iudic. l. omne æs, ff. pro soc. Xuarez vbi proxime, num. 25 Surdus consil. 68 num. 10 & 411 num. 9. & in tracta. de alimentis, titu. 8. priuileg. 77. numero 8. Iosephus Ludouicus conclusione 8. num. 30. & Pecchi. vbi supra cap. 4. versiculo, Quod autem de debito in diem & Greuæus dicta conclusio. 44. num. 3. & 4. Cephal. consil. 381. num. 31.

A obseruant. 3. titu. de cessione bonorum.

ti horas, magistratui sistatur. b Sed si tempore contractus debitor esset forensis, ita vt nunquam incola regni, vel eius habitator fuisset, tanquam suspectus de fuga capi non posset: alioquin omnis aduena esset suspectus; quod non est dicendum; imò credendum est, debitorem eo animo contraxisse, vt in loco sui domicilij conueniatur, c cum non fuerit eiusdem iurisdictionis, & sub eodem præsidatu, cum creditore: Ita fuit decisum in Curia D. Iustitiæ Aragonum cum magna discussione. 1 * Sed si in regno contraxerit, isque licèt extraneus à regno, in eo fuerit habitator, & incola, capi poterit, ad finem assecurandi curiam, etiam si multa bona extra regnum habere alleget: d Ita fuit decissum me ibi existente in Curia D. Iustitiæ Aragonum. 2 * Cum tamen creditor, sine iudicis præcepto citare non possit, quia hoc, iuris executionem, illud facti continet. Similiter videmus, maritum in fraganti delicto, adulterum aprehensum, si is plebeius sit, posse impunè occidere; si nobilis, per viginti horas recluſum retinere, e legeque Castellæ, f is merę mariti voluntati, & arbitrio comittitur, illisque verbis: *Faga dellos lo que quisiere.* Videtur concessum, posse facere quidquid voluerit, tam de personis, quàm de bonis; non quod ius dicere possit, in eum iurisdictionem exercèdo, tanquà minister legis; hoc enim est propriù iudicis, & magistratus, g sed de facto, propriam iniuriã vlcisci permititur h eidem, ita vt si occidere, multo magis verberare, incarcerare, vel alia cõtumelia affice
14 re, sit cõcessum. Potuit namq; lex i permitere alicui, † se sine iudice, propria authoritate vindicare, quemadmodum aliquibus vniuersitatibus, k singulari priuilegio concessum perspicimus, de cuius validitate, & summa cum ratione, multi ex nostris l valde hęsitarunt; quia

B Borrellus consi. 10. n. 1 lib. 1. Cod. Fabrian. tit. de priuat. carcerib. deffinitione vnica. Mathi. Coller. de processib. executib. p. 1 cap. 2. n. 98. Gurierrez de iuramento confirmat. 1. p. c. 17. n. 29.

C Bal. consi. 285. volu. 1, l. contraxisse, ff. de action. & obligat. l. hæres absens, §. siquis tutellam, vbi Castrens. ff. de iudic.

1 * in processu Iacobi Cõdina ciuis Barchinonẽsis super iurisfirma, anno 1575. contra Marcum A. Tarafa.

D Decian. respons. 69. nume. 9. volum. 5. Crauetà consil. 1000. nume. 494. Farina. de carcerib. & carcerat. q. 43, n. 42. Cabal. 1. p. decis. 1 n. 4. Greuæ. d. conclus. 44. n. 19. & seq.

2 * in processu Ioannis Socarro Villanueua super iurisfirma.

E l. capite quinto, l. marito quoque, ff. ad leg. Iuli. de adulter. Petr. Erod. rer. iudic. lib. 8. tit. 1. c. 1.

F l. 3. titu. 20. lib. 8. nouæ Recop. Couar. de sponsal. 2. p. § 7. n. 18. Anto. Gom. in l. 80. Tau. n. 47. Farina. de delict. carnis q. 141. n. 7.

G §. fin. in fin. in Authẽtico, de iudic. elegantèr Fabius Optinel. in repetiti. d. l. imperium, à n. 10. cum sequent.

H l. nec in ea, ff. de adulter. notat Iserni. titu. quæ sint regalia, vers. Et bona cõmittentiũ, col. 2. Auenda. respons. 24. nu. 4. Molin. tom. 1. de iust. tract. 2. disputa. 16. p. 134. C. Marsil. in prax. crimi. §. agredior, n. 15. Azeued. lib. 8. nouę Recop. tit. 20. l. 1. n. 10. cũ

seq. Azor instit. moral. 1. p. li. 5. c. 20. vers. Sunt etiã, p. 486. I Paul. Castrens. in l. reflectionis, n. 3. & 4. ff. commun. prædior. Gom. a Mesq. de potest. in seipsũ, lib. 1. c. 13. n 11. & alij plures relati à nostro Hieron. Porrol. in schol. ad Molin. verb. Priuilegiũ, n. 24. k Cancer 3. p. variar. cap. 5. num. 132. & 133.

l l. nõ est singulis, 176. ff. de reg. iur. vbi Deci. Cagnol. & alij, l. extat, vbi DD. ff. quod met. causa. & in l. nullus, C. de Iudęis, & in c. 1. de pace, iurã. firmã Bart. in l. 1. §. vsq; adeo, n. 4. ff. de iniur. Alex. in l. 1. §. fin. n. 5. & 7. & ibi Ias. n. 5. ff. de nou. oper. nunt. Rolã. cõs. 34. n. 20. vol. 2. Alex. cõs. 83. n. 2. vol. 2 & relati a Port. in d. verb. Priuelegiũ, n. 18. & seq.

quia qui ad vim, ad manus, ad arma confugit, pro vlciscenda propria iniuria, videtur accusare leges, iudicia, & magistratus; & ideo merito per nostrum Regem Martinum, † in Curiis *m* Cæsaraugustę anno 1399. fuerunt cassata, reuocata, & annullata talia priuilegia, à quadraginta annis citra per dominos Reges Aragonum, vniuersitatibus concessa, & statutum; quod si deinceps cõcederentur, non valerent. Inde fit, quod priuilegium *n* concessum Cæsaraugustæ † à Rege Alphonso, vt eius viginti ciues, à Senatu prædictę ciuitatis electi, & per concilium plebis approbati, possint, sine solemnibus iudiciorum, iniurias prędictæ ciuitati illatas propulsare, de eisq; de facto, absque formâ iudicij, propria authoritate vindictam sumere, non sit reuocatum, sed vigeat, & causa publicæ necessitatis existente exerceatur à vigintiuiratu, qualis etiam Romanis, *o* in vsu fuisse constat: & annis retro elapsis, ego extiti vnus ex eis, contra mercatores, nollentes iusto pretio ciuitati triticum vendere, tẽpore quo Cæsaraugusta, maxima annonę pennuria premebatur. Sic etiã pariter iudici seculari † est permissũ in Eccle sia, necnõ Clericũ, armis, quib⁹ noctu fuit repertus, vel aliàs prohibitis spoliare, *p* licet in eum, vti iurisdictione nõ liceat; quẽadmodũ & publicanis, de facto permissum est, eosdem Clericos extrahentes à ciuitate, vel regno, aliquas res prohibitas, vel absque debita denuntiatione spoliare, nõ in vim iurisdictionis, sed facti permissi. Eadem ratione Reges nostri, possunt † contra suos officiales, *si deliquerint, procedere pro suo libito voluntatis.* *q* Quæ verba demõstrant, eorum respectu, nullatenus eorũ potestatẽ esse restrictã, nec recursum aliquem iuris, eisdem à foris

M obseruan. quod priuilegia, titu. actus curiarum. Molin. in reportor. verb. Priuilegium, versic. Priuilegia concessa vniuersitatibus, vbi Portoles nume. 17.

N Moli. in dicto verb. Priuilegium, vbi tenor illius refertur fol. 265. & eius additionator Portoles in scholiis ad illud Zurita tom. 4. lib. 20. annalium, cap. 64. versic. Sucedio en este año.

O ex Cornelio Tacito, Vvelephangus Lazius in commentariis Reipublicæ Romanæ, lib. 3. c. 10. pag. 329.

P cap. 2. ne Clerici, vel monac. Gregor. Lopez in l. 2, verb. Prender, titu. 9. parti. 5. Auendan. de exequend. cap. 22. num. 2. Iul. Clar. in prax. §. fin. q. 28. num. 6. & quæst. 36. versi. Vlterius quæro. Azeue. in l. 9. tit. 3. lib. 1. Recopilati. Villadiego in sua politica cap. 5. §. 20. num. 59. Redin. de maiestat. Princip. versi. non solum armis decoratam. pag. 2. num. 164. cum sequen. Couarru. variar. resolut. lib. 2. c. 20. in fin. nu. 18. versi. Tricesimo sexto Plaça de delict. li. 1 c. 8. n. 25 & 26. Marta de iurisdict. 2. p. c. 50. n. 12. & 4 p. centu. 1. cas. 7. nu. 5. & 19. Menoch. de arbitr. casu 393. n. 3. Alexand. Ambrosinus de immunit. & libertat. ecclesiast. c. 18. n. 36 Farina. in praxi, q. 8. n. 96. Corne. cons. 20. volum. 3. Socin. regu. 30. Palaci. Rubi. in c. per vestras §. 1. n. 13. Cotta in memorabi. verb. Armorum. Carol. de Grasal. regal. Franc. lib. 2. priuil. 17. Calane. in consuetu. Burgun. rubr. 1. §. 5. versi. Archidiaconus, n. 79. Couarru. d. c. fin. in fin. & practi. quæstion. c. 33. n. 7 versi. Est & illud. Benedict. in c. Rainutius, verb. Vxorem, n. 436. Tiraq. de nobilit. c. 20. n. 66. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centu. 4. cas. 394. Foller. in prax. crimin. canoni. 3 par. cap. 33. num. 168. Belluga in specul. rubri. 11. §. dubitatur, n. 2. & 3. vbi Camil. verb. Armorum. & de Reg. cathol. præstant. c. 71. n. 45. & seq. Nauar. cõs. 27. aliàs 44 de excõmunica. Soar. in defensio. contr. error. Anglican. li. 4. c. 34. n. 14. & noster Bardaxi in for. vni. tit. quod Prælat in cauf. crimi. n. 4. 1d fin. for. vni. tit. vieda de arcabuçes. Q obseru. 1. tit. de general. priuile. obseru. 2. tit. de priuileg. generali. Molin. verb. Inquisitio, & verb. Officialis, in fin. Plotus de in litem iurando, n. 634. & 645. Barbacia consil. 47. n. 4. & 5. volume. 1. foro 1. & 2. titu. de la inquisicion contra el Vicecanceller, &c. est 17. & 18. en el reparo de la Audiencia Real, vbi Bardaxi.

à foris, contra factum Regum concedi; neque enim in quemquam, imperium
seuerius exercere voluerunt, quàm in suam familiam; & officiales, in quos, li-
cet tam plena sit domino Regi tributa potestas; tamen temperatè, & cum
moderamine exercēda est; cum, vt inquit Cicero: r *Tam facilis, & flexibilis est voluntas, sensusq; ciuium erga Prætores, vt non tantum improbitati eorum irascantur, sed etiam recte factis plerumque fastidiēt.* Et Rex Castellæ Alphonsus: s *Los homes que officio tienen, maguer que fagan drecho non puede ser, que non ganen malquerientes.* Hoc enim facti remedio
18 † vtebatur t ciuitas Cæsaraugustæ, quando in ea aliqua guerra, vel vandositates etiam precedente diffidamento forali, moueri solebant; quia, vt inquit noster I.C. u per tales dissensiones maxime lęditur Respu
19 blica. Hac deniq; facti potestate † vtuntur nostri Barones, quando iure perpetui dominij adęquantes quadrata rotundis, in vim suæ absolutæ potestatis, vassallos occidunt, vel trucidāt, eorum vè bona occupant, quod præscriptione immemoriali acquisitum ferunt, cum per tempus immemoriale, hoc absoluto imperio in suis castris fuerint vsi, cuius respectu, neminem in superiorem recognoscunt, nec, si contra rationem disposuerint, tanquam rei proprię dissipatores tenebuntur, nisi soli Deo rationem reddere, cùm prodigus in regno † non
20 authoritate Magistratus, sed paupertate subsequuta, arceatur; quod si non hac facultate dominica, & absoluta potestate, nec remediis facti, sed iuris, & iurisdictionis
21 vti decreuerit; † tunc foros, & leges regni inter suos vassallos iudicās, seruare tenebitur, x absque obseruatione solēnitatū concernentiū ordinatoria iudicij, manu regia & ex abrrupto procedēdo, iuxta foros regni iustitiā ministrātes, & causas vassallorū decidētes; cùm (vt supra diximus) iniuriā videatur facere legib⁹, qui illis se meliorē & sapientiorē, ac ęquiorē videri cupit. Hæc iurisdictio libera est, quam qui habet, nulla maiori potestate impeditur, quominus agat pro imperio, & lege agi iubeat, quam Caligula Magistratibus sine sui appellatione concessit: y nec poterit, omissa iuris, & iurisdictionis via, quā semel elegit variare, z & redire ad exercendam

R in oratio. pro Millone.
S in l. 11. tit. 1. parti. 7.
T Molin. noster verbo, Guerra, versic. Guerram, §. item statuimus, titu. de confirma. pac. & for. penult. in fin. titu. de Guerreantibus.
V in l. si quis ingenuā, 21. §. in cibilibus dissensionibus, ff. de captiuis.
X Moli. in report. fororū verb. Vassallus, versic. fin. incipit, Notandum est. & ibi eius additiona. Porto.
Y Tranquillus in Caligula, Budæus in annotat. ad pandectas, 2 par. pagi. 234.
Z facit in sui ratione, l. si quis rem. ff. de arbitris. Innocentius in cap. bonæ, el 2. num. 3. verb. Requisitus, de postula. Prælat. Iaſ. in l. fin. nume. 56. ff. de cōstitut. Princip. Felinus in cap. cum accessissent, nume. 28. de constitu. Afflictis decisio. 131. & ibi additio, verbo, Precarium. Capicius decisio. 119. nume. 6. Paulus de Castro consil. 78. nume. 3. volu. 1. Decius consil. 146. num. 6 Bald. in l. 1. in principio, C. de executione rei iudicatæ, & in l. 2. num. 29. C. de seruit. & aqua, & in l. ędē. 3. quæst C. locati. Alexand. consil. 1. num. 30. & consil. 33. nume. 12. lib. 5. Ruin. consil. 127. nu. 12. lib. 5. Tiraq. de iure cōstituti, n. 36. & 39. Cancer 2. p. variar. resolu. c. 17 n. 34. & 35 & c. 10. n. 28 & 29. Iaſ. in l. 2. u. 114. C. de iur. emphiteot. Decia. consil. 18. num. 126. & facit l. cuius bonis, ff. de cura. furiosi. & Molin. verb. Vassalli. versi. Die 5. Iulij. ibi, è cōtradicebatur.

ſuam facultatem, & poteſtatem abſolutam. Domini namque, ſeu Barones noſtri regni, poſſunt † tripliciter conſiderari, vel reſpectu iuriſdictionis tan- 22
tum, vel reſpectu dominij tantum, vel vtriuſque ſimul. Alij namque ſunt domini reſpectu iuriſdictionis tantum, alio exiſtente domino loci; vt Comes de Saſtago, qui habet iuriſdictionem criminalem in loco de Alborje, cum tamen locus ſit monaſterij B. Marię de Rueda; & ideo non poterit Comes exercere abſolutã poteſtatem in ſubditos prędicti loci. Alij ſunt domini aliquorum locorum, iuriſdictio tamen pertinet ad D. Regem, vel ad alium Baronem; vt D. Ioannes de Bardaxi & Torrellas loci de Noballas, & D. Ioannes de Reus locorum de Ribas, & Malexan, in quibus poſſunt exercere abſolutã poteſtatem ratione dominij in ſuos vaſſallos ſeruitutis. Alij veró ſunt domini pleni, qui vtraque poteſtate tam iuriſdictionis, quàm dominica vti poterunt, illa abſque appellatione inter vaſſallos, iſta verò impunè: quãdo verò in vim iſtius procedit, † non poteſt vaſſallos furca ſuſpendere, a membrumvé eis 23
abſcindere, vel publico banno flagellare, aut ſententia iudiciali lata, in exiliũ mittere quia hæc omnia, iuriſdictione expediũtur, quam ſi Barones aliàs nõ habeant, non poterunt in vim ſuę dominicæ poteſtatis facere: & ideo inquit obſeruantia, quod poſſint domini vaſſallos ſeruitus ſiti, & fame necare; quia hęc non pẽrtinent ad iuriſdictionem. b ſed ad factum quoddã extraiudiciale impunibile, quemadmodum dicunt Canoniſtæ, quod quãuis Clericis nõ licet interficere quemquã, tamẽ poſſunt deputare c ſub graui carcere, atenuando victum, forte in pane mæroris, & aqua anguſtię, vt mors ſit illi ſolatium, & vita tormẽtum, vbi & fame, & carceris arctione pereat: quod ita practicari, tradit Angelus, ſed miror equidem cum hęc pœna ſit magis afflictiua, quàm ſi quis poneretur in patibulo. Ex prædictis intelliges forum d noſtri regni aſſerentem, *quod iuſtitiæ, & ſtemæ corporum, & membrorum ſunt, & ſpectant ad dominum Regem, & ad ſuos baiulos*, quia cum iſtę pœnæ ſint iuriſdictionales, & meri imperij, & omnis regni iuriſdictio à Rege pendeat, hinc eſt, quod licét reſpectu dominij Barones neminẽ in eorum factis erga ſuos vaſſallos ſeruitutis ſuperiorẽ agnoſcant, in jis, quæ, vel lege, vel conſuetudine, ſeu legitima pręſcriptione acquiſierint, tamen reſpectu iuriſdictionis dominum Regem in ſuperiorem agnoſcunt: quia vt inquit noſtra obſeruantia, e *omnia* † *loca dominorũ fortè à* 24
principio fuerunt domini Regis, à quo talibus locis donatis,

A Bald. in l. ſi domius, in fin. ff. de ijs qui ſunt ſui. Cabalcan. de brachio regio, 4. par. num. 17. & ſequen. Portoles in ſcholiis ad priuilegium, vulgo nũcupatum de Veynte, verbo, Priuilegium, num. 60. verſic. Quæ reſolutio.

B Hortenſius Cabalcanus de brachio regio, 4. par. n. 17. & ſeq.

C cap. nouimus, §. fin vbi Abb. & Doctores de verborum ſignificatione. Iacobus Bereta conſil. 49. n. 2. vol. 1.

D for. ſi aliquis homo, verſi. Verũramen, tit. de homicid. for. vnic. titu. de iuriſdictio. omni. iudic. obſeruant. fin. eod. tit.

E item milites, la 1. titu. de ſalu. Infantion. Anton. Olib. de iur. fiſc. cap. 7. nume 31.

natis, conceſſis, vel venditis, quantumcumquè eorum dominium plene ampliſſimis clauſulis in donatarios, vel emptores fuerit trãſlatum, tamẽ nunquam, ius illud altum, & ſupremum, quod ad maioriã pertinet, voluiſſe † transferre credendum eſt; licet ipſi, ſcientibus, & patientibus Regibus, plures eiuſdem † maioriæ effectus, tam reſpectu dominij, quam iuriſdictionis, fuerint vſurpati, *f* vel vt ipſi inquiunt præſcriptione immemoriali acquiſierint, non vero maioriam, ius ſuperioritatis, & obſequij, quod præſcribi nequit, nequè à Regia Corona ſeparabile eſt, etiam reſpectu minimę regionis intra Regnum conſtitutę, ſed tantum ab eis cenſebitur præſcripta poſſeſſio, ſeu habilitas poſſidendi aliqua, quæ ad maioriam ſpectant, vt eſt facultas creandi tabelliones, & cognoſcendi de cauſis abſquè appellationis recurſu inter ſuos vaſſallos, *g* nec enim plus præſcriptum, quam poſſeſſum erit, nequè ad maiora, vel minora, talis præſcriptio venit extendenda, cùm remedium præſcriptionis ſit iniquum, & maxime reſtringendum, præcipue vbi
26 ius reſiſtit, vt in noſtro caſu, neq; † dictio forte *h* ſuprapoſita, & in obſeruantia noſtri Regni adiecta dubitationem inducit, ſed aſſertionem.

F Roland. conſ. 12. num. 46. vol. 3.
G Anton. Oliba. de iure fiſci. cap. 7.
H Notant glo. & Docto. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. Aymon conſ. 91. num. 4. Iaſſ. in l. in ſubſtitutione, nu. 6 ff. de vulgar. Alexand. cõſil. 15. num. 10. vol. 5.

§. Trigeſimus quintus.

Lex tribuens abſolutam poteſtatem Baronibus noſtri Regni, an ſit iudicanda odioſa, vel fauorabilis, & an poſſit ab eis vaſſalli ſeruitutis male tractari, abſq; aliquo recurſu, & impunè.

SVMMARIVM.

EX intentione, & vltimo fine ſtatuentium iudicatur conſtitutio odioſa, vel fauorabilis. 1.

Maſculinum quando comprehendat fœmininum, & an vniuerſitas comprehendatur in diſpoſitione loquente de perſonis. 2.

D. Rex an poſſit in Aragonia ſe intromittere in factis dominorum erga ſuos vaſſallos ſeruitutis. 3.

Leges ciuiles, & conſuetudines, quando excuſent à peccato, & in foro conſcientiæ ſint ſeruandæ. 4.

Lex potuit actionem tollere parti, & magiſtratus iuriſdictionem moderari ne in aliqua facto, vel inter certas perſonas ius dicant. 5.

Præſcriptio in Aragonia, in quibus caſibus locum habeat, & an ſit curandum de bona, vel mala fide præſcribentis. 6.

Contrahentibus cur ad inuicem ſe in prætio decipere liceat. 7.

Actio an naſcatur ex pacto nudo. 8.

Statutum excludens fœminas propter maſculos ratione conſeruandæ agnationis, an ſit fauo-

fauorabile, sed odiosum.9.
Abussus absolutæ potestatis reprobatur.10.
Barones, an possint in honore impune offendere suos vassallos seruitutis. 11.
Honor & castitas, an præferantur vitæ.12.
Castitas vi præcissa eripi non potest, & an honor facilius contemnendus quam vita.13.
Vitæ suæ non est quisquam dominus, & an secus honoris, & famæ 14.
Quando maior iniuria infertur alicui, ex priuatione honoris, quam vitæ.15.
Metus conditionalis, & vis quando, & in quo excuset.12.
Defuncti, iniuria affici possunt, sed ficte.17. & 23.
Publice interest mortuos sepelire, & species maledictionis est sepultura carere, & ideo nisi ob grauissimas causas non impeditur.18.
Interdictum cum cessatione à diuinis passa fuit Ciuitas Cæsaraugustæ, anno 1611. 19.
Referuntur aliquæ Prouinciæ, quæ diu interdicto fuerunt suppositæ.20.
l. quidam in suo, ff. de condit. institu. & l.2. ff. de mortuo inferendo, declarantur. 21.
Condemnatus vt sit in patibulo, an possit sepeliri sine Principis secularis licentia.22.
Vassalli mortui soluti sunt absoluta potestate dominorum.24.
Baro seuiens in mortuos, an puniatur lege Iulia, & foro Regni. 25.
Morte soluitur potestas, & iudicium contra defunctum nullum est, & quid in atrocissimis.26.

§. Trigesimus quintus.

CVM lex ex magis a communi Doctorum sententia possit iurisdictionē magistratuum moderari, ne super aliquo facto, vel inter certas personas ius reddant, in casu vè particulari quęrelantem, & clamantem audiant; recte potuit in nostro Regno statui, ne contra dominorum facta, Magistratus Regij, vassallos querelātes audiant, ius vè eis, super iniurijs dominorū reddant: hocq; cum statuentes † moti fuerint ad ita statuendum, non odio vassallorum, sed mero fauore dominorum, qui licet ab odio vassallorum separari nequeat, tamen cum fauor magis prævaleat, talis constitutio, non odio sa, sed fauorabilis erit iudicanda, b ab intentione, & vltimo fine statuentium eam regulando, qui moti fuerunt ex eo, quod ęquum, ac condignum illis visum fuit, vt Richi homines, quorum ope, propriaq; virtute, & bellicis laboribus, ab inimicorum faucibus Regnum fuerit ereptum, respectu suorum vassallorum seruitutis, (qui

A Glos. in l. sed si per Prętorē, §. decreto, ff. ex quib caus. maior. & modern. in l. 1. §. fublata, ff. ad Trebel lia. Innocen. in cap. G. perpetuus de fid. instr. Ruin. cons. 21. num. 16. lib. 1. & cons. 21. nu. 8. lib. 5. Franciscus. Beci. cons. 56. num. 43.

B Bart. Bald. Paul. & alij in l. qui exceptionem per tex. ibi, ff. de condict. indebit. Deci in l. 2. nu. 5. C. de inius vocan. Tiraquel. de retract. lignag. §. 30. glos. 1. num. 5. & seq. & in præfatione, nu. 66. & sequen. Gozadin. cons. 5. num. 6. Alexand. cons. 197. nu. 2. lib. 7. Bald. cons. 433. nu. 1. in fin. lib. 3. Anchar. consil. 112. nu. 6. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 28. Hoxeda de beneficiorum incompatibilit. 1. par. cap. 23. num. 4. 12. & 13. Bursar. cons. 174. num. 3. Bart. in l. quemadmodum, C. de agricol. & censia. lib. 11. & in simili Maur. Burg. de mod. proced. ex arrupt. centur. 1. q. 8. nu. 6. & seq. & facit tex. in l. hoc modo, ff. de condit. & demonstra. Ludolphus Schraderus tract. feudalis, tom. 2. par. 10. sect. 3. num. 88.

(qui tanquam clientes, in Regni exordijs, eorum maioribus, pro ſtipendijs laborum fuerunt aſſignati) alicui magiſtratui non ſubeſſent. Vnde non mirum, quod ab intentione ſtatuentium, talis conſtitutio propter Reipu. vtilitatem emiſſa, fauorem tantum dicatur continere, & ideo in noſtra obſeruantia fœmininum, c ex identitate rationis † maſculinum comprehendet, cum alias in ſtatutis exorbitantibus (vt puta ſi vnus pro alio puniretur d) ac in materia odioſa, & correctoria, diſpoſitum in maſculo, non habeat locum in fœmina. e

